PAVLI GALLERATI

I.V.D., ET EX NOVARIEN. COLLEGIO
Iuris Consulti Celeberrimi,

DE RENVNTIATIONIBVS TRACTATVS

OMNIBVS IVRIS PRVDENTIÆ PROFESSORIBVS
APPRIME VTILIS.

AD ILLVSTRISS. ET NOBILISS. VIRVM, DOMINVM
LVDOVICVM VIGNATVM,
A Consilijs Suæ R.C.M. Regium, ac Ducalem Status Mediolani
SENATOREM AMPLISSIMVM.

TOMVS TERTIVS.

CVM PRIVILEGIO.



MEDIOLANI, Apud Iacobum Comum, M.DC.XXIIII.
SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur

Frater Franciſcus Carenus Vicarius S. Inquiſitionis Mediolani.

Frater Aluyſ. Bariola pro Illuſtriſsimo D. Cardinali Archiepiſcopo.

Vidit Saccus pro Excellentiſs. Senatu.

ILLVSTRISS. GRAVISSIMOQ. VIRO DOMINO

D. LVDOVICO VIGNATO,

A Consilijs S.C.R. Maiestatis, Reg., ac Duc. Status Mediolani

SENATORI AMPLISSIMO,

PAVLVS GALLERATVS

Ex Celeberrimo I. C. Nouariensium Collegio.

LYCVRGVS Spartorum Legislator optimus. (LVDOVICE Senator Amplissime) Lacedemonijs, apud quos in summa veneratione erat, præceptum hoc inuiolabiliter obseruandum tradidisse fertur, nè scilicet bellum, aut rem quampiam magnam aggrederentur, quin prius aut Numen colerent, aut Augurum consilia captarent. Inde illa Augurum religio maxima quidem, non Lacedemonijs tantùm, sed & Romanis fuit, quæ ad hanc vsque ætatem, exemplo minimè improbando, veluti per manus tradita processisse videtur, dum mos est scriptoribus quibusque, vt cum primùm de re litteraria opus aliquod edere cogitarunt, illud nonnisi sub augustissimo Principis alicuius Numine, aut fœlicibus alterius insignis viri auspicijs in publicum proferre. Quod salubre decretum, maiorumq. nostrorum Institutum, mihi quidem semper & placuit, & nunc maximè necessarium duxi; qui tertium ingenij mei partum, in lucem editurus, hunc tuo potissimum Nomini nuncupandum existimaui. Neque enim cunctandum mihi, aut diutius deliberandum fuit, ecquem hisce meis lucubrationibus Patronum adoptarem, siquidem peruetus nostra amicitia, quæ à primis, vt ità dicam, incunabilis ad hanc vsquè senectutis ætatem intercedit, celebrisq; virtutum tuarum fama, quæ notum te toto Orbi terrarum fecit, facilè me admonuerunt, non alij, quàm tibi vni, dicandum hoc qualecunque ingenij mei opus, vt illud tuo gremio foueas, auctoritate protegas, dignitate nobilites. Cui autem, vel nobiliori, vel doctiori, vel digniori dicari poterat? Etenim si genus spectamus tuum, illud trahis ab antiquissimo stipite familiæ Vignatæ, quam suprà annos octingentos, in hac Insubriæ Prouincia clarissimam extitisse sub Regibus Longobardorum, vetustissima testantur monumenta. Si illustrium virorum seriem, quibus omni ferè

A 2 ætate

ætate hæc emicuit familia examinemus; occurrunt quamplurimi & illi quidem præstantissimi Viri, inter quos primus in mentem venit Reuerendissimus Ziliettus Vignatus, quem anno salutis 924. legimus fuisse Episcopum Laudis Pompeiæ Patriæ tuæ, & alterum Episcopum Ardericum Vignatum qui pariter eidem Ecclesiæ Laudensi Pastor optimus præfuit anno millesimo centesimo vndecimo, vt habetur ex Catalogo Episcoporum ipsius Ciuitatis. Diruta autem veteri illa Vrbe, nouaq; condita Federicus primus Imperator Augustissimus cum inter cæteros nobiles Laudenses, doctrina, & moribus potiorem nosset Lambertum Vignatum, eum summa cum gladij potestate constituit Gubernatorem illius Vrbis, & Cremæ anno 1167. Paucos inde post annos, cum omnes huiusce Prouinciæ Ciuitates, in libertatem se vindicassent, singulaq; singulos sibi Consules præficerent, idq. ratum habuisset Federicus ipse Imperator vt legimus in §. hęc autem De Pace Constantiæ inter alios Consules, qui ex nobilioribus eligebantur, habemus ex quamplurimis sententijs latis ab ipsis Consulibus, quæ in publicis illius Ciuitatis archiuis reperiuntur, electos fuisse semper istius familiæ primarios nimirum anno 1171. Tristanum Vignatum anno 1185. Bosdeum Vignatum anno 1207. Guidonem Vignatum, & successiuis temporibus alios quamplures, quos recensere longum nimis esset. Nota est omnibus Ioannis illius Vignati virtus, quæ eò vsquè per militaris gloriæ gradus processit, vt Principatum, dominium q; ipsius Ciuitatis, ac Placentiæ in se transtulerit de quo pleni sunt omnium libri, plenaq; historiarum monumenta. quo tempore Ciuitas illa verè generosorum hominum fœcunda procreatrix, illustrata fuit aduentu Maximorum Principum, Ioannis Summi Pontificis, & Sigismundi Imperatoris Augustissimi: quorum alter Bononia, alter Pannonia illuc aduenerat, vt vnà simul de ineundo generali Concilio Constantiæ deliberarent. Quo factum est, vt cum in die Natalis Domini, in Cathedrali Ecclesia Summus Pontifex pontificalibus indutus missam celebraret, ipseq; Cæsar cantasset Euangelium, Ioannes Vignatus præsente Cardinalium corona, vniuersoq; Populo Laudensi, ab Imperatore Sigismundo eques creatus fuerit, & confirmatus in Inuestitura, quam anteà ab eodem Imperatore obtinuerat dominij ipsius Ciuitatis, quæ inuestitura adhuc integra in familia extat, & circumferuntur argentea numismata, quæ ab eo tempore sub Ioannis Vignati nomine, eiusq; insignibus cudebantur. Posteà verò cum inde Placẽtiam Pontifex, & Imperator se recepissent, ibi comiter (verba sunt Historiographi) & summo cum honore recepti fuere per Vignatum. Cæsari consignatis clauibus portarum, eisq; munitis presidijs. Placentiam autem, non vt alij scribunt dono tunc accepit ab Imperatore, sed iam à Gallis ingenti pecunia comparatam possidebat Ioannes Vignatus. qui grati animi ergò, Ciuitatem Firmis munitam præsidijs tunc obtulit Imperatori vt sedem tutam haberet, in qua commoraretur, quamdiù esse in Italia ei contingeret. Omitto alios eius generosæ stirpis Proceres, qui antè, & post vltrà quam dici queat gladio, galea, & lorica, iter sibi ad gloriã aperuerunt. Venio ad clarissimos Iure Consultos, quorum antesignanus occurrit mihi Ambrosius Vignatus. verè familiæ columen, & decus. de quo libet mihi dicere, quod de Dyno legum peritissimo asseuerabat Socinus;

Capitel. in Annal. Cremo.

Capitel. ibidem.

nimirum

nimirum quod quando loquebatur, tota synodus legalis sapientiæ in eo esse videbatur, quem enim Iure Consultum, vel lingua disertiorem, vel legum peritiorem audiuit antiquitas, aut nostra nunc admiratur ætas? Testantur hoc solida quæ reliquit, doctrinæ suæ monumenta de Hæresi, de Spe, de Vsuris, de Pœnitentia, de Ludo, de iurisdictione imperij, pluraq; alia insignia opuscula, quorum alia e temporum iniurijs erepta adhuc extant, alia verò penitus interiere. Meritò doctissimus Neuizanus solemnem doctorem, & Comitem appellat Ambrosium. Meminit & Blondus probatissimus historicus per hæc verba. loquendo de Ciuitate Laudensi, ornatur ea Ciuitas Ambrosio Vignatensi, Iure Consulto in Lombardis præstantissimo, bonarumq; artium studijs deditissimo, Viro certè eminentissimo. Claruerunt & alij quàmplurimi viri eruditissimi maiores tui, ex Collegio Iurisperitorum, inter quos nouissimè Claudius frater tuus, qui non legum tantùm peritissimus, sed omni litterarum genere instructissimus habebatur. Maximè autem omnium, summa in existimatione vixit, Octauianus pater tuus, quem seniores Ciuitatis, qui eum norunt, miris efferunt laudibus. Siquidem quò ad morum comitatem, nulla suauitas dulcior, quò ad Legum scientiam, qua excellebat, nulla doctrina solidior, quò ad ingenij dexteritatem, nulla prudentia maior desiderabatur, vir fuit omnibus in rebus, cùm publicis, tùm priuatis, adeò prudens, & carus, vt par inueniri vix posset. Nimirum igitur si omnium Ciuium suffragijs electus fuit, qui apud Mediolanensem Principem, atq; Senatum legationis munere pro sua Ciuitate fungeretur, Poeticis prætereà numeris, latinis maximè, celebetrimus fuit, historiarum omnium peritissimus, antiquorum numismatum, veterumq; monumentorum indagator acerrimus, dignus demum, qui nunquam occumberet, ac nunquam nobis abriperetur. A tanta igitur, ac tam generosa tot clarissimorum virorum stirpe, quæ omni ætate claruit tu LVDOVICE Senator Amplissime tua natalia trahis, ac laudabili æmulatione, maiores ipsos tuos, quos recensuimus, virtute æquare, vel anteire studuisti. Sic puer, vix ob ephœbis excessus, accinxisti te ad bonarum artium studia, velocissimoq; cursu ad metā peruenisti, tanta quidem animi alacritate, vt disciplinas ipsas præcox ingenium superaret. Itaquè non diutius laborandum tibi fuit in primis illis litterarum rudimentis, minus verò, in studijs moralis Philosophiæ, quam veluti ingenitam, rebus in omnibus præteferebas. Studium omne tuum posuisti in iuris intelligentia, cui statim, ac intellexisti, nullam aliam esse artem, nullam scientiam, quæ viam magis ad honores muniret, totum te mancipasti. Breui igitur tempore, cum Ticini primum, dein Bononiæ in illo doctrinam omnium Musæo, Iurisconsultis celeberrimis assiduam operam nauasses, Lauream magno omnium applausu assecutus fuisti. Quapropter haud difficile tibi fuit, tanta virtutis excellentia prædito, aditum ad maiora patefacere, cum præsertim Romæ, hoc est in totius Mundi Areopago, domicilium constituisses, vnde bona omnia proficiscuntur. Est enim ea Vrbs litterarum, ac litteratorum omnium parens, quæ licet impari, honesto tamen omnes dimittit præmio. In ea igitur Vrbe, tua se virtus extulit, tuarumq; litterarum fama adeò percrebuit, vt breui temporis spatio, inter celeberrimos illos Romanæ Curiæ Iure Consultos, principem locum obti-

Socin. cōs. 16. nu. 25. vol. 4.

Neuiz. in Syl. in verbo Monitoriæ no. 36.

Biond. de Italia Regione 7.

obtinueris, tanta enim erat nominis tui celebritas, vt Principes magni, Cardinales alijq; Heroes maximi, te patronum deposcerent, Religiosorum ordines, ac ipsæmet Ciuitates, & oppida ad tuam Clientelam, tanquam ad Apollinis Delphici Oraculum confugerent, perinde ac si, in scrinio tui pectoris reconditæ leges seruarentur. Maximè autem hæc omnia comprobauit amplissimum illud tribunal Rotæ Romanæ, quæ quantum auctoritati, & doctrinæ tuæ detulerit, non semel, aut bis, sed pluries testata est in decisionibus suis, quæ vulgò circumferuntur impressæ præsertim verò in decisione 197. par. 4. Diu. & in nouissimis par. 2. decis. 714. num. 9. & magis expresse decis. 759. in fine. Itaquè difficillimis in rebus, quibus Romana illa Respublica abundat, vnus tu, vel cum paucis, à Summis Pontificibus consulebaris. quid memorem quàm gratus, & acceptus fueris Vrbano Octauo nuper Pontifici Maximo renuntiato, quantumq; apud eum gratia, & auctoritate pollueris? Is cum à felicis record. Paulo V. Prædecessore suo Bononiensi Legationi præfectus fuisset, teq; ipsum haberet Auditorem Generalem totius legationis, ab eodem Pontifice dessignatum, solebat te lumen maius suæ legationis appellare. Nouerat enim Vrbanus, quanta iustitia, & vigilantia, eo in tribunali sedens, ius omnibus diceres, quanta prudentia, ac dexteritate tractares Bononiensium Ciuium animos, qui tuo iustissimo, & æquissimo iudicio libenter acquiescebant, ità quidem, vt propriæ libertatis, otij, quietis, commodorum deniquè omnium suorum curam tibi committerent, fortunasq; suas, ac dignitatem tibi acceptam referrent. Gliscebat tunc maximè tuarum virtutum fama, quę vltimas Mundi partes peruagata, notum te omnibus fecerat. Quamobrem expedire sibi admodum duxit Philippus Rex noster verè Max. atq; Cath. in Consilium suum, te veluti Solonem alterum accersire. Sic non præcursis aliarum dignitatum gradibus, posthabitis prudentissimis, grauissimisq. viris de Rege, deq; Republica benemeritis, lectus fuisti in Senatum (quæ Dignitas in hoc Mediolanensi Dominio supremum honoris gradum obtinet) tanta quidem omnium approbatione, vt non vnius Regis nutu, sed omnium hominum suffragijs, omniumq; Ciuitatum studijs electus videare. Quid refferam quanta voluptate perfusa fuerit Laus Pompeia Patria tua, cum te post tam longum temporis interuallum, quasi postliminio reuersum, excepit tanto dignitatis splendore coruscum? Effudit se flos Ciuitatis, festa fronde, & ornatu, in occursum tibi ad plures lapides, gaudens, gestiens, exultans, atq; omnibus lætitijs incedens, salutatumq;, ac iucundissima gratulatione exceptum, omni officiorum genere exuberantem animi hilaritatem indicante prosequutus est. Omnes autem simul elatis ad Cælum vocibus, inter ipsos tubarum clangores, ac tormentorum bombos, ex mœnibus, & arce reboantes, te modo Patrem Patriæ, modò columen Reipublicæ appellabant, neq; contenti publico, & promiscuo illo gratulationis officio, vnusquisque Ciuium insigniorum, priuatim te domi salutauit, animiq; gaudium, & voluptatem ex tuo reditu, honoribusq; tuis in Patriam redundantibus diuersimodè explicauit. Nec mirum, Videt enim in te antiquæ suæ nobilitatis exemplum, videt in te renouari memoriam, & gloriam tot celeberrimorum virorum, quibus olim floruit Oldradi à Ponte, Martini Garrati, Ambrosij tui

Vignati,

Vignati, Maphæl Vegij, nouissimè verò Iacobi Riccardi Præsidis Illustrissimi, Marijq; Conradi Senatoris clarissimi, quos tu vnus multiplici virtute animi, variarumq; scientiarum cognitione, longoq; rerum vsu æquas, vel superas. Tali igitur, tantoq; Viro, tot virtutibus, & honoribus ornato, hosce vigiliarum mearum fructus lubens do, dedico, vt

quod gemmis lapillisq; est aurum circumiectum, hoc
operi meo sit inscriptio clarissimi nominis tui,
sub cuius clypeo, splendidum magis,
tutumque in lucem
prodeat.

DE ILLVSTRISSIMO, ET AMPLISSIMO VIRO,
LVDOVICO VIGNATO,
REGIO MEDIOLANI
SENATORE.
TETRAST.

Clarissimi Viri,
HIERONYMI BOSSII,
TICINENSIS,
ET ROMANI PATRICII,
ac
REGII, ET PRIMARII
Eloquentiæ Interpretis.

ROMVLEAM vt vidit VIGNATVM linquere terram,
Ingemuit Conso Roma relicta suo.

Atque idem Anguigeræ dum mœnia contigit Vrbis,
Vrbs cœpit paan dicere, Consus adest,

Ornauitque virum lati mox lumine claui,
Conscripto vt Patrum posset inesse choro.

Falleris ast nimiùm tu nunc, Insubria, Tybris
Clamat, alisque sinu gaudia falsa tuo;

Nam mea qui ascendens nuper Capitolia Princeps
Aeterna duxit nomen ab Vrbe nouum,

Nobiliore Virum cogitat præcingere amictu;
Romanis Consum reddat vt ipse meis.

PAVLI GALLERATI
PRÆSTANTISSIMI
I. C. NOVARIEN.
DE RENVNTIATIONIBVS
Centuria II.

CI. RENVNTIATIO,
Casuum fortuitorum.

SVMMÆ,

1 CAsus fortuiti prauideri non possunt, eisq; preuisis resisti non potest.
2 Casum fortuitum esse Dei iudicium, & voluntatem.
3 Casus fortuiti prastari non debent.
4 Renuntiatio casuum, an valeat.
5 Casibus renuntians, non censetur se ad impossibile obligare.
6 Casuum fortuitorum renuntiatio valet.
7 Conductor potest renuntiare casibus fortuitis.
8 Emphyteuta potest casibus fortuitis renuntiare.
9 Cõmodatarius, qui renuntiauit casibus, de eis tenetur ex sua renuntiatione.
10 Depositarius potest ex sua renuntiatione obligari vt teneatur de casibus fortuitis.
11 Venditor potest suscipere casus fortuitos.
12 Vxor vel maritus potest in dotis contractu suscipere periculum casuum.
13 Casibus fortuitis renuntiari potest, etiam in contractibus bonae fidei.
14 Renuntians tenetur de casibus, etiam si culpa aduersarij praecesserit casum, qua culpa tamen in nõ faciendo consistat.
15 Casibus qui renuntiauit, tenetur etiam de casu contingente ex natura rei.
16 Renuntians non tenetur de casu fortuito, qui potuit amoueri.
17 Pactum, vt quis non teneatur de aliquo casu.
18 Impedimento, difficultati, & impossibilitati renuntiari potest.
19 Renuntians, non tenetur de casu fortuito, quoties is dolo, vel culpa aduersarij contigit.
20 Renuntians non tenetur de casu, quoties in illum incidit facto aduersarij.
21 Renuntians, non tenetur de casu, si defecerit substantia rei.
22 Bellum, vel timor belli.
23 Casuum renuntiatio in contractu censue.
24 Renuntiatio casuum contra formam iuris, est peccati nutritiua.
25 Casus, qui ex plenitudine potestatis principis aliquibus priuatim assidunt.
26 Casus, quibus occurrere possunt contrahentes.
27 Casus improuisus.
28 Specialis casuum renuntiatio.
29 Generalis renuntiatio casuum fortuitorum.
30 Casus similis quis dicatur.
31 Casuum fortuitorum renuntiatio facta in iudicio.
31 Generalis renuntiatio casuũ in iudicijs non operatur.
33 Casus, an debeant in indiuiduo exprimi.
34 Speciatim renuntiatum quando censeatur.
35 Generalis renuntiatio post expressionem aliquorum casuum.
36 Renuntiatio casuum enumeratorum in quapiam lege.
37 Renuntiatio, qua partes volunt, vt habeantur pro expressis omnes casus, qui contingere possunt.
38 Generalis renuntiatio casuum in contractibus valet.
39 Casuum fortuitorum renuntiatio specialis esse debet tam in iudicijs, quàm in contractibus.
40 Generalis renuntiatio in genere generalissimo, vel in genere subalterno.
41 Generalis casuum fortuitorum renuntiatio, quando non valeat.
42 Casibus fortuitis speciatim renuntiandum esse, tam in iudicijs, quàm in contractibus.
43 L. sed, & si quis §. qualitum, ff. si quis cautio. sensus.
44 Casibus renuntiare nemo censetur, nisi id exprimat.
45 Casibus renunciare, quando videatur suscipiens in se omne periculum.
46 Generalis renuntiatio, quando cõprehendat casuũ belli.

47 *Indemnitatem promittens, an censeatur promittere damnum contingens ex casu fortuito.*
48 *AEstimationem promittens, an teneatur de casu.*
49 *Casibus renunciasse non videtur, qui promisit soluere omni exceptione remota.*
50 *Pactum, quo locator non vult teneri pro re locata.*
51 *Renuntiatio generalis facta omnibus exceptionibus, omniq; legum, & iuris auxilio, non operatur renunciationem casuum.*
52 *Generalis renuntiatio inualida etiam cum iuramento non valet.*
53 *Excipiens certos casus, an videatur caeteris renuntiasse.*
54 *Obligans se ad certos casus, non videtur, vt de alijs teneatur.*
55 *Casibus qui renuntiauit non tenetur de insolitis.*
56 *Renuntiatio etiam iurata, non trahitur ad casum vel de insolitum.*
57 *Casus insolitus quis censeatur.*
58 *Renuntians casibus fortuitis cogitatis, & incogitatis, an teneatur de casibus insolitis.*

IAM progrediamur ad alteram centuriam, in qua primum offert se nunc tractanda casuum renuntiatio. Aduersos igitur casus, qui fortuitò accidunt, nullum hominum consilium præuidere potest l.a. §.si eo tempore, ff. de ad min. re. ad ciu. pertin. l. quæ fortuitis. C. de pign. act. l. in rebus. in prin. ff. commoda. c. fin. de homicid. Paul. de Cast. in l. sed, & si quis. §. quęsitú ff. si quis caut. Menoch. conf. 835. nu. 5. Nam nemo diuinare tenetur l. si fideiussor. §. si cum debitor ff. manda. l. si putator ff. ad l. aquil. c. 1. vt ec-
1 cle. benef. sine di. Vnde casus fortuitus dicitur rei inopinatæ euentus. Arist. 2. physic. tex. 61. & fortuna apud Lactant. diuin. institut. lib. 3. c. 29. est accidentium rerum subitus, atq; inopinatus euentus. Planè casus fortuiti vel diligentissimo cuiq; contingere possunt l. verum §. neq; ff. de minori. sine cuiusquam dolo, vel culpa d. l. in rebus. in prin. l. contractus. in fi. ff. de reg. iur. quando diligentia, vel exacta aduersus casus, minimè proficiat l. si ea res. in prin. ff. de act. emp. l. ad eos ff. cómoda. l. si vendita ff. de peric. & com. rei vend. Castren. in l. interdum. num. 7. ff. de iudic. Ias. in §. sed iste num. 49. Insti. de actio. Craue. conf. 957. num. 3. Cagnol. in d. l. contractus. num. 86. Ripa de priuileg. contr. cau. pest. num. 68. Et non modo casus fortuiti præuideri non possunt, verùm etiam illis pręuisis resisti non potest d. l. in rebus. l. ex códucto. §. 1. ff. loca. Proinde casus dicitur etiam uis maior. l. si cum venderet. in fi. ff. de pignor. act. l. 1. C. commoda. Nam uis ideò dicitur, quia est maioris rei impetus, qui repelli non potest. l. 2. ff. de eo, quod met. cau. & idcircò maior, quia maior est, quàm vt illi resisti possit. l. 1. §. is quoq; ff. de act. & obl. vbi ita scribitur, si maiore casu, cui
2 humana infirmitas resistere non potest. Quo fit, vt proverbio vsurpatum sit in fatum, vel in fortunā reijcere, quod nobis imprudentibus, aut sine culpa nostra, damnum emersit, quemadmodum in 4. Iliad. lib. ita Priamus Helenam alloquitur: nil tibi ego imputo, verùm ipsis magis imputo diuis, & idem ferè habetur apud Imol. in l. in testamento. num. 1. ff. de cond. & demon. vbi inquit, casum fortuitum non esse alterius factum, sed Dei iudicium: Et rectè Iurisconn. in l. duobus §. damna. ff. pro soc. damnum quod imprudentibus accidit, fatale vocat. Et fatum alibi dicitur, quod occulta ui, ac ratione contingit l. vtiq; in prin. ff. de rei vindica. Namq; ex sententia Senecæ, fortuna est Deus, quatenus latenter ea producit, quæ fortuitò accidere dicuntur; siquidem Deus, vt variorū est causa, varijs nominibus apud ethnicos appellatur. Estq; illud. Ouid. lib. 4. de ponto. ludit in humanis diuina potentia rebus. & Boet. metr. 5. lib. 1. fors patitur frenos, ipsaq; lege meat. Et veteres fortunam deam esse, res humanas varijs casibus illudentē, existimabant, de qua Iuuenalis ita cecinit. Te facimus fortuna deam cœloq; locamus. Quare debemus, æquo, & inuicto animo ferre aduersos casus. Nihil horum sanè accidit sine Dei voluntate, quæ summa omnium ratio est, vt per Diu. Tho. 1. q. 19. artic. 4. Atq; semper in rebus aduersis acquiescere debemus in Dei voluntate, huicq. proprium iudicium subijcere, certò statuentes Deum semper nobis melius consulere, quam ipsi optare possimus.

3 Itaq; ne id luamus, quod sine culpa nostra accidit, receptum est, casus fortuitos præstari non debere. Nam vt, bonæ fidei est, citra dolū in ciuilibus negotijs versari; ita iniquum erit exigere, quod neq; dolo, neq; culpa nostra damnum emersit l. in rebus. in prin. ff. cómoda §. item is cui insti. quib. mod. re contr. oblig. l. cum duobus §. damna ff. pro soc. l. in iudicio. l. damnum C. loca. l. opus. l. ex conducto §. 1. ff eo. glo. in l. 1. §. 1. ff. deposi. l. quæ fortuitis C. de pignor. act. not. in l. amissi ff. de fideiuss. in l. debitor ff. de negot gest. sic, & casus fortuiti imputari haud debent tutori l. si res pupillaris ff. de admin. tut. Et non solùm in supradictis casibus, sed, & alias semper casus fortuiti à nullo pręstantur, quandoquidem illi sine dolo, & culpa accidunt. l. contractus. in fi. ff. de reg. iur. d. l. quæ fortuitis. Ratio ea est, nam vbi quis non est causa damni, tùm illi non est imputandum: causam vero damni præstare is non dicitur, qui non potuit casum pręuidere, aut impedire, ita Petr. Aragon. de iust. & iure tit. de restitu. q. 62 artic. 2.

4 Et hoc vsq; adeo procedit, vt nec videatur quis ex renuntiatione sua, vel pacto teneri, vt a se casus præstetur l. impossibilium. l. verú ff. de reg. iur. l. impossibilis. ff. de verb. oblig. siquidem suscipiens in se casum censetur ad impossibile obligari, atq; ad id, cui nullum hominum consilium occurrere potest. d. l. 2. §. si eo tempore, & d. l. quæ fortuitis. Namq; renuntians casui perinde habetur, ac si promittat se velle teneri, etiam si non possit. Bart. l. sed, & si quis, §. quæsitum. oppo. 3. ff. si quis caut. vbi Bald. in 2. oppo. Cagnol. l. impossibilium circa fin. ff. de reg. iur. Prćterea æquū non videtur, vt quis ex pacto patiatur iacturam

nb

ob casum contingentem absq; culpa sua circa rē, cuius alter habet dominium, vt inquit Lopez de contracti.lib.2.cap.27.

Contrarium tamen verius est, quoniam potest quis casum fortuitum pacto recipere, & renunciare casibus fortuitis.l.si quis fundū in prin. & ibi doct.l. item quæritur.§. si gemma. l. opus quod auersione.ff. loca.l. iurisgentium.§. item si quis pactus sit,& §.si paciscar.ff.de pact.l. & Aristoni,vbi Bart.ff.manda.l. negotium.C.de negot. gest.l.quæ fortuitis,in fi.C. de pign.act. vbi Bald. Salicet.& alij.l. licet C.loca.l.1.C.commod.l.1. C. deposi.glo.l. si tempupillaris,ff.de admin.tut. l. si vt certo.§. nunc videndum. ver. certè si hoc, ff.commod.l.1.§.sæpe euenit.ff.deposi.l.Pomponius ait.ff.de pact.dot.c.bona fides.§.pacto verò, deposi.c.1. de commoda. Neq; enim excusari potest,qui renunciauit casibus fortuitis, quandoquidem conuētio legem fecit,iuri q; beneficium tollit. Ar. pinell.l.2.par. 1.num. 26. C. de resc. vend.

5 Nec vrget quod casuum renuntiatio videatur impossibilium obligatio, quoniam renuntians casibus, seu promittens illos præstare, non videtur quid impossibile promittere, siquidem non promittit illis resistere, aut occurrere, & facere quominus contingant. Nam hoc casu haud dubiè est promissio rei impossibilis, sed conuenit casus fortuitos pro se non allegare,si acciderint, quod quidem est possibile. Ripa de priuileg. contr. cau.pest.nu.69.Confirmatur hæc solutio, quod hæc locutio à nostris vsitata, cùm dicitur casum fortuitum esse præstandum,est figurata locutio,hoc est damnum casu fortuito contingens esse præstandum,vt rectè perpēdit Hugo Donell. in l.quæ fortuitis,C.de pign.act. Renuncians ergo casibus, & promittens casus fortuitos præstare, promittit rem possibilem,nimirum præstare dānum,quod contingere potest ob casus. Neq; obstat quod in ijs contractibus, in quibus dominiū non transfertur, pactum præstandi casus fortuitos videatur iniustum,quia videtur valere huiusmodi pactum, quemadmodum valet pactum assecurationis, cùm conductori, qui suscepit casus, remittatur pars pensionis pro assecuratione, quod in commodatario non procedit. Lopez de contractib.lib.2.cap.27. circa fin.

6 Valet itaq; renuntiatio casuum fortuitorum, qua quis promittit non excipere, se non teneri de casibus fortuitò euenientibus. Albe. in l. dominus horreorum,num. 1. C. de loca & conduc. l.sed,& si quis.§.quæsitum.num.31.ff. si quis cautio.Roman.singu.441.tu scil.Rimin.sen.cons.91. num.31.cons.154.num.2. Tale etenim pactum cùm sit contra accidentalia contractus, vincit legem.l.1.§.si conueniat.ff. deposi. Lopez d. c. 27. Butr.c.2.num.8.de commod.& æquiparatur pacto assecurationis, & non esse dubitandum quin valeat pactum præstandi casus fortuitos apertè asserit Surd.cons.61.num.7.& in contractibus; id passim obtinere,quicquid in iudicijs, vel prætorijs stipulationibus sit cōstitutum,asserit. Rimin. iun.cons.262.num.23. Gail.obseru.23.num.17. lib.2.Gomez.c.3.num.19.ver. item quæro. extra loca. Et quod quis teneatur in foro conscientiæ propter casum ex pacto, qui aliàs non tenetur, trad. Nauar.in manuali cap.17.num. 179.refert & sequitur Pet. Aragon. de iust. & iure, tit. de restitu. q.62.artic.2. Etenim pactū,quo quis suscepit omnes casus, valet.Grat. cons. 161. nu. 16. lib.2. Valet autem hoc pactum,quia non est contra substantialia,sed contra accidentalia, vel naturalia. Butri.d.c.1. de commoda. Decian. cons. 13.num.12.lib.4.

7 Vnde potest conductor, qui aliàs de casibus fortuitò euenientibus non tenetur, obligari ex sua renuntiatione, vt teneatur præstare casus l. si quis fundum.in prin.ff. loca.l.licet,vbi Albe.col. 2. C.eo.Bart.l. si merces. §. vis maior. num. 6. ff. eo.not.Bertachin.de Gabell.par.2.nu.51. Ferrar. in for.lib.quo agi.ad præst.ficti.ver.inuenitur.nu. 9.ver. tertius casus. Boss. tit. de remiss.merced. conduct.num.56.Gozadin. cons.74.nu.16. Mozzi.de contracti.tit.de loca.& conduc.num.31. Valasc.de iure emphyt.q.27.num.34.Gaill. obseru. 23.nu. 27. lib.2.vbi cautelam tradit locatoribus, vt in lege locationis in omnem casum,etiam fortuitum sibi prospiciant.Gomez.c.3.num.19.ver. item quæro.de loca. Potestq; conductor casum tempestatis in se suscipere, quo casu tenetur de casu tempestatis,quę etiam sterilitatem inducit, vt pactum operetur vltra ius commune. Salic. l.licet. in fi.C.de loca. Bero.c.potuit.num. 7. extra eo. Bertachin. de Gabell.d. par. 2. num. 57. Quin etiam potest conductor casibus fortuitis renuntiare,atq; se obligare ad integram pensionis solutionem,etiam si nihil perciperet. Surd. cons. 34.num. 25.cons.319. num.17. Neq; dubitandum est,quin valeat pactum,ne fiat remissio conductori ob casus fortuitos:Idem Surd. cons. 597. num.15.& tract.de aliment.tit.7.q.18.num. 16. Valetq; pactum,vt conductor soluat pensionem, etiam re perempta.idem cons.445.nu.17.Quare potest conductor domus suscipere casum incendii,vel ignis Ferret.de re nauali lib. 7. num. 53. Medic. de fortuit. casib.q.7.num.10.similiter locator horreorum,qui de casu fortuito non tenetur l.1.C.de loca.& conduc.potest renunciando suscipere periculū casus. l.ex diui. in fi. C. de loca. & conduc.l.dominus horreorum.l.opus.in fi. ff. eo. Salic. d.l. 1. num. 4. si autem locator suscipiat casum tempestatis tenetur de insolita,non de solita. Bertachin. d.num.57. Locator igitur suscipiens casus addit maius vinculum obligationi, qua tenetur de iure communi. Valāsc.de iure emphyt. q.27. nu.35. ver.si verò locator.Surd.cons. 34.num.30.

8 Accipiens quoq; rem quampiam in Emphyteusim potest renunciare casibus fortuitis, ne possit ob casum petere remissionē mercedis,& tunc, quia de omni casu tenetur,præterquam cùm totius rei interitus contingit,aut adeo minuat, vt nec pensio solui possit,ex eius renuntiatione tenebitur etiam ad dictos casus. Valasc. de iura Emphyt.q.27.num.34.& 38. Nam emphyteuta potest renuntiara beneficio remissionem petēdi,

ob sterilitatem, & potest suscipere periculum casuum fortuitorum, Corbul. tract. de caus. ex quib. emphyt. iure suo priu. tit. de caus. priu. ob non solut. can. limit. 30. num. 2. Specul. tit. de locato. §. nunc aliqua q. 58.

9 Commodatarius quoq; licet de casibus non teneatur, tamen potest ex sua renuntiatione teneri l. 1. vbi Salice. C. de commoda. in prin. & num. 10. vbi etiam Albe. num. 2. Buich. in c. 1. in prin. de commoda. Verùm non est ignorandum, quod quamuis etiam in foro, quod conscientię vocant, non sit prohibitum imponi commodatario pactum de suscipiendo casum fortuitum, tamen si res commodata esset magnopere subiecta periculo, facere vt commodatarius subeat illud periculum, præsertim si id ignoret, culpa, & iniustitia non videtur carere Lopez. de contract. lib. 2. cap. 54. ver. aduerte vltimo.

10 Depositarius item potest ex pacto obligari vt teneatur de casibus fortuitis. l. iurisgentium. §. si paciscar ff. de pact. Nam depositarius tenetur de casu si ita conuentum fuerit. l. 1. §. sæpe. & ibi glo. ff. deposi. l. & Aristoni. ff. manda. l. 5. §. nunc videndum. ff. commod. Burlat. cons. 112. num. 7. Seb. Medic. de casib. par. 2. q. 10. num. 70. Quod procedit etiã de iure canonico Bero. c. nauiganti. num. 40. de vsur. Grat. cons. 94. num. 42. lib. 2.

11 Permissum est similiter, vt venditor suscipiat casum fortuitum, Decian. cons. 2. nu. 144. lib. 1. Valetq; pactum, vt in venditione conditionali emptor suscipiat casus l. si in venditione in prin. vbi Albe. ff. de peric. & commo. rei vend. & de venditore, qui suscepit casus fortuitos habetur in l. fistulas §. frumenta ff. de contr. empt. de cuius intellectu posteà dicam.

12 Potest etiam in dotis contractu vxor, vel maritus suscipere periculum casuum l. Pomponius ff. de pact. dot. Igne. in l. contractus, num. 76. ff. de reg. iur.

13 Et in vniuersũ renuntiari potest casibus fortuitis etiam in contractibus bonæ fidei, etiam ex lege canonica. Rimin. Sen. cons. 91. num. 31.

14 Supradicta conclusio, vt renuntians teneatur de casibus fortuitis ex pacto, extenditur vt procedat, etiam si culpa aduersarij præcesserit casũ, quæ culpa tamẽ in non faciendo consistat. Bossi. tit. de remiss. merced. conduct. num. 64. Ripa. quem refert ibi Bossi. num. 80. Menoch. cons. 55. nu. 18. Caroc. de Locat. tit. de casib. nu. 13.

15 Tenetur quoq; renuntians de casu contingẽte ex natura rei, l. item quæritur. §. item si gemma, & ibi glo. ff. loca. Alex. l. sed, & si quis §. quæsitum. num. 15. ff. si quis caut., vbi Iacobin. à S. Georg. num. 12.

Tenetur nec nõ de casu etiam vltra id, quod venit ex natura contractus, vt pactum aliquid operetur vltra ius commune. Gabriel. tit. de loc. & conduc. conclus. 3. num. 4. Butri. c. 1. de commod. nu. 18. Vnde si locator fundi, qui alioquin de casib. fortuitis tenetur, renuntiauerit casui fortuito, vt pactum operetur, vltra ius commune tenebitur non tantum de sterilitate, sed etiam de fructuum ... Bero. c. potuit ... 7. de loc. & conduc. simili ... qui alijs tenetur de casu fortuito in se suscipiat vel vendite casum, ad quẽ etiam sine pacto obligatur, operabitur renuntiatio, vt renuntians teneatur etiã de casu contingente aduersarij culpa. Roland. cons. 67. nu. 6. lib. 4. Afflict. decis. 350. nu. 22.

16 Verùm declara vt renuntians non teneatur de casu fortuito, qui potuit amoueri, puta per locatorem, quia tunc conductor, qui renuntiauit, & promisit præstare casum, non tenebitur ad illum l. si fundus ff. loca. Bald. l. si ea lege C. de vsur. Rip. de priuileg. contr. can. pest. num. 96. vers. tertia restrictio Caroc. de loc. tit. de casib. nu. 5. Mozzi. de contract. tit. de accidentali. locat. num. 58. 59.

17 Ex diuerso valet pactum, vt quis non teneatur de aliquo casu Ias. d. §. quæsitum. num. 40. licet contrarium tenuerit Rom. ibi, in fi. Intellige tamen, vt ita demum teneatur, si casus suo facto, vel culpa acciderit, vt per eos Rom. & Ias. d. §. quæsitum. per tex. in l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. in l. qui insulam. §. fin. ff. de loc. Surd. cons. 15. num. 26. Quod, & intelligitur nisi casum culpa præcesserit. Surd. cons. 12. num. 61. per d. l. qui insulam. §. fin.

18 Amplia etiam, vt quis renunciare posit difficultati, impossibilitati, & impedimento, ne scilicet impeditus allegare posit impossibilitatem. Hormanoct. in rep. l. 4. §. cato. num. 378. ff. de verb. obl. Nam difficultas non excusat eum, qui se arctauit per specialẽ promissionem. Rube. d. §. quæsitum. num. 7. Quinimo difficultas non impedit obligationem contrahi. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. Impeditusq; censetur renunciare impedimento, nisi protestetur. Afflic. decis. 50. num. 3. Nouell. de iure prothomise. §. 4. nu. 29. Et impedimentum is non potest allegare, qui promisit illud nõ allegare. Io. Bolognet. cons. 16. num. 8. cum seq. num. 13. & 16.

19 Intellige etiam vt renuntians non teneatur de casu fortuito, quoties is culpa, vel dolo aduersarij contigit Bald. l. falsus. col. fin. C. de furt. l. 3. C. de naut. foen. Rip. de priuileg. contr. can. pest. num. 87. Ludouic. concl. 12. vers. intellige tamen. Et generale quidem id est, vt casus contingens aduersarij culpa, minime renuntianti nocere debeat l. qui officij. §. fin. ff. de contr. emp. Quod tamen intelligitur dummodo casus non eueniat culpa eius, cui facta, est promisso. Menoch. præsump. 48. num. 80. lib. 2. cons. 671. num. 24. Surd. cons. 142. num. 11. cons. 150. num. 54. cons. 12. num. 63. cons. 61. num. 73. Et quamuis ex renuntiatione quis ad casum fortuitum obligari posit, Rom. Sing. 441. Tu scis. Tamen quando casus euenit culpa eius, cui promittitur, non tenetur renuntians l. cum proponas C. de naut. foen. & d. l. qui officij §. fi. & facit, l. si merces §. culpæ. ff. loca. Steph. Fede. de interp. iur. par. 1. n. 135. Bertachin. de Gabell. par. 2. nu. 57. Brunor. in quæst. legal. q. 31. num. 38. Crot. rep. c. nauiganti. nu. 2. de vsur. Crau. cons. 372. in prin. Rom. cons. 183. in casu. col.

2. Ad

2. Ad id facit, quod promissio de non inquietãdo aliquem sub pœna, tacitè intelligitur, nisi inquietatio procedat culpa eius, cui facta est promissio, vt per Bald. d. l. cum proponas. per illum tex. Ias. l. 1. col. 2. vers. confirmatur C. de insti. & substi. Dec. c. ex parte. 1 t. col. fin. fall. 22. de offic. deleg. Marsil. sing. 96. renuntians. Rom. d. cons. 183. Alex. cons. 84. ponderatis. lib. 6. Aretin. cons 111. consideratis. in fi. & cons. 139. Ruin. cons. 147. lib. 1. Corn. cons. 12. col. pen. lib. 4. Ancharan. cons 414. Craue. cons. 95. num. 6. Similiter renuntians omnibus exceptionibus, non censetur renuntiare ei exceptioni, quę habet ortum ex facto aduersarij. d. l. qui offic ij. §. fin. & d. l. cum proponas. vbi Salic. Rom. sing. 441. & cons. 183. Marsil. d. sing. 96. Rip. de contr. cau. pest. n. 87. Socin. cons. 70. instrumentum col. 2 lib. 3. Redoan. de reb. eccl. nõ alien. tit. remiss. quib. casib. non fiat. q. 18. Brunor. d. q. 31. num. 40. & 49. Quod tamen ita accipiendum erit, nisi renuntians aliàs de casu teneatur, quia vt pactum operetur, tenebitur quoq; de casu contingente etiam culpa aduersarij. Roland. cons. 67. num. 6. lib. 4. Afflict. decis. 150. num. 22. Brunor. d. q. 31. Generalis enim renũtiatio casuũ fortuitorũ extenditur, vt procedat, etiam si culpa aduersarij precesserit casum, quæ culpa tamen in non faciendo consistat Boss. in tit. de remiss. merced. cond. num. 64. Ripa. quem refert. ibi Boss. num. 80. Menoch. cons. 55. num. 18. Caroc. de locato, & conducto tit. de casibus num. 13. tenetur etiam renuntians de casu contingente ex natura rei. l. item quęritur §. item si gẽma, & ibi glo. ff. locati l. sed & si quis. §. quęsitum. ff. si quis cautio. vbi Iacobin. à S. Georg. num. 12. tenetur etiam de casu vltra id quod venit ex natura cõtractus, vt pactũ aliquid operetur contra ius cõmune Gabriel. tit. de locato, & conductu cõclusione 3. nu. 4. Butrius c. 1. num. 18.

20 Non tenebitur item renuntians de casu fortuito, quoties in illum incidit facto aduersarij siue iusto, siue iniusto. Rip. de priuileg. contr. cau. pest. num. 89. Bossi. tit. de remiss. merced. conduct. nu 65. Castren. post Bart. in l. si merces. §. culpa ff. loca. Bart. l. cotem § qui maximos ff. de publican. Redoan. d. tit. remissio quib. casi. non fiat. Franc. de Aret. cons 111. nu. 8. Menoch. cons. 671. nu. 6. Ratio est, nam si quis iniuriam patiatur ab aliquo, datur actio iniuriarum cõtra eum, cuius causa iniuriam passus est, vt damnũ resarciat. l. nam, & Seruius ff. de neg. gest. vbi Bald. not., & io c. ex rescripto. num. 1. de iure iur. Brunor. d. q. 31. num. 42. Surd. cons. 64. nu. 12. Quod procedit etiam in facto domesticorũ l. qui insulam. §. fin. ff. loc. glo. in l. ne quid, in ver. à possessoribus ff. de incend. ruin. & naufr. vel vt is, qui opera malorum vsus sit l. videamus in prin. ff. loc. l. si seruus seruum §. si fornacarius ff. ad l. Aquil. §. item exercitor. Insti. de oblig. quæ ex quasi delic. nasc. Ancharan. latè cons. 349 post prin. facit. l. 1. §. familiæ. ff. de publ. l. 2. §. familiæ ff. de vi. bon. rapt. l. pen. prope. fin. ff. nau. caup. & stab. Castren. cons. 423. nu. 6. lib. 1. Felin. c. constitutus. 1. ad fin. de testi. Cephal. cons. 640. num. 3. Quod etiam non comprehẽdit factum proprium ipsius cõtrahentis, maximè si sit princeps contrahens Craue. cons. 95. num. 8. 9. Menoch. cons. 27. num. 33. 53. lib. 1. cons. 55. num. 13. cons. 671. num. 6. & susceptio casus contingentis etiam ex facto locatoris, non valet. Menoch. cons. 671. num. 19. & 23.

21 Non tenebitur præterea renuntians de casu, si defecerit substantia rei Bald. l. licet C. loca. Menoch. cons. 855. num. 23. Bossi. tit. de remiss. merced. conduc. num. 61. Caroc. de loc. ver. remissio merced. num 29. Mozzi. de contract. tit. de accidentalibus locat. num. 56. vbi quærit, quid si fuerit dictũ à locatore, se non velle teneri de casu fortuito, siue res pereat in parte, siue in totum. Redoan. de reb. eccl. non alien. q. 18. tit. remissio quib. casib. non fiat. Mozzi. d. tit. de locat. num. 57.

22 Neq; tenetur de casu, si bellum illatum fuerit in loco, vbi sitę sunt res locatę, idemq; si sit timor belli Ludouic. d. cõcl. 12. ver. amplia secundo. cũ seq. Neq; de casu fortuito superioris, cui renuntiari non potest. Vrsill. ad Afflict. decis. 258. nu. 1. in fi. Moron. de fide. treug. q. 140. num. 21.

23 Declara etiam non procedere in contractu census, in quo non potest quis renuntiare casibus Boccat. de censib. par. 1. num. 7. 20. 54. & 58.

24 Declara etiam, nisi renuntiatio sit contra formam iuris, & peccatis nutritiua. Viat. iur. Io. Berb. tit. de locat. ver. contingit. veluti si conductor promittat reddere pretium rei, si penes eum indistinctè periret, ad idq; citat l. 1. C. de pact. pign. l. Iulianus §. idemq; Papinianus ff. de act. emp. l. pecuniæ ff. de vsur.

25 Intellige etiam, vt renuntians teneatur de ijs casibus, qui communiter accidunt, non etiam de ijs, qui ex plenitudine potestatis principis aliquibus specialiter, & priuatim accidunt. Craue. cons. 95. num. 5. Menoch. cons. 27. num. 32.

26 Intellige nec non de ijs casibus, quibus minime occurrere possunt contrahentes, secus si illis occurri possit. Craue. cons. 95. num. 6. Et ideo quando interpellatus potuit resistere, & non restitit, tenetur, Corne. cons. 13. col. 3. lib. 4. Redoan. de reb. eccl. non alien. q. 18. tit. remissio quibus casibus non fiat. Brunor. q. 31. num. 48. Caroc. de loc. & conduc. c. 78. num. 16.

27 Nec est intelligendum, vt renũtians casibus, teneatur etiam de casibus improuisis, cùm inter se differant. Bal. l. 1. C. de Sicar. Alex. l. respiciẽdũ §. delinquunt. ff de pœn. Ias. l. sed & si quis. §. quæsitum num. 31. ff. si quis caut. vbi Alex. in fi.

28 Declaratur postremo, vt renuntians casibus, ita demum illos prestare teneatur, si specialiter renuntiauerit, secus si generalis fuerit renuntiatio, l. sed & si quis §. quęsitum. ff. si quis caut. intelligendo, vt ibi tex. procedat in exceptionibus, quæ competere possunt ob casus fortuitos, secundum Bart. & communiter doct. in d. §. quæsitum, tametsi Ias. ibi, in prin. reprobet hanc restrictionẽ, sed inf. ad renunt. d. §. quęsitum. Circa

ca cuius intellectum tam multæ, & variæ sunt doct.opiniones, vt Salic.in l.1. C. de commoda. in tantis opinionum fluctibus tremiscat, vt ipse inquit, eligere vtram sequatur sentẽtiam. Namq; valde subtilis est tex. in d. §. quæsitum, vt ibi exordiuntur Bald. Castren. Albe. & Ias.

29 Itaq; circa hanc materiam generalis renuntiationis casuum, pleriq; doct. id discriminis cõstituunt inter iudicia, & contractus, vt scilicet in iudicijs specialiter renuntiandum sit casibus, in contractibus verò generalis renuntiatio valeat, & hanc opinionem tenuit Mar. per d. §. quæsitũ, vt refert ibi glo. magna, intelligendo, vt dispositio d. §. quæsitum, procedat in iudicijs cùm etenim generalitas prohibeatur in iudicijs, certè permittitur in contractibus, ex regula l. cum prætor, ff. de iudic. Bulg. etiam relatus à d. glo. constituit hanc differentiam. Verum existimat, vt in contractibus ita demum valeat generalis renuntiatio, si specialiter expressi fuerint aliqui casus, quod quidem non procedit in iudicijs, in quibus renuntiatio generalis cum specifica expressione aliquorum casuum non valet. Quæ Bulg. sententia videtur vsu approbari: vt per glo. in d. §. quæsitum, & sequitur Dyn. in c. contractus de reg. iur. lib. 6. Io. Andre. in c. vnico. de commod. Alex. in d. §. quæsitum. vbi inquit, magis communiter teneri Bulg. opinionem, idemq; dicit Iacob. à S. Georg. in d. § quæsitum. num. 10. & eandem sequitur Boich. d. c. 1. de cõmod. maximè si iungatur cum opinione Odofre. de qua mox dicam, vt per eum. Hancq; amplexus est Gul. de Cu. qui temperat ita procedere, vt scilicet generalis clausula valeat, quò ad omnia similia, vel minora casibus expressis, non etiam quò ad maiora arg. l. fin. §. cui dulcia ff. de vino trit. & oleo lega. Quæ declaratio placuit Bart. in d. §. quæsitum, per c. sedes de rescript. & c. nõ potest clem. de procur. Et aliàs semper generali renuntiationis casuum pacto apposito post aliquos casus expressos, casus expressis similes tantum cõprehenduntur. l. item. §. exercitu, ff. loca. l. si merces §. vis maior. ff. eo. facit d. l. fin. §. cui dulcia. Bald. l. 1. C. commod. Bart. d. §. quæsitum. & in l. 11. §. si quis in iudicio, ff. si quis caut. Butr. c. 1. de commod. col. fin. Rube. d. §. quæsitum num. 40. Felin. c. sedes. col. 2. de rescript. Gig. de pensio. ver. sexagesimo sexto. num. 2. Rip. de priuileg. contr. cau. pest. num 77. Boss. tit. de remiss. merced. conduc. num. 62. Craue. cons. 95. num 10. Stracha de assecur. glo. 15. num. 9. Bertachin. de Gabell. par. 2. num. 58. Et renuntiatio generalis iuncta speciali aliàs semper trahitur solùm ad casus expressis similes, nõ etiam maiores. Marsil. rub. ff. de fideiuss. num. 31. Mozzi. de contr. tit. de accident. locat. num. 53. Brunor. q. 31. nu. 6. & dixi supra de renunt. generali. Vnde cautela erit secundum Salic. in d. l. 1. in fi. C. de cõmod. quod post renuntiationem casuum expressorum dicatur, & cuiuscunq; alterius casus fortuiti, tam minoris, quam etiam maioris, vel grauioris. Ratio cur non comprehendantur maiora expressis illa est, quoniam generalis causa in odiosis non comprehendit maiora expressis; tex. est not. in clem. nõ potest. de procur. secus in materia fauorabili. Lopez de contrac. c. 27. tit. de locan. rem vitiosam. Nam comprehenditur casus similis expresso. Caroc. de loc. & conduc. q. 78. num. 4. & est communis sententia Valasc. de iure emphyt. q. 27. num. 34.

30 Quis modo dicatur casus similis, declarat Rip. de priuileg. contr. cau. pest. num. 78. Caroc. de loc. d. ver. casibus. num. 4. Menoch. de arbit. casu 84. Brunor. d. q. 31. num. 10.

31 Supradictam distinctionem, vt scilicet d. §. quæsitum, procedat in iudicio, communiter tenẽt doct. & ita intelligit glo. magna in d. §. quæsitum. dum refert dictam Bulg. opinionem, ibiq; speciale esse in iudicio, vt in eo renuntiatio casuum specialiter fieri debeat, tametsi in contractibus generalis permittatur, tenent Bart. Ange. Alex. Castren. & Fulgos. in d. §. quæsitũ. Castren. in l. 2. nu. 2. C. de pignor. act. in l. 1. num. 4. ver. sed dubium est. C. cõmod. & id receptum esse affirmant Rip. de priu. contr. cau. pest. num. 70 Natta cons. 153. num. 11. lib. 1. Corne. cons. 138. num. 13. 20. lib. 2. Boss. tit. de remiss. merced. condu. num. 57. Stracha de assecur. glo. 15. in prin. Guter. de contr. iur. c. 24. in prin. Seb. Medic. de fortuit. casi. q. 15. n. 10. Hancq; esse receptiorem sententiam testatur Valasc. de iure emphyt. q. 27. num. 34. ver. licet secus in iudicijs.

Differentiæ ratio illa est secundum glo. 1. in d. §. quæsitum. Quoniam iudicium redditur in inuitum. Nam præsumitur quod quis in iudicio inuitus renuntiet, sed hæc ratio est contra l. non est verisimile ff. quod met. cau. Altera est ratio quoniam id speciale est in prætorijs stipulationibus & iudicialibus, quæ secundum mentem et æquitatem prætoris iudicantur, qui non patitur quem decipi sub verborum generalium inuolucro, cùm conuentionales stipulationes iudicentur secundum mentem contrahentium, qui voluerunt omnibus esse renuntiatum. Bart. d. §. quæsitum. Et hanc differentiæ rationẽ attulit Odofre. à Bal. relatus in d. §. quæsitum, quam communiter sequuntur doct. vt per Natt. cons. 153. nu. 11. Ias. d. §. quæsitum. num. 14. Guter. de contr. iur. d. c. 24. Confirmatur hæc ratio, nam contractus consensu perficiuntur, atq; ideò in illis magis mens contrahentium perpenditur, quam verba, vel modus: Vnde passim in iure cùm de contractibus agitur, ita legitur, nisi aliud actum est, vel maximè referre, vel interesse quid actum est, vt habetur in l. si venditor. ff. de act. emp. l. si quis vina. §. fin. ff. de peric. & cõmo. rei vend. l. Latinus ff. qui sine manum. ad liber. peruen. ibi, inspiciendum est quid actum est. l. eum qui calendis. in prin. ff. de ver. obl. l. 1. C. de euict. Iudicia uerò, & prætoriæ stipulationes ex prætoris mente legem accipiunt, in eisq; nihil immutare licet, neq; addere, aut detrahere, vt inquit tex. l. in conuentionalibus. in prin. ff. de ver. obl. Ad idq; facit etiã l. cum Aquiliana. ff. de transact.

Si ergo sequi volumus hanc differentiam inter iudicia, & contractus, duplex erit regula constituenda

stituenda

stituenda, prima est, quod in iudicijs generalis renuntiatio casuum non operatur. Altera est quod generalis renuntiatio casuum in contractibus valet.

32 In iudicijs ergo generalis casuum renuntiatio non operatur d. §. quęsitum. Et in hoc omnes doct. conueniunt. Nam siue intelligamus quod d. §. quęsitum, loquatur in iudicijs, atq; id speciale sit in iudicijs, vt iam dixi, siue etiam intelligamus nullam constitui differentiam inter iudicia, & contractus, iuxta multorum sententiã, certè illud minimè dubium est, semper in iudicio specialem exigi casuum renuntiationem, per tex. in d. §. quęsitum. vbi not. Bart. & alij maximè Ias. num. 14. & ita receptum est Castren. l. si creditor. num. 2. C. de pign. act. Med. de fortuit. casi. q. 15. num. 10. par. 1. Gutier. de contr. iur. c. 24. num. 2. Vnde cauti sint notarij, vt in renuntiatione casuum, quæ fit in iudicio specialis mentio casuum fiat. Non obstat modo, quod generalis renuntiatio valeat, vt dixi suo loco, quoniã id non procedit in iudicio d. §. quæsitum. qui loquitur in iudicijs. Neq; obstat, quod tantum operatur expressio generalis, quantum specialis. l. si chorus ff. de leg. 3. quia procedit, quoties aliter non disponitur, secus in casu nostro, vbi requiritur specialis expressio. glo. in l. si quis mihi bona. §. sed verum ff. de acq. hær. Grat. cons. 18. num. 13. lib. 2. Nec vrget, quod traditur in l. 1. C. depos. quoniam ibi, verbum, specialiter, accipitur, idest, contra communem regulam depositi conuenerit, &c.

Verũ circa specialẽ casuũ renuntiationem dubitari potest, & primo, an in iudicio requiratur singularis, & indiuidua casuum expressio, an vero sufficiat specialis. Secundò, an dicatur speciatim renunciatum, si quis susceperit in se omnes casus. Vel tertiò si renuntiatum fuerit casibus, qui possunt in mari contingere. Quartò, an sufficiat expressis aliquibus casibus in indiuiduo subijci generalem clausulam, quæ trahatur ad cæteros casus non expressos. Quintò, an valeat huiusmodi renuntiatio, nempè omnium casuum enumeratorum putà in l. 2. ff. si quis caut. Sextò, quid si in generali renuntiatione dictum fuerit, quod partes volunt haberi pro expressis nominatim, & speciatim omnes casus, qui contingere possunt, vt in hanc formulam est tex. in l. omnes. C. de præscrip. 30. ann.

33 Circa primum, secundum Ange. & Fulgos. in d. §. quæsitum. casus debent in indiuiduo exprimi. per id quod habetur in clem. appellanti. de appell. ibi, sigillatim. Idem tenet Alex. in d. §. quæsitum. col. 3. ver. in ea. ibi respondeo, Vnde in d. §. quęsitũ verbum, specialiter, exponitur, idest, singulariter, pro qua expositione, facit tex. l. quod in rerum, §. fin. ff. de leg. 1. vbi legatum, nauis dicitur factum singulariter, licet ibi in tex. dicatur specialiter, & l. 1. §. inter filium. ff. ad l. Corn. de fals.

Contrarium voluit Castren. in d. §. quæsitum quoniam in d. tex. dicitur specialiter, non etiam singulariter, & sequitur. ibi Ias. & facit l. 1. vbi Bart. ff. si quis in ius uoc. non iet. & tex. in l. 2. ff. si quis caut. & hanc opinionem esse in practica amplectendam inquit. Rube. in repe. d. §. quæsitum. num. 28. cùm per eam minus recedatur à reg. l. si duo. ff. de admin. tut. l. de dic. ff. qui satisd. cog. & à regula, quod semper interpretatio fieri debet, vt actus valeat.

34 Circa secũdum plures tenuerunt in d. §. quæsitum. speciatim renuntiatum censeri, si quis in se susceperit omnes casus, Bart. & Alex. in l. Titius. ff. de lib. & posth. Tiraq. de legi. connub. glo. 7. num. 108. & ita communiter receptum esse trad. Roland. cons. 26. num 16. lib. 2. Bertachin. de Gabell. par. 2. num. 58. contr. Imola d. l. Titius num. 2.

Idem dicendum erit, si quis nauigaturus renuntiauerit omni casui fortuito, qui in mari possit contingere. Castren. d. §. quæsitum. quem sequitur ibi Ias. num. 16. quamuis ibi contrarium teneãt Ange. Fulgos. & Alex.

35 Circa quartam dubitationem, plures arbitrati fuerunt, quod in iudicio generalis renuntiatio, post expressionem aliquorum casuum, valeat in specificatis tantum, non autem trahatur ad casus minime expressos in indiuiduo, vt voluit. Bulg. supra relatus, Cyn. in l. 1. C. de commod. Bart. in d. §. quęsitum. quem sequitur Fulgos. Castren. & Rom. in d. §. quæsitum.

Contrarium tenuerunt Richard. & Salic. in d. l. 1. C. de commod. vt refert. Zabarel. in c. 1. col. 2. extra. eo. & ibi Imola, qui non constituentes differentiam inter iudicia, & contractus, tenent quod tam in iudicijs, quàm in contractibus, cùm post enumerationem aliquorũ casuum, sequitur generalis clausula, quod ea trahatur etiam ad casus non specificatos, & ita tenet Ias. in d. § quęsitum col. 4. Pro qua sententia facit tex. in d. §. quæsitum, ibi, ego puto istam conuentionem valere. Et hanc opinionem latè prosequitur Rube. in d. §. quæsitum. nu. 36. & ita sensit Guter. de contr. iurat. c. 24. nu. 4 Alex. cons. 3. viso col. 2. lib. 1. Guid. Pap. singul. 16.

36 Circa quintum, pleriq; tenent valere renuntiationẽ casuũ enumeratorum in quapiam lege si quidem hęc renuntiatio specialis cẽseri debet, Sed Albe. in d. §. quæsitum, contrarium tenet, vt refert, & sequitur ibi Ias. nu. 17.

37 Circa sextum, non valet ea renuntiatio vti specialis, qua partes volunt haberi pro expressis omnes casus, qui contingere possunt vt in d. l. omnes, ita voluit Bart. in d. §. quęsitum sequitur ibi Ias. col. 1. & nu. 28. & ibi Alex. nu. 8. Ange. nu. 4. Rube. nu. 20.

38 Altera regula est, in contractibus valere generalẽ renũtiationẽ casuum, & ita voluit Martin. relatus a glo. magna in d. §. quęsitum, si quidem dispositio generalis tantum operari debet, quantum specialis. l. si duo ff. de admin. tut. l. si chorus. ff. de leg. 3. l. omnes. C. de pręscrip. 30. ann. Pręterea, si quis voluerit promittentem teneri de omnib. casibus, necesse est, vt speciatim, & in indiuiduo singuli casus enumerẽtur, quòd quidem impossibile videtur l. vlt. in prin. C. de temp. appell.

lex,

lex autem non obligat ad impoſsibile l. impoſſibilium ff. de reg. iur. facit etiam, quia ſi in d. §. quæſitum prohibetur generalis renūtiatio in iudicijs, ergo ea pmittitur in cōtractibus, per reg. l. cū prætor. ff. de iudic. & de generali renuntiatione, vt ea valeat, habetur in authen. matri, & auiæ. C. quando mul. tut. offic. & ibi glo. ver. Senatuſc. & in l. t. C. eo. Quin etiam generalis caſuum fortuitorum renuntiatio valet, per ea, quę traduntur in l. ſi quis fundum ff. loca. & ibi glo. vbi ſi actum ſit, vt ſi quid in maiore accidiſſet, præſtaretur, pacto ſtandū eſt, & in l. qui officij. §. fin. ff. de contr. emp. qui licet loquatur de periculo, tamen de caſu fortuito ibi accipiendum eſt, vt ibi not. Scribitur & in l. Ariſtoni. ff. mand. pactum valere, vt res ſit periculo eius, qui depoſitum, vel mandatum ſuſcepit. Nec dicatur ibi, appellatione periculi non intelligi de caſu fortuito, quia imò ibi periculum pro caſu accipitur; cùm alias citra conuētionem in mandato, & commodato veniat leniſſima culpa, quo caſu ſi apponatur pactum de periculo, intelligendum eſt de caſu, vt per glo. magnam, in d. §. quæſitum. in fi. & ſupra dixi. facit etiam tex. in l. iuriſgentium. §. item ſi quis ff. de pact. vbi valet pactum, vt ex cauſa depoſiti omne periculum præſtetur. & l. ſi ut certo. § nunc videndum ff. commod. & quod in contractibus generalis caſuum renuntiatio operetur, voluit Bulg. ſupra relatus à glo. magna in d. § quęſitum. Intelligendo tamen, vt ita demum generalis renuntiatio valeat, ſi expreſsi fuerint aliqui caſus. Nec eſt nouum, quod quibuſdam ſpecialiter enumeratis. generale ſubijciatur verbum, quod ſpecialia cōplectatur. l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit lex. ff. ad l. Aquil. Et hęc ſententia videtur vſu approbari, vt per glo. in d. §. quæſitum, & eam ſequitur Dyn. in c. contractus. de regu. iur. lib. 6. & Io. Andr. c. t. de commod. Et quod tūc generalitas, vt iam dixi, trahatur ſecundum opinionem Gul. de Cun. ad caſus non expreſſos, non maiores tamen expreſſis, & hanc Bulg. ſententiam communiter ſequuntur doct. Bart. Caſtren. & Fulgo. in d. §. quæſitum. vbi Alex. inquit, ita communiter teneri, & ibi Iacobin. a S. Georg. num. 11. Et ab hac opinione, vti communi non eſt recedendum, cum diſtinctione tamen Odofre. vt videlicet conſiderandum ſit an ſteterit per promiſſorem, trad. Boich. c. t. de commod. & Rube. d. §. quæſitum. n. 41. Et quod ſufficiat in contractibus ſecundum communem, vt quis ſuſcipiat caſus in genere, licet ſpeciatim non exprimantur, tenet Pinel. l. 2. par. t. c. 3. num. 26. cum ſeq. C. de reſc. vend. & quod ſufficiat generalis, communem aſſerit Suarez in communi. ver. fortuitorum. num 332. & in ver. caſuum. nu. 27. Sufficit etenim ſi quis in genere ſuſcipiat in ſe caſus fortuitos. Caſt. & Alex. l. Titius. ff. de libe. & poſth. etiam omnes caſus fortuitos. Rol. conſ. 26. num. 16. lib. 2. Tiraq. de legi. cōnnb. glo. 7. num. 108. Rube. d. § quæſitum. num. 44.

At verò ſunt, qui cenſuerunt tam in contractibus quā in iudicijs, exigi ſpeciale renuntiationem caſuum, & quod conſtituendum non ſit diſcrimen inter iudicia, & cōtractus, & hanc tenuerunt Io. & Azo. relati à glo. in d. §. quæſitum. ſi quidem in iudicijs quaſi contrahitur. l. 3. §. idem ſcribit ff. de pecul. Pro qua opinione facit l. 2. C. commod. & l. 1. C. depoſi. ibi, ſi non aliud ſpecialiter conuenit. Neq; obſtare videtur ea regula, quod tantum valere debet generalis diſpoſitio quo ad omnia, quantum ſpecialis, quia id non obtinet in caſibus fortuitis, in quibus renuntiatio ſpecialis eſſe debet, ne ſub verborum inuolucro quis capiatur, glo. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum ff. de acq. hær. Ad id autem quod quis poteſt promittere generaliter, vt de omni periculo teneatur, vt dixi, reſpondetur, quod quis poteſt ſuſcipere omne periculum ſi ſpeciatim pericula enumerauerit, & tunc capitur ſpecialiter ad differentiam generalis, vel expreſsi. l. quam Tuberonis. §. vlt. ff. de pecul. Hanc ſententiam Io. & Azon. ſecuti ſuerunt Iac. de Ra. Pet. de Bellapert. & Cyn. in l. 1. C. de commod. vbi indiſtinctè tenet, quod nulla generalis renuntiatio, ſiue promiſsio iam ſola, quàm cum ſpeciali, nihil operatur, tam in cōtractibus, quàm in iudicijs. Hancq; ſententiam veram eſſe de iure, licet Bulg. opinio de conſuetudine ſeruetur trad. Albe. in d. §. quæſitum. Neq; enim conſtituenda eſt differentia inter iudicia, & contractus, cùm nulla diuerſitatis ratio reddi poſsit. Idemq; tenet Iaſ. in d. §. quæſitum. num. 15. vbi inquit diſputando teneri poſſe hanc ſententiam contra glo. communiter, & doct. quod tam in contractibus, quàm in iudicijs, generalis renuntiatio non valeat, vti captioſa, niſi præcedat, vel ſequatur ſpecificatio aliquorum caſuum. Sed, & Salic. in d. l. C. de commod. videtur ſentire, quod in iudicijs ſufficiat generalis, modò enumerati fuerint aliqui caſus; in contractibus verò, quod generalis non operetur, veluti ſi quis promiſerit præſtare periculum, niſi ſaltem promiſerit, præſtare omnes caſus. Et Rom. in d. §. quæſitum. voluit, quod nunquam valeat generalis renuntiatio, idemq; iuris eſſe tā in contractibus, quàm in iudicijs. quando poſt aliquorum caſuum expreſsionem, ſubijcitur generalis clauſula, tenet Rube. in d. § quæſitum. nu. 36. Deniq; Nic. de Mal. fuit in ea ſingulari opinione, nempe, vt ſit conſtituendum diſcrimen inter obligatum ad rem, & ad factum: vt primo caſu, ſuſceptio generalis periculi, ſine caſuum expreſsione valeat: altero caſu ſuſceptio periculi contineat caſus, licet illi non fuerint expreſsi. Sed hanc ſententiam reprobant Bart. & Ange. in d. §. quæſitum. per tex. in l. opus quod auerſione ff. loc. ui. Rube. d. § quæſitum. num. 42.

39 Sed ego eam ſententiam magis probo, vt nullum diſcrimen fieri debeat inter iudicia, & contractus, ſed quod ſemper caſuum renuntiatio ſpecialis eſſe debeat, intelligendo tamen, quod ſpecialis cenſeatur renuntiatio, etiamſi promittatur præſtari periculum caſuum, vel renuntietur omnibus caſibus: Atq; is videtur eſſe verus intellectus d. §. quæſitum. vbi promittens ſiſtere omni exceptione remota, non intelligitur renuntiare exceptioni cōpetiturę propter caſum fortuitum; Et hanc opinionem tenere videtur Cyn. in l. 1. C.

de commod. vbi Salic. Hancq; opinionem veriorem eſſe trad. Rip. de priuileg. contr. cau. peſt. num. 37. & ante eum Socin. conſ. 123. num. 5. lib. 4. & poſt eum Pinel. l. 2. par. 1. c. 3. num. 28. C. de reſc. vend. vbi ita tradit, quaſi ſuum nouum inuentum, ſequitur Valaſc. de iure emphyt. q. 27. num. 34. vbi inquit tex. in d. §. quæſitum. loqui in renunciatione omnium exceptionum, quæ eſt generaliſsima, non etiam de renunciatione omniũ caſuum, quæ minus generalis eſt, ſed potius ſpecialis. Et ita queq; conſiderauit Rube. d. §. quæſitum. num. 17. in fi. Surd. conſ. 339. num. 18. conſ. 62. num. 63. & deciſ. vlt. num. 50. & ita ſentire videtur Tiraq. de legi. connub. glo. 7. nu. 108. vbi inquit, quod qui in genere ſuſcepit caſus, videtur expreſsim renunciare ſecundum diſpoſitionem d. §. quæſitum. Namq; ſatis ſpecialiter exprimere videtur, qui ſuſcipit periculum caſus fortuiti, Seraphin. priuileg. iuram. 206. num. 5. & ſi contrarium tenere videatur num. 8.

40 Verùm, vt hęc materia confuſa, & inextricabilis ferè intelligi poſsit, ſciendum eſt, renunciationem caſuum generalem dici poſſe, aut in genere generaliſsimo, ſeu ſummo, aut verò in genere ſubalterno, verbi gratia, promittens omne periculum, vel non opponere vllam exceptionem, is ſanè promitit generaliter in genere ſummo, & hæc renunciatio ſpecialis dici non poteſt, ſed generalis tantum. Promittens autem pręſtare omne periculum caſuum, vel non opponere vllam exceptionem competituram ob caſum fortuitũ, vel renuncians omnibus caſibus, is renunciare dicitur, & generaliter, quia hac renunciatione comprehenduntur omnes caſus, & ſpecialiter, ſi reſpiciamus verbum, periculum, vel exceptionem, quoniam eſt ſpecies periculi, & ſpecies exceptionis. ſi vero promittatur caſus incendij, vel tempeſtatis hæc promiſsio dicitur ſingularis. Tiraq. de legi. connub. glo. 7. n. 108. Bald. d. §. quęſitum. n. 13. & de clauſula generali, ſpeciali, & ſingulari trad. Seraphin. priuil. iuram. 75. num. 55.

41 Et quod generalis renunciatio caſuum non valeat, etiam in contractibus, capiendo tamen generalem renunciationem, vt ſtatim dixi, tenet glo. magna in d. §. quæſitum. ibi, ſed quid ſi dicat quis, vbi non poteſt quis generaliter ſuſcipere omne periculum, ſecus verò ſi ſpecialiter promiſerit præſtare periculum caſus fortuiti. Quam glo. ſequitur Alex. in d. §. quæſitum, & ita tenent ibi Bart, Albe. Salice. Rom. Ange. Caſtren. & Fulgo. Idemq; tenent quoties expreſsis aliquibus caſibus pręponitur, vel ſequitur generalis clauſula, ſecundum Bulg. opinionem, per glo. relatam, quam ſequitur Dyn. in c. cõtractus. de reg. iur. lib. 6. & Bart. in d. §. quæſitum. vbi omnes. Quinetiã Albe. Salic. & Iaſ. ibi, idem dicunt procedere in iudicio, vt per eos. Et quod ſecundum veram opinionem communiter approbatam valeat renunciatio caſuum generalis, vbi facta fuit enumeratio certorum caſuum, trad. Ange. conſ. 219. col. 4. Quibus accedit quod tradit Seraphin. priuil. iuram. 106. num. 5. ver. hoc ita præmiſſo. vbi inquit non valere generalem caſuum renunciationem.

42 Tenendo ergo opinionem, quod tam in contractibus, quàm in iudicijs renunciandum ſit ſpecialiter caſibus fortuitis per tex. in d. §. quęſitũ. intellige id procedere, non quia id ſpeciale ſit in iudicijs, vt nonnulli opinati fuerunt, ſed quia id ſpeciale eſſe debet in caſibus fortuitis, vt illis renunciandum ſit ſpecialiter, ne ſcilicet, ſub verborum inuolucro quis capiatur, cùm veriſimile non ſit, quod quis per verba generalia velit obligari ad id, quod abſq; ſuo dolo, & culpa contingere poteſt, atq; ad id, cui occurri minime poteſt. Quæ quidem ratio obtinere debet, tam in contractibus, quàm in iudicijs, vt not. Bald. in d. §. quęſitum. Quod in conſcientia maxime obtinere inquit Lopez de contracti. tit. de locante rem vitioſam. num. 3. Etenim verba generalia debent comprehendere ea tantum, quę veriſimile eſt generaliter loquentem contineri voluiſſe ſub generalitate, nec ea, quæ ſunt ardua, & grauia. l. obligatione generali. cum ſim. ff. de pigno. Nec eſt veriſimiliter credendum, quod generaliter loquẽs voluerit ſentire de caſibus fortuitis: quandoquidem quis cenſetur minus velle obligari, quàm ſit poſsibile. l. Sempronius Proculo ff. de leg. 2. Socin. conſ. 277. num. 11. lib. 2. Nulla quippe diſpoſitio tam generalis capesiri poteſt, quæ trahatur ad ea, de quibus non eſt veriſimile à partibus cogitatum fuiſſe. Grat. conſ. 111. nu. 26. lib. 2. Et hanc eſſe doct. communem concluſionem inquit Seraphin. priuil. iuram. 106. num. 18. Fulgo. conſ. 193. num. 3.

43 Dic ergo verum ſenſum d. §. quæſitum. eum eſſe, vt tam in iudicijs, quàm in contractibus ſpecialiter renunciandum ſit caſibus. Ratio eſt, quoniam verba generalia non trahũtur ad caſum inſolitum, vt dixi de renunt. generali: at caſus fortuitus dicitur inſolitus euentus, vt dixi ſupra, ergo nunquam per verba generalia quis cenſetur renunciare caſibus, qui euenire non ſolent, cuiuſmodi ſunt caſus fortuiti. Et Rube. in d. §. quęſitum. num. 16. inquit, quod ille tex. procedit, quoniam conuentum fuerat, quod nulla exceptio poſſet obijci, ſecus ſi renunciatum fuiſſet omnibus caſibus.

44 Ex quo videmus, quod nemo caſibus renunciare cenſetur, niſi id exprimat. Ange. d. §. quæſitum. Craue. conſ. 957. num. 1. Socin. conſ. 123. num. 5. lib. 4. Stracha de Mercatura par. 2. in prin. num. 3. cum ſeq. Barbatia conſ. 47. num. 5. lib. 4. Ripa de priuileg. contr. cau. peſt. nu. 73. Boſſ. tit. de remiſſ. merc. conduc. num. 58. vbi teſtatur de communi. Surd. conſ. 445. num. 41. conſ. 61. num. 17. & 63. conſ. 339. num. 17. Quinetiam ſub verbis generalibus nunquam cenſentur comprehenſi caſus fortuiti. Bero. c. 1. nu. 14. de in integ. reſti. Et quod generaliter renuncians non videatur ſuſcipere caſus fortuitos, reſpond. Surd. d. conſ. 339. num. 18. Pinel. l. 1. par. 1. cap. 3. num. 28. C. de reſcind. vend. vbi inquit generalia verba nunquam referri ad caſus fortuitos, atq; hunc eſſe verum ſenſum d. §. quæſitum, & refert Surd. d. conſ. 339. Et quod regulariter quis non teneatur de caſu, niſi ſpecialiter illos in ſe ſuſceperit, voluit. Ca-

ſtren.

ftren.l.Titius, num.2.ff.de libe.& posth. Tiraq.de irgi. cōnub.glo.7.num.108.Fulgo.conf. 193.nu. 3. Surd.decis.vlt.num.50.

Prædicta tamen non procedunt,quoties verba non possunt operari nisi renunciationem casuum.Barbat.conf.47.nu.5.lib.4.Bart.d. §. quæsitum.vbi distinguit, quando suscipiens periculum censeatur renunciare casibus, de qua re mox dicam. Aretin.conf. 104.col.3.in fi.

45 Vnde suscipiens in se omne periculum, non videtur renunciare casibus fortuitis.glo. magna in d.§.quæsitum.ibi, secus si diceret periculum tantum,& ibi Bart.num. 3. latè distinguit, cuius distinctionem sequitur Castren.ibi num.6.& alij, licet Ant.Com.tit.de loc.& cond.num.19.contrarium dixerit,vt per Guter.de contr. iur. d. c. 24. num. 10.Bart.in l.1.C.quæ res pigno. oblig. poss. num.3.arg.d.l.1.in §.opus,in fi.ff.de loc. & cond. Rip. tract. de priuileg. contr. cau. pest. num. 73. Bossi. tit. de remiss. merced. conduc. num. 57. Seb.Med.de fort.casib.q.15.& q.11. nu. 20. par. 1.vbi inquit,glo.in d.§.quæsitum.esse communiter receptam. Nam verbum periculum est generalius,continens etiam leuissimam culpam, Sanè suscipiens periculum non videtur suscipere casus,cùm referri possit ad aliud, quàm ad casus. Castren.l.Titius.num.3.ff.de libe.& posth.Tiraq.d.glo.7.nu.108. Ioseph. Ludo.concl. 12. ver. quartò ampliatur.Fulgo.conf.193. num. 3.Surd. decis.vlt.num.50.Rip.l. si vnquam.num.10. C.de reuoc.don.Stracha de Merc.par.4.num.7. Periculum quippè est genus;casus fortuitus est species; atq; ideò suscipiens periculum non tenetur de casu, si quidem periculi susceptio referri potest ad aliam speciem, quam ad casus fortuitos. Albe. d.§.quæsitum.nu.15.Io Crot.in repe.c.nauiganti. in prin.de vsur.Surd.conf.61.num.61. vbi inquit ita communiter teneri.Brunor.q. 31.nu.33. Bertachin.de gabell.par.2.num.58. Valasc. de iure emphyt.q.57.num 36.Grat.conf.94.num.49.lib. 2. Quapropter conductor suscipiens periculum operis,non tenetur nisi de periculo, quod contingit saltem culpa leuissima,non etiā de eo, quod contingit ob casum fortuitū.Fulgos.l.opus,quod. num.1.ff.loca. & in d.§.quæsitum. num. 10. Grat. conf.94.num.49.Santer. de assecur. par.4.Strach. eo.tract.glo.13. Corn. conf.38.col.3. ver. & secundum dictas.lib.2. Et quod suscipiens periculum non teneatur de casu Seraph.priuileg.iuram.106 circa fin.Periculi etenim appellatione,non venit casus.ita doct.supra citati,l.licet. §. 1. ff. de neg. gest.qui sanè tex.videtur probare contrarium, vt ponderat Ias.in d.§.quæsitum.num. 30.est enim differentia inter periculum,& casum.Castren. d. §.quæsitum.num.6.Rube.num.2.

Quod procedit,etiamsi quis susceperit omne periculum.Rip. de priuileg. contr.cau. pest. nu. 73.Boss.tit.de remiss.merced.cond. num. 57. Caroc. de loc. c. 78.num.2.Idemq; dicendum est si quis susceperit risigum & periculum.Socin.conf. 123.num.10.lib.4. Rip.de priuil.contr.cau.pest. nu.75.Boss.d.tit.de remiss.merced.conduc. n. 57. Surd.conf.61. num. 60.

Declaratur tamen, vt comprehēdatur etiam casus, quoties post expressionem cuiuspiam casus,subijciuntur generalia verba. Bar. & Albe. d. §.quæsitum.Rip.de priuileg. contr.cau. pest.num. 77.Fulgo.d.§. quæsitum. num. 50.Seb. Medic. de casib.fort.q.11.par.1.num.21.Brunor.d.q.31.nu. 4.Caroc.de loca. c.78. num.4. Mozzi. de contr. tit.de locat.num.53.& 55.Idemq; dicendum est, si quis susceperit periculum, præterquam incendij,& naufragij, quoniam tunc periculum refertur ad casus. Albe. l. nam quod liquidè, §. si cui penus,num.4.ff.de penu.leg.

Declaratur etiam non procedere,quando aliter operari non potest,nec ad aliud referri potest præterquam ad casus fortuitos.Bart.d.§.quæsitū. vbi tradit exemplum de eo, qui alias tenebatur de periculo rei,vel quando in re, suscipiens periculum nullam potest committere culpam. Seb. Med.de fort.casi.par.1.q.55. num. 15.& q.11.nu. 20.vbi tradit exemplum de nauta, qui suscepit periculum mercium.Strach. de assecur. glos. 15. num.7.Quoties igitur suscipiens periculum alias tenetur de culpa leuissima,vel de casu, vt pactū aliquid operetur, tenebitur etiam de casu. Rube. d.§.quæsitum.num.48. Rip.de priuil. contr. cau. pest.num.80.Medic.d.q.11.num.21. & q. 15. nu. 16. Albe.d.§.quæsitum.num.57.Brunor.q.31. n. 36.Roman.sing.442.tu habes. Caroc. de loca.c. 78.num.5.Guter.de contr. iur.c. 44. nu. 12. *Item* quoties suscipiens periculum non accipit rem, tenetur de casu Fulgo.d.§.quæsitum.& ibi Rube.n. 47.Santer.de assecur. d. par.4.Quinimò suscipiens periculum,qui alias de casu tenebatur, tenetur etiam de casu contingente culpa alterius, modò dolus absit.Bart.d.§.quæsitum.& ibi Fulgos.num. 10 & Rube.Medic.de fort.casi.q.15.num.17.

Declaratur præterea,nisi quis suscipiat omne periculum cum iuramento.Rip.d.tract.num. 82. Medic.d.q.11.num. 21. Grat. conf.94. num. 34. Sed contrarium voluerunt Ripa.num.84. Medic. d.q.11.num.21.idem Rip.l.si vnquam. num. 10. C.de reuoc.don. & ita communiter tenetur,vt per Grat.d.conf.94.num.56.& conf.161. nu. 18. lib.2.sed vi.Bald.in c.1.de controu.feu.apud par. Io.de Imola in c.cum cōtingat.de iureiur. Alex. l.1.§.si quis ita.ff.de ver.oblig.Corset.de iuram. euidentia.primo,n.59.Caroc.de loc.c.78.nu. 6.

Item,nisi quis susceperit periculum, & fortunam,Rip.d.tract.num.86.Medic.d.q.11.nu. 21. Boss.d.tit.de remiss.merc.cond. num. 63. & nisi quis suscipiat suo risigo, & fortuna Bart. l. si is qui in aliena.ff.de acq.re.dom.Rip.d.tract.num. 74.Caroc.d.c.78. num.3.Stracha de assecur. glo. 16.Alex.d.§.quæsitum.num.16.& ibi Ias.nu. 39. & suscipiens rem cum periculo, & fortuna,tenetur de casibus.Bertach. de gabell.par.2. num. 58. Corne.conf.38.lib.2.& Ias.vbi supra.

Venit quoq; casus, cùm quis suscipit periculum, quando ante contractum spectabant casus. Rube.d.§.quæsitum.num.46.vbi Fulgo.num.10. Medic.d.q.15.num.14.

Sed, & de casu tenetur suscipiens omne periculum aduersi casus. Bart.d.§.quæsitum.per l.

quæ

quæ fortuitis. In fi. C. de pign. act. Rip. d. tract. de priu. contr. cau. pest. nu. 70. Bosi. d. tit. de remiss. merced. conduc. num. 57. Valasc. de iure emphyt. q. 27. num. 36. Idemq; iuris est in eo, qui voluit teneri de omni periculo obtentu certi periculi de quo tractabatur. Albe. d. §. quæsitum. num. 15.

46 Recipiens quoq; custodiam castri tempore belli suo periculo, tenetur etiam de casu Iacobin. à S. Georg. d. §. quæsitum. num. 13. Nam generalis renuntiatio comprehendit casum belli cùm pactum fit tempore belli. Bosi. d. tit. num. 58. & contrahens tempore belli, & sciens temporis cõditionem censetur renuntiare casui belli. Bald. in l. si ea lege. C. de vsur. Alex. l. interdũ. §. quod ex naufragio. in fi. ff. de acq. pos. Cotta in memorali. ver. guerra. & ver. conductor. Craue. cons. 957. num. 30. Surd. cons. 197. num. 16.

47 Similiter si quis promiserit indemnitatem, vel conseruare indemnem, non censetur promittere damnum contingens ex casu fortuito. Surd. decis. vlt. num. 50. & si contrarium teneat Salic. in l. 1. num. 2. C. de commod. per tex. ibi, in fi. vbi inquit, id esse maximè notandum. Quod tamen ita accipiendum erit, nisi verba ad aliud trahi nõ possent, quàm ad casum, vt dixi de periculo.

48 Si quis præterea æstimationem promiserit non tenetur de casu l. si vt certo. §. nunc videndũ. vbi glo. ff. commod. Boich. c. 1. num. 9. commod. vi. Albe. in l. 1. C. eo. num. 3. & ibi Castren. in fi. Lopez de contr. lib. 2. c. 27. tit. de locan. rem vitio sam. ver. accedit, & tertium.

49 Promittens quoq; soluere remota omni exceptione, non videtur renuntiasse casibus. Rip. de priuil. contr. cau. pest. num. 74. Bosi. d. tit. de remiss. merced. conduc. nu. 57. Surd. cons. 339. n. 18.

Ex pacto etiam quod, siue lucrum, siue damnũ sequeretur id cederet conductoris commodo, vel incommodo, non censebitur conductor suscepisse casum fortuitum. Surd. decis. vlt. num. 49.

50 Pactum quoq;, quo locator non vult teneri pro re locata, non operatur promissionem præstandi casus. Bosi. d tit. num. 58. Gozad. cons. 74. num. 16. similiter ex conuentione de dimittendo molendinum macinans in fine locationis, non cẽsetur conductor obligasse se ad casus Fulgos. cõs. 193. num. 3. Valasc. de iure emphyt. q 27. nu. 36.

51 Quò fit, vt nonnullorum sententiam minimè sequendam arbitter, qui existimauerunt, vt ex renuntiatione facta cuicunq; condictioni sine causa, & omnibus exceptionibus, omniq; iur. & legũ auxilio censeatur quis renuntiasse casibus, vt tradunt Cotta in memorali. ver. conductor. Rol. cõs. 86. num. 10. lib. 3. Valasc. d. q. 27. nu. 9. Brun. cons. 156. num. 5. Caroc. de loc. tit. de remiss. merced. num. 22. Vrsill. ad Afflict. decis. 258. n. 5. Guter. de contract. iur. c. 24. n. 12. Ioseph. Ludo. concl. 12 Bosi. d. tit. num. 77. Berrazol. claul. 40 glo. 6. nu. 5. Surd. cons. 197. num. 18.

Renuntiatio enim non extenditur ad alios casus etiam similes, & æquiparatos à iure, nisi sequatur generalis renuntiatio. Bosi. tit. de remiss. merc. public. num. 43. Rimin. iun. cons. 49. nu. 29. Ceph. cons. 257. nu. 17. lib. 2. & per specificationẽ aliquorum casuum, videtur actum ne fiat remissio, si alius casus euenerit. Rimin. Sen. cons. 646. num. 11.

55 Renuntians ergo casibus tenetur de solitis, non etiam de insolitis, tex. est in l. fistulas. §. frumenta ff. de contr. emp. Bart. in d. §. quæsitum. vbi Ias. col. pen. & Alex. nu. 5. iterum Bart. in l. Seio §. medicn ff. de annu. leg. in l. Titius, ff. de lib. & posth. Ange. cons. 173. Butri. c. 1. de commod. Bald. cons. 119 lib. 1. Corne. cons. 23. col. fin. lib. 2. cons. 282. cõs. 12. col 4. lib. 4. Redoan. de reb. eccl. non alie. ver. multi. nu. 8. 10. Fulgo. cons. 193. nu. 9. Bald. l. falsus. col. pen. C. de furt. in l fin. in fi. C. de act. emp. cons. 119. ver. in contrariũ lib. 1. cons. 145. lib. 3. Alex. cons. 28. num. 10. lib. 1. cons. 106. num. 10 lib. 5. cons. 107. num. 15. in fi. lib. 3. cons. 31. lib. 2. Albe. d. §. frumenta. Socin. cons. 123. nu. 11. lib. 4. Ias. ad Port. §. item is num. 4. Insti. qui. mod. re contr. oblig. Ange. cons. 176. præmittendum. Ias. cons. 107. attingam. num. 9. lib 1. Felin. c. sedes. de rescript. Santer. de assecur. par. 3. nu. 74. Gamba. de auct. leg. lib. 6. num. 217. Gig. de pensio. q. 66. num. 3. Craue. cons. 95. num. 2. cons. 716. num. 7. 13. Roland. cons. 45. num. 17. lib. 3. Pręuid. de peste. de contr. ver. ad illud. num. 4. Caroc. de loc. c. 78. num. 17. par. 2. Rip. de priuil. contr. cau. pest. num. 97. Bosi. tit. de remiss merced. conduc. num. 62. Natta cons. 21. num. 2. lib. 1. cons. 256. num. 5. lib. 2. Medic. de fortuit. casib. q. 15. num. 2. 18. par. 1. Alba cons. 1 num. 5. & 10. Cagnol. l. 1. num. 107. C. de sent. quę pro eo. Igne. l. contractus. num. 26. ff. de reg. iur. Suarez in suis cõmuni. ver. casuum, num. 28. Turzan. com. opin. 143. Gaill. obseru. 52. in fi. lib. 2. Paris. cons. 105. num. 12 cum seq. lib. 4. Cephal. cons. 58. num. 8. Franc. Marc. q. 471. in fi. & q. 208. nu. 11. Petruc. l. 1. num. 164. ff. de iureiur. Surd. decis. vlt. nu. 52. Mozzi. de contr. tit. de accident. locatio. num. 52. & 60. Gigans cons. 156. num. 4. cons. 65. num. 8. Neuizan. cons. 91. num. 5. Hippol. Rimin. in l. qui se patris num. 44. C. vnde libe. in l. si emancipati. num. 354. C de collat. Bero. c. 1. num. 132. de vsur. Bursat. cons. 81. num. 6. & 11. lib. 1. Valasc. de iure emphyt. q 27. num. 35. vbi communem asserit. Surd. cons. 61. num. 65. lib. 1. cons. 339. nu. 35. Brunor. q. 31. num. 50. cum seqq. Fulgo. d. §. quæsitũ. nu. 11. Rimin. rub. extra de iudic. num. 31. Grat. cons 94. nu. 42. lib. 2. & communem asserit Port. cons. 143. & 144. num. 8. Beci. cons. 94 num. 27. Anguisol. cons. 16. lib. 2. Caroc. de deposi. pat. 1. tit. de depos. num. 87.

56 Quinimo renuntiatio etiam iurata non trahitur ad casum valde insolitum. Alex. cons. 28. visis. col. pen. in fi. lib. 1. Bursat. cons. 81. num. 6. lib. 1. vbi testatur de magis communi. Petruc. l. 1. num. 164. ff de iureiur. Caroc. de loca. d. c. 78. nu. 17. Et de deposito. par. 1. tit. de casu. num. 87. Menoch. cons. 27. num. 19. Seraphin. priuil. iuram. 106. num. 10. Alba cons. 1. num 6. lib. 1.

Contrarium tamen plures tenuerunt, videlicet, vt suscipiens casus fortuitos, teneatur etiam insolitos pręstare, in qua sententia fuerunt Bald. in d. §. quæsitum. col. fin. quẽ ibi sequitur Ange.

Fulgo.

Fulgos Castren. Roman. & Alex. sibi contrarij, idemq; Alex. cons. 97. col. fin. lib. 3. Dec. cons. 7. col. fin. Craue. cons. 294. num. 8. Et hanc opinionẽ contra Bart. esse veriorẽ trad. Pinel. in l. 2. par. 1. c. 3. num. 30. C. de resc. vend. Salic. in l. licet, in fi. C. de loc. Imola c. 1. de commod. Alex. l. pretia rerum. in fi. ff. ad l. falcid. Ias. sibi contrarius, cons. 107. col. 3. lib. 1. vbi inquit communem opinionẽ esse contra Bart. Brunor q. 31. num. 11. & nu. 54. Franc. Marc. decis. 471. in fi. & aduersus Bartoli opinionem tenet Iac. à S. Georg. in d. §. quæsitum vbi respondet ad l. Seio. §. medico, ff. de annu. leg.

Mouentur hi item per tex. in d. §. frumenta. aliter illum intelligẽtes, quàm ipse Bart. Huius igitur conclusionis veritas, pendet ab intellectu d. §. frumenta Rip. de priuileg. contr. cau. pest. n. 98. Corne. cons. 12. lib. 4. Menoch. de arbit. iud. casu 80. Paris. cons. 105. num. 12. cum seq. lib. 4. Craue. cons. 294. num. 8. Vasq. illustr. contron. lib. 3. c. 54. num. 6.

Verùm Bartoli opinio est magis recepta, non tantum per tex. in d. §. frumenta. quem pro hac sententia citat, quàm ex alijs rationibus; proindeq; in iudicando ea vti verior est amplectenda, vt inquit Guter. de contr. iur. c. 24. num. 6. Quam sequitur, & Rip. d. tract. num. 97. Bossi. tit. de remiss. merced. conduc. num. 66. Alcia. cons. 157. num. 3. vbi inquit hanc esse magis communem, sequitur Roland. cons. 45. num. 17. lib. 3. Craue. cons. 95. num. 2. Bursat. etiam communem dicit cons. 81. num. 6. & num. 51. lib. 1. Caroc. de loc. d. tit. de casib. num. 17. Corne. cons. 23. lib. 2. cons. 12. num. 4. lib 4. Craue. cons 294. n. 9. Communẽ quoq; dicit Ios. Ludou. conclus. 12. ver. in vno etiam casu. cum seq. Hancq; magis communem esse trad. Grat. cons. 94. num. 42. lib. 2. Neq; obstare videntur doct. pro contraria sententia citati, quoniam sunt sibi contrarij, vt per Grat. d. cons. 94. num. 42.

56 Sed difficultas est obicem d. §. frumenta remouere, cùm habeat plures intellectus, vt per Rimin. Sen. cons. 646. num. 16. Qui saeè tex. nedum nihil probat, sed etiam probare videtur contra Bartoli sententiam. Nam cùm in d. §. frumenta. venditor promisisset se præstaturum si quid vi, aut tempestate accidisset, respondet Iurisc. quod si niues immoderatæ fuerunt, & contra cõsuetudinem tempestatis, quod venditor ipse ex pacto tenetur: atq; ita ibi expresè patet suscipientem casum tempestatis, ita demum teneri, si contra cõsuetudinem tempestatis quid acciderit, hoc est teneri de tempestate inconsueta, atq; ideò de casu inconsueto, & insolito. Atq; ita decidere d. tex. in §. frumenta. trad. Ias. d. §. quæsitum. n. 33. Hancq; esse verum sensum d. §. frumenta. inquit Rip. tract. de priuileg. contr. cau. pest. num. 98. ex Salic. in l. licet. in fin. C. de loca. & per illum tex. probari opinionem contra Bart. tenet Guter. de contr. iurat. c. 24. num. 6.

Sed certè tex. in d. §. frumenta. minimè aduersatur Bartoli sententiæ. Nam licet promissio de præstando casum tempestatis, accipienda sit de tempestate notabili, & inconsueta, vt not. Salic. in d. l. licet. in fin. tamen non confestim sequitur, ergo suscipiens casus fortuitos tenetur ad casus insolitos. Maximè enim interest inter casum fortuitum insolitum, & tempestatem insolitam. Si quidem aliquid potest contingere, aut ex consuetudine, aut contra consuetudinem. Primò casu, quod accidit, non dicitur casus fortuitus, l. ex conducto. §. si verò nihil ff. loca. Altero casu, cùm quid accidit contra consuetudinem, tunc id dicitur casus fortuitus. d. § frumenta. ibi, & contra consuetudinem tempestatis, vbi obligatus ad casus fortuitos tenetur de tempestate insolita, non etiam de consueta. Ratio illa est, quoniam tempestas solita, non dicitur casus fortuitus. Vt igitur quis teneatur de casu, is debet esse accidens insolitum. Porrò casus fortuitus est inopinatæ rei euentus. glo. in §. thesauros. ver. fortuito casu. Insti. de re. diu. Atq; is dicitur casus fortuitus, qui sine culpa obuenit, & qui præuideri non potest l. 2. §. si eo tempore. ff. de admin. re. ad ciu. pertin. l. quæ fortuitis. in fi. C. de pign. act. Nam, vt not. Bald. in l. cum anterioribus. in prin. num. 6. C. de temp. appell. fortuna est inuisibile bellum, & ictus prius sentitur, quàm sciatur. Quapropter is casus, qui ex consuetudine contingit, atq; ideò præuideri potest, non rectè dicitur casus fortuitus. Alex. in l. quod Nerua. col. 1. ff. depo si. Gram. cons. 1. nu. 8. in ciuil. Cùm etenim casus fortuitus contingat contra consuedinem, meritò nihil imputari potest ei, qui illum non præuidit. c. Ioannes. de homicid. Vnde traditum est, conductori non esse fiendam remissionem ob casum grandinum, quoties eo in loco ex consuetudine, decadere grandines solent. d. l. ex conducto. §. si verò nihil, per quem tex. ita decidit Alberic. in l. licet. in fin. C. de loc. sequitur Cascan. cons. 23. col. 5. vers. Secundò quia. Cotta in memoral i. vers. conductor. ver. & his etiam adde. Ob sterilitatem enim cõsuetam pẽsio non remittitur. Brun. cons. 156. num. 4. Itaq; in d. §. frumenta clarè deciditur eum, qui suscepit in se casum fortuitum tempestatis, teneri de tempestate inconsueta, non etiam de solita. Nam tempestas consueta, non dicitur casus fortuitus, quoniam præuideri potest.

Sed videndum est, an tex. in d. §. frumenta ꝓbare videatur Bartoli sententiam, & certè probare videtur. In qua re sciendum est, quod euẽtus aut est solitus, aut insolitus. Solitus euentus differt a casu fortuito, quoniam is est euẽtus insolitus, quem nullum hominum consilium præuidere potest. l. 2. §. si eo tempore, ff. de admin. re. ad ciu. pertin. & dixi supra. Insolitus euentus transit in casum fortuitum, qui rursus: aut est casus solitus, aut insolitus. Vndè casus fortuitus solitus, de quo semper cogitare censetur renuntians casibus, vt mox dicam, si consideretur, vt est quidam euentus, dicitur insolitus euẽtus, Bald. in l. sed & si quis. §. quæsitum. lectu. 1. num. 22. ff. si quis caut. Corn. cons. 23. col. pen. in fi. lib. 2. Crau. cons. 294. nu. 9. Seraphin. priuileg. iur. 106. Si verò, vt est casus, inspiciatur

erit

erit solitus casus. Præterea sciendum est, quod obligans se ad insolita, non tenetur ad solita, & è contra obligans se ad solita non tenetur ad insolita. glo. vlt. in d. §. frumenta. Denique sciendũ est, quod promittens simpliciter prestare casus fortuitos, tenetur solùm præstare casus solitos, vt iam dictum est. His præmissis, qui tenetur de casibus fortuitis solitis proindeq; de euentu insolito non tenetur de solito, si quidem, vt dixi obligans se ad insolita, non tenetur ad solita, & ità procedit tex. in d. §. frumenta, vbi suscipiens aduersum casum tempestatis, non tenetur de tempestate inconsueta. Et è contra, quoniam suscipiens in se casus fortuitos, censetur se obligare solum ad casus solitos, ideò non tenetur ad casus insolitos. Qui igitur suscipit in se casus fortuitos, censetur solùm se obligare ad casus solitos, qui sunt euentus insoliti. Quare renuntians obligando se ad euentum insolitum, non tenetur de euentu consueto; dum verò se obligat ad casus solitos, non tenetur de casibus insolitis. Hinc videmus tex. in d. §. frumēta. satis probare; quod suscipiens casus fortuitos non tenetur de casibus insolitis. Nam qua ratione obligans se ad euentum insolitum, non tenetur de solito; ita è contra obligans se ad casum solitum, non tenetur de insolito.

Sed quicquid sit licet tex. in d. §. frumenta. non videatur probare opinionem Bartoli, tamen ea ex alijs subsistere videtur, vt per Ias. d. §. quæsitum. num. 34. & maximè quia de casu insolito per renuntiantem non præsumitur cogitatum. Rip. de priuileg. contr. cau. pest. num. 98. ver. mihi tamen.

Supradicta autem casuum insolitorum mentio non patitur, vt vlterius progrediamur, ante-
67 quam dixerimus, quis censeatur casus insolitus, de quo non presumitur a renuntiante cogitatum. Casus ergo insolitus quis dicatur relinquitur arbitrio iudicis, qui arbitrari debet tempus consideratis qualitatibus, & circumstantijs casus fortuiti, vt voluit Ripa d. tract. num. 104. Alcia. cons. 157. num. 6. Beci. cons. 82. num. 13. Menoch. de arbit. iud. casu 80, num. 8. Surd. decis. 326. nu. 53. cons. 61. num. 68. Seraphin. priuileg. iuram. 106. num. 22. si inspiciatur autem tempus casus insoliti, is censebitur iuxta Bartoli sententiam in l. Seio. §. medico. ff. de annu. leg. qui euenit de mille annis vna vice. Quod Bartoli dictum de mille annis, accipi oportet per modum loquendi, siue gratia exempli, quod non restringit Alex. cons. 107. num. 16. lib. 3. Ias. l. sed & si quis. §. quæsitum num. 58. ff. si quis caut. Vel secundum Grat. cons. 94. num. 44. lib. 2. Bart. in d. §. medico. loquitur hyperbolice. Vnde etiam is casus dici poterit insolitus, qui à centum annis semel tantum accidit, Corne. cons. 23. lib. 2. vel etiam ex sententia Socini cons. 153. lib. 4 qui ab annis 40. non euenit. Quod, & de tempore 40. ann. voluit Ar. Pinel. in l. 2. par. 1. num. 32. C. de resc. vend. sanè id tempus longissimum dicitur, vt not. in rub. C. de præsc. longi tempo. Imò casus à pauco tempore eueniens insolitus censebitur, consideratis alijs circumstantijs, & qualitatibus. Ripa d. tract. num. 105. Atq; vt casus dicatur insolitus, non modò spectari debet tempus, sed etiam consuetudo regionis. glo. in l. sitiulas. §. frumenta ver. tempestate. ff. de contr. empt. Ripa d. tract. num. 101. Guter. de contrac. iurat. cap. 24. num. 8. atq; aliæ qualitates, & circumstantiæ. Rip. vbi sup. num. 104. Etenim casus fortuitus, qui communiter contingere non solet, is dicitur insolitus. Alex. cons. 107. num. 19. lib. 3. Insolitusq; rectè is dici poterit, qui auenit præter omnem verisimilitudinem, & cogitationem prudentis viri, licet forte à prudentissimo præuideri potuisset. Corne. cons. 21. lib. 4. Menoch. d. casu 80. num. 7. Surd. decis. vlt. num. 54 & cons. 61. num. 67. Primùm igitur considerare debet iudex, an prudens vir verisimiliter potuerit cogitare de casu, si quidem casus etiam à pauco tempore eueniens dici potest insolitus, quoties etiam vir prudens de eo verisimiliter cogitare non potuit. Ripa d. num. 105. vbi tradit exemplum de Rege Persarum. Vbi autem argui non potest à verisimili cogitatione, inspiciēdum est tempus, nimirum à quanto tempore euenerit casus in regione. Et quoniam, vbi agendum est secundum verisimilitudinem, tunc recurrendum est ad arbitrium iudicis, qui arbitrabitur verū sit verisimile, an id minus; atq; vbi tempus non est determinatum relinquitur arbitrio iudicis. l. 1. ff. de iure delibe. optima ratione iudex arbitrari debet, quis censeatur casus insolitus. Ripa d. tract. num. 107. Circa tēporis inspectionem, scilicet, à quanto tempore euenerit casus in regione, sciendum ē, quod euētus, aut communiter contingere solent, aut rarò, vel etiam rarissimè eueniunt. Euentus communiter contingētes, nō dicuntur casus fortuiti, quādoquidem illi facilè à quocunq; præuideri possunt. Euentus rarò vel rarissimè eueniens, rectè dicitur casus fortuitus, vt pote qui est, vt supra dixi, inopinatę rei euentus. Verùm casus, qui rarò accidit, vt est quidam euentus dicitur insolitus, glo. in d. §. frumenta. Vt verò est casus fortuitus, rarò, non etiam rarissimè contingens, dicitur casus solitus, & ordinarius, quamuis sit quidam euentus insolitus. d. §. frumenta. Deniq; casus rarissimè accidens, dicitur casus insolitus, & extraordinarius, & ita loqui videtur Ripa d. nu. 101. Corne. d. cons. 12. col. 2. Rube. l. sed. & si quis. §. quæsitum. num. 51. ver. tu autem ff. si quis caut.

Ex ijs constat casum rarissimè contingentē in regione, dici casum insolitum, & extraordinarium. Ripa d. nu. 101. multoq; magis inauditus casus, dici poterit insolitus. Rip. d. loco. Guter. d. c. 24. num. 8. Quando autem casus rarissimè contingere dicatur, quoniam non est tempus determinatum, relinquitur arbitrio iudicis, qui non modo tempus inspiciet, sed & verisimilem cogitationem, per ea, quę dicta sunt. Hinc bellum in Lombardia, à communiter accidentibus, non dicitur casus insolitus idemq; dicendum est de peste. Costa in memorali. var. guerra. Et arguendo à verisimili cogitatione, pax rupta, vel induciæ violatæ contra fidem principis dicūtur casus

insolitus.Surd.decis.326.nu.54.& cons.61.num.69.cum seqq.Menoch.cons.27.num.22.& de Rege Persarum veniente cum exercitu ad depredandam Galliam trad. Rip. dicto tractatu num. 105.

58 Sed,vt ad rem redeamus,dubitatum fuit, an teneatur etiam de casibus fortuitis insolitis, qui renunciauit casibus fortuitis cogitatis, & incogitatis, solitis,vel insolitis. In qua re Rip. in d. tract.num.108.refert Corne.cons.23.lib.2.dicentem non teneri renunciantem de eo casu, de quo nullus quamuis prudentissimus cogitasset;si quidem dicta verba renuntiationis intelligi debent de casu non cogitato à uiro prudenti, non autem de casu non preuiso etiam à prudentissimo. Huic Cornei sententiæ obstat, quod tradit Bart. in l.si de certa C.de transact. & in l.cũ Aquiliana ff.eo. dum voluit transactionem trahi etiam ad incogitata,si ita speciatim expressum fuerit. Verùm supradictæ Cornei opinioni non aduersari Bartolum voluit Rip. d.n.108.Quod autem huiusmodi renuntiatio trahatur etiam ad casus valde insolitos tenet Ar.Pinel.in l.2.par.1.c.3.num.33.ver. ego contrarium. vbi inquit ita iudicatum fuisse in Senatu Regio. Nam secundum eum, verba renuntiationis non debent sine effectu manere, & sufficit cogitatum fuisse in genere l.qui iure.ff. de milit.testam. & ita voluit Craue.cons.294.num. 8.ver.quintò respondeo. Valasc. de iure emphyt. q.27.num.35.ver.valere autem. Cornei autem, & Ripæ sententiã sequitur Guter.de contrac.iurat.cap.24.num.7.& præcipuè,quia eadem facilitate, qua quis renuntiat casibus fortuitis, eadem renuntiat quoq; insolitis casibus, & ita tenet Redoan.de reb.eccl. non alien. q.18.num.10.ver. multi autem. Seraphin. priuileg. iuram. 106. num. 20. ver. puto igitur concludendum. Imò renuntiatio casuum valde insolitorum est nulla,Menoch. cons.27.num.18.& num.52.& cons. 671.num.16.

Ego etiam illud dici posse arbitror, aut renuntiatum fuit casibus insolitis,& hoc casu renuntians non tenetur de casibus insolitis in superlatiuo gradu.Nam,& renuntians læsioni enormi, non videtur renuntiare enormissimæ, vt dicam renunt. seq. & ita procedit dictum Cornei, & renuntiatio satis operatur in casibus insolitis, licet non procedat in insolitis in superlatiuo gradu. Aut verò renuntiatum fuit etiam casibus inopinatis, & incogitatis: & tunc etiam non incogitati includuntur per ea, quæ scribit Bart. in d.l.si de certa.& in d.l.cum Aquiliana. Nam constituenda est differetia inter renuntiantem casibus etiam insolitis,& inter, eum qui renuntiauit casibus cogitatis, & incogitatis, vt dixi.

C. II. RENVNTIATIO; Læsionis.

SVMMÆ.

1 *Arithmetica proportio.*
2 *Nummus cur inuentus.*
3 *Iustum commutatiuum,seu emendatiuum.*
4 *Auxilia aduersus læsionem.*
5 *Læsio modica.*
6 *Contrahentibus licet naturaliter se circumuenire.*
7 *Læsionem in iure nostro variè considerari.*
8 *Læsionis gradus quinque.*
9 *Læsio,qua dicatur modica, enormis, vel enormissima, standum erit arbitrio iudicis.*
10 *Restitutio in integrum, an concedatur pro minima, seu modica læsione,*
11 *Læsio in sexta parte.*
12 *Læsio in quarta parte.*
13 *Læsio in tertia parte.*
14 *Læsio citra dimidiam.*
15 *Læsio in dimidia.*
16 *Læsio supra dimidiam.*
17 *Læsio enormissima.*
18 *Index quomodo arbitrabitur circa læsionem.*
19 *Læsio dicitur modica, vel enormis,secundum subiectam materiam.*
20 *Læsio, vt considerari debeat in compromisso, vel in transactione.*
21 *Læsio nulla interdum consideratur.*
22 *Læsio tollitur renuntiatione ipsius læsi.*
23 *Enormi læsioni renuntiari, an possit.*
24 *Enormissimæ læsioni renuntiari, an possit.*
25 *Iuramentum, an tollat enormissimam læsionem.*

IVstum emendatiuum æqua lance prospicit,vt in rerũ priuatarum,ac patrimonij cuiusq; cõmutatione inæquale, seu iniquũ,ad æqualitatẽ,& æquum re-
1 ducatur. Vt autem in hominũ cõmercijs rerũ cõmutatio iusta esse possit,opus est, secundũ philosophũ, rerũ ab vtraq; parte æqualitatẽ adesse,numero,põdere & mensura exæquatã proportione arithmetica, nõ etiã geometrica. Porrò in cõmercijs quærendũ nõ est,quid personis pro cuiusq; dignitate,aut merito conueniat,quemadmodũ in distributiua iustitia;sed rerũ cõmunicandarum,& contrahẽdarũ dũtaxat ratio habetur.vt res rei, pretiũ merci,
2 merces vsui,& operæ adæquetur.Proinde inuẽtus est nũmus,vt ad hãc æqualitatẽ pretij,adiectione vel detractione,cõmutationes facilius redigãtur. l.1.ff.de contr.empt.Quare cùm alteruter ex contrahentibus nõ tantundẽ accepturus est ex cõmutatione, quãtũ de suo decedit,tũ is dãno afficitur
3 & læsionẽ patitur,altero iniquũ lucrũ faciẽte.Verũ læsionis iacturæ occurrit iustũ cõmutatiuũ,seu emendatiuũ, quod est mediocritas quædã inter
4 læsionẽ,& iniquũ lucrũ.Nã ita læsio corrigitur,vt velut linea in duas inæquales partes secta, q̃ maior pars dimidiã excedit,hæc de illa detrahatur,

& mi-

& minori adiungatur. Plura antem aduersus læsionem prodita sunt à iure auxilia, veluti restitutionis in integrum l. nam & posteà. §. si minor ff. de iuretur. l. verum. §. sciendum. & ibi Bart. ff. de minori. l. scio ff. de in integ. restitu. nec non remedium l. 2. C. de rescind. vend. cum sim.

5 Non tamen ad quamlibet læsionem iura respiciunt. Neq; ad amussim vndiq; exigitur ea æqualitas, quandoquidem si in modico quopiam excessus, vel defectus contigerit, non confestim oritur inæqualitas, facit tex. in l. res bona fide ff. de contr. empt. in l. scio. ff. de in int. resti. Quin modica læsio, minus rectè dicitur læsio. Bald. in c. cū adeò de rescript., atq; læsio ita demum dicitur damnum, si ea est immoderata. Ias. in l. sed & si quis. §. quæsitum. num. 34. ff. si quis cautio. Planè cum non agitur de graui læsione conniuēt leges, quippè cùm cuiq; liceat ex sua industria, in contrahendo negotio, meliorem conditionem suam facere, atq; cuiq; permissum sit, vt vtar verbis. Bal. in c. si proponente, de rescript. vt faciat facta sua, quàm melius potest. Namq; aduersa pars debuit id cogitare, & ideò hanc facultatem naturalem vocat Ancharan. cons. 157. num. 5. & facit l. si hæres sit, ad l. falcid. Quotus enim quisq; est hodiè, qui in contrahendo negotio, suam ipsius vtilitatem non quærat? Deinde cùm faueant leges validitati contractus, non facilè ex quauis causa contractus rescinditur, sed vt actus valeat pretiū conuentum iustum præsumitur. Bald. in l. per diuersas. q. 4. C. manda. Sed & modica læsio permittitur ob bonum pacis, vt litibus occurratur. & ne impediantur cōmercia l. quod si minor. §. 2. ff. de minori. Quinimò magno incommodo ciuilis societas in commercijs afficeretur, in iusto commutatium tam subtiliter, & exactè trutinando; cùm perdifficile sit omnia ad iustam æstimationem exæquare, vt per Ias. in l. 1. §. si hæres. 2. lectu. ff. ad Trebell. Burg. in c. 1. col. 2. & 3. de empt. & vend. Afflict. de iure prothomis. col. 29. Corne. in repet. l. si pascenda. col. 1. C. de pact. Panthale. in repet. l. 2. C. de rescind. vend. col. 72. cū seq. Estq; in id sententia pro foribus scribenda, quā grauiter pronūtiauit Seneca. dū ita inquit, vt summa est philosophia scire imponere pretia rebus, Itaq; modica læsio permittitur, ne commutationes, & contractus ob modicum recessum ab æqualitate, & ab ea mediocritate, quæ est inter damnum, & lucrum, rescissionis periculo subiaceāt. Bald. in d. c. si proponente. Aretin. in c. cum causa. nu. 27. de testi. Abb. in c. quia plerisq; q. 9 de immuni. eccl. vbi inquit, permitti leuē læsionē odio litiū, ne occasio pbeatur super quocūq; contractu litigādi. & trad. Cagnol. in l. 2. n. 8. C. de resc. vēd. Barbat. cons. 67. col. 2. lib. 4. Minsinger. obser. 73. centur. 4. in fi. sed & permittitur ob precij incertitudinē. Lopez de cōtract. c. 13. nec nō ob mutuā, & tacitam contrahētiū indulgentiā, qui mutuò sibi cōdonare vidētur, siquidē, id sēper de natura cōtractus inesse videtur, sine quo cōmodè nō pōt in cōi, ac promiscuo vsu haberi, vt scitè explicat Couarru. varia resolut. lib. 2. c. 3. n. 2. Ad hæc etiā pertinet, quod scribit Bald. in d. c. si proponente in fi. Mantua sing. 382. solet dici, & facit quoq; illud noli esse nimis iustus. Et alias semper, qui de medio parum deflectit, non est ob id reprehendendus, vt per Arist. ethic. lib. 2. c. 9. & iterum lib. 4. c. 5. & qui parùm transgreditur non vitupetatur l. quamuis ff. de cond. & demon. quam legem semper ita Bald. allegabat, vt refert Roman. in l. si verò. §. de viro. nu. 24. ff. solu. matr. Et ideò permittitur, vt arbitrator modicè lædere possit Bart. in l. idem Pomponius. §. recepisse ff. de arbit. l. societatem. §. arbitrorū. vbi doct. ff. pro soc. Idq; videtur à partibus concessum odio litium, cùm maior ratio haberi debeat pacis, & concordiæ, quàm huiusmodi læsionis. Bald. in c. cū adeò col. 2. ver. vel dic. de rescript. Tiraq. in tract. de iudic. in reb. exig. feren. ver. quadragesimò octauò.

6 Qua ratione naturaliter licet contrahentibus se circumuenire. l. in causæ. ij. §. pen. ff. de minori. qui tex. loquitur in pretio emptionis & venditionis. concor. tex. in l. si voluntate. C. de rescind. vend. in illis verbis, hoc enim solum quod paulò minore pretio fundum venditum significas, ad rescindendam venditionem inualidum est l. ad rescindendam l. venditor. l. dolus C. eo. quod, & ad locationem, & ad conductionem trahitur. l. item si pretio. § quemadmodum ff. loca. quem tex. notab. inquit Fabian. in tract. de empt. & vend. q. 8. princ. nu. 8. Atq; procedit non solum in contractu emptionis & locationis, sed & in contractu societatis l. si non fuerint. §. 1. ff pro soc. l. si pascenda. & ibi glo. C. de pact. §. de illa Insti. de socie. & fac. glo. in l. 1. C. pro soc. Corne. in repet. d. l. si pascēda in prin. nec non in contractu, do, vt facias l. si ea pactione C. de vsur. & in contractu do, vt des l. si olei. C. loca. quę lex est singularis, vt per Panthale. in repet. l. 2. n. 140. C. de rescind. vend. & in vniuersū hęc regula proced. indistinctè in omnibus contractibus, tā nominatis, quàm innominatis, & tā bonæ fidei, quàm stricti iuris, vt per Panthale. d. l. 2. n. 141. procedit quoq; in iudicijs, vt p Alberic. d. l. in causæ ij. §. pen. Quin de iure canonico id quoq; permittitur, vt not. glo. in ver. deceptione. in c. cū dilecti. de empt. & vēd. in c. cū cā m. ij. de testi. in c. p tuas. de donatio. in c. in ciuitate. de vsur. & ibi Butri. Bald. in d. l. in causę. §. pen. Alberic. in l. 2. C. de resc. vēd. Ias. in l. pen. nu. 5. C. de pact. in l. si quis cū aliter. col. pen. ff. de verb. obl. in §. sed istę. n. 104. Insti. de actio. Cepol. de simulat. contr. præsūpt. 2. Gerard. sing. 21. Stracha de mercatu. parte. 2. n. 6. Garci. de vlt. fin. iur. n. 272. Osasc. pedem. decis. 42. n. 8. Pāthale. in repet. d. l. 2. n. 141.

Neq; est omittēdū, q in æstimāda læsione, nō tm̄ attēditur ptij quātitas, sed etiā oīs qualitas, tā i cōtractu posita, veluti pactū retrouēdēdi, euictionis omissa, pmissio, pacta quæ vidētur esse pars ptij. l. fundi ff. de contr. empt. & sim. quàm extrinseca, vt per Surd. cons. 117. col. vlt.

7 Vt autē explicatius p̄ñs materia declaretur, prædocēdū erit, læsionē in iure nostro variè cōsiderari. Et primū sciēdū est rerū cōmutādarū æqualitatē, seu rerū ptiū nō cōsistere in pūcto indiuiduo cū illud nō possit ita commodè definiri, vt pluris nō sit, neq; minoris, sed in mediocritate quadā, q latitudinē habet p gradus, vt p Arist. ethic. lib. 2. c. 6. Qua pter cuiusq; rei ptiū triplex esse pōt,

nempe supremum, medium, & infimum; In his autem pretijs inequalitas, seu læsio contingere non potest, vt per Couarru. varia. resol. lib. 2. c. 3. num. 5. Io æstimanda itaq; lęsione, vbi dicitur viliore pretio rem venditam fuisse, læsio tùm ab infimo pretio examinatur: Vbi autem allegatur rē maioris emptam fuisse, tùm sanè læsio à pretio supremo æstimabitur, siquidem lęsio semper cōmensuranda erit, inspecto valore, & æstimatione ipsius rei.

8 Cæterùm circa excessum, aut defectum huius triplicis pretij contingit læsio, cuius quinq; gradus constitui possunt. Nam primùm consideratur læsio minima, mox modica, deindè magna siue enormis, pręterea maior, siue enormior, postremò maxima, siue enormissima. Magna quippè læsio, maior, & maxima aliàs apud nostrates legum interpretes dicitur etiam enormis, enormior, & enormissima, vt trad. Fulgos. in l. 1. C. si aduer. vend. pigno. & ibi Aretin. Odd. de resti. in integ. q. 4. num. 112.

9 Cùm autem dubium esse potest, quæ læsio dicatur modica, enormis, vel enormissima locus esse debet iudicis arbitrio, qui variè ex personis, causisq; constituet, secundū magis receptā doct. sententiā, glo. est sing. in c. cū illorū. vbi Felin. col. vlt. de sent. excom. altera glo. in §. pretium Instit. de empt. & ibi Aretin. nu. 7. in l. hactenus. in ver. pertiner. ff. de vsufruc. in l. si superstite. in ver. immodicè. C. de dolo malo. Bald. in l. 5. C. si aduer. vend. pigno. in l. cum antea C. de arbit. in c. quintauallis. vbi doct. de iureiur. Abb. in c. 5. ver. sed quæro. de restitu. in int. & in d. c. quintauallis, nu. 33. Burg. in c. cum dilecti. n. 44. de empt. & vend. Bero. in c. 1. nu. 82. ver. tertio. de in integ. restitu. Alex. in l. si quis arbitratu. col. vlt. ff. de verb. oblig. Socin. Iun. cons. 48. nu. 22. lib. 5. vbi testatur hanc sententiam esse magis communem, & proinde secundum eam iudicandum, idem trad. Cepol. cons. ciu. 29. nu. 12. Borell. de compromiss. §. 8. glo. 1. nu. 6. Aretin. in d. §. pretium. Rimin. sen. cons. 336. nu. 31. Marsil. in l. quæstionis modum ff. de quæstio. Corne. cons. 9. col. 4. lib. 5. Craue. cons. 394. nu. 4. cons. 192. col. 4. Paris. cons. 89. nu. 53. lib. 1. Couarru. varia. resol. lib. 2. c. 3. num. 11. Bolan. de resti. in integ. c. 124. Galin. de verb. sign. lib. 5. c. 20. num. 257. cum seq. Menoch. de arbitr. iud. casu. 73. cum duobus sequentibus. Decian. cons. 32. num. 27. lib. 4. Rebuff. tract. de restitu. glo. 2. artic. 5. num. 11. Redoan. de reb. eccl. non alien. tit. quan. eccl. restitu. q. 23. num. 18. latè habetur per Tiraquell. in l. si vnquam. in ver. omnia, vel partem. nu. 31. C. de reuoc. donat. Socin. Iun. cons. 84. num. 43. lib. 2. Mascard. de probat. conclus. 1226. pretium. num. 9. Paris. de resigna. benefic. lib. 3. q. 7. num. 29. Mynsinger. obser. 60. centur. 5. vbi inquit hanc esse veriorem opinionem, & secundum eam iudicandum. Et idem trad. Cepol. de simula. contr. circa fin. num. 236. & 239. Gabriel. in communi tit. de empt. & vend. conclu. 1. num. 5. & 50. Franc. de Cald. in l. si curatorem, in ver. læsis. C. de in int. resti. minor. hancq; opinionem esse magis tutam, & magis receptam dicit Odd. de resti. in int. q. 4. nu. 121. communemq; dicit Seraphin. priuileg. iuram. 83. num. 87. & num. 90. ver. sed pro concordia. Roland. cons. 7. num. 54. lib. 3. Grass. com. opin. lib. 1. c. 55. q. 8 Bursat. cons. 99. num. 13. cons. 73. nu. 5. cons. 169. num. 35. cons. 260. num. 34. & cons. 158. num. 4. Cephal. cons. 648. num. 20. Nam & generaliter secundum Bald. in l. 9. de C. loca. cùm quęritur, quid dici debeat modicum, vel magnū, semper standum erit iudicantis arbitrio, idem dicit Corne. cons. 289. col. pen. ver. preterea licet, lib. 1. Et in hac materia læsionis, duas esse principales conclusiones communiter receptas ostendit Dec. cons. 39. in fi. Prima est, enormem læsionem dici in sexta parte. Altera est esse in iu-
10 dicis arbitrio, quæ censeatur enormis lęsio, idēq; trad. Socin. Iun. d. cons. 48. num. 22. d. cons. 84. nu. 43. cons. 98 num 20. lib. 2. & cons. 144. num. 14. lib. 1. Alex. cons. 135 col. fin. lib. 2. Paris. cons. 12. num. 85. lib 1. cons 89 num. 53. lib. eo. sic, & grauedamnum, quod censeatur, stari debet iudicis arbitrio. Albe. in l. fin. num 5. C. de reuoc. don. Io. Calderin. in repet. rub. de donatio. num. 10. Nam cum à iure non sit definitum, quæ censeatur læsio modica, immodica, vel maxima, merito id arbitrio iudicantis committendum erit l. 5. §. fin. ff. de iure delibe. c. de causis. in fi. de offic. de lega. Abb. in c. nonnulli. col. 1. in fi. de rescript. Verùm quoties quantitas circa læsionem a iure determinatur, tùm statur dispositioni iuris, non etiam res committitur arbitrio iudicis, vt in l. 2. C. de rescind. vend. in l. si oleum in fi. ff. de dolo. in l. si societatē §. arbitrorū ff. pro soc. ita declarat Bero. c. in præsentia. n. 579. de probatio.

Sed videamus, quomodò sit ex arbitrio iudicandum, quæ læsio cēseatur modica, seu magna, & enormis. In qua re varias doctorum considerationes, non inutile erit hac in materia recensere, & in primis læsio considerari potest in centesima parte, quam Abb. in cap. apostolicę. de donat. per illum text. enormem vocat in illo casu. Deindè vsq; ad decimam partem, & hoc casu censebitur minima, seu modica, vt per Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de restitut. in integr. §. 1. vers. & scias. Quare si pretiū fuerit ducētorū, & quinq; res verò vēdita fuerit pro ducētis tūc hodi lęsio minima dicitur. Areti. cōl. 16. col. fin. Seraph. priu iuram. 83. n. 86. Et quis doct. nō cōstituāt differentiā inter minimā, & modicā læsionē, si quidē et pro modica nō tribuitur restitutionis beneficiū Grat. cōs. 119. nu. 43. lib. 5. magisq; cōmuniter receptū est, tā pro minima, quā pro modica restitutionē minimè concedi, vt per Odd. de resti. in int. q. 4 nu. 113. Quamquam contrarium seruari, testatur Rebuff. tract. de restitu. artic. 1. glo. 2. nu. 11. Verùm nonnulli discrimen faciunt inter minimam læsionem, & modicam. Qua ratione autē differant non constat, cùm res sit cōmittenda iudicis arbitrio. Odd. d. q. 4. n. 154 Verum est quod Bal. in l. 1. C. si aduer. vend. pigno. voluit pro modica concedendam esse restitutionem, non etiam pro minima. Illud certum est, quod minima læsio minus

lædit

lędit, quàm modica. Et generaliter sciendum est eam censeri modicam, seu minimam læsioné, quæ enormis non est. Odd. d.q.4.num.115. Seraphin.priuil.iuram.83.num.87. Nam minimæ, seu modicę læsioni proximè accedit enormis, cùm igitur læsio propius enormi accedit, ea censebitur modica; si verò propius iusto precio accesserit tunc minima censebitur.

Ex ijs verò perspicere possumus lęsionem in decima parte modicã dici posse. Decimam autẽ excedens læsio, secundum Io.Andre. in addit. ad Specul.d.§.1.magna læsio ęstimatur, & refert Socin.Iun.cons 84.nu.43.lib.2. Odd.de resti.in integ.q.4.nu. 118. Quę sané opinio probabilis non est, vt per Franc.de Cald.in l.si curatorem habẽs. in ver.lęsis.num.1.C.de in inc.resti. min.

10 Ex ijs, quæ dicta sunt, ad cognitionem lęsionis minimæ, consequitur pro illa non esse dandam restitutionem Gabriel. in communi. tit. de restitu.in integ.conclus. 1. & hanc esse firmam conclusionem trad.Odd.d.q.4.nu.104. Et quamuis aliqui existimauerint pro modica dari restitutionem, tamen magis communis doct. sententia est, vt non concedatur, vt firmat Odd. d. loco. nu. 105. ver. in contrarium. Et plures sequuntur hanc opinionem, vt refert Franc. de Cald. in l. si curatorem. in ver. vel aduersarij dolo. C. de in integ.resti.min. Verùm secundũ dictos doct. verissima est sẽtẽtia, vt id cõmittatur iudicis arbitrio, Franc.de Cald.in d.l.si curatorem.in ver.lęsis. n. 1. Et in vniuersum, quoties in iure expressum non est, quę lęsio sufficiat ad concedendum restitutionẽ in integrũ, tùm exigitur magna, per d.l. scio. vbi glo.& communiter doct. & ita affirmat Paris. de resigna.benefic.lib.3.q.7.n. 27. Sunt tamẽ plures asserentes, etiam pro modica lęsione esse dandam restitutionem minori, ecclesiæ, & sim.glo.in l. 2.C.si aduer.vend.pigno.vbi Bart.& doct. in l.si ex causa.ff.de minori Franc.de Cald.in d.l. si curatorem.in ver. vel aduersarij dolo.num.7. vbi plures refert pro hac sententia, & refert Menoch. de arbitr.iud.casu 75.

Verùm quod dicitur, etiam pro modica lęsione esse cõcedendam restitutionem minori, id ita intelligi oportet, vt separatim considerari debeat læsio, non etiam facta ad aliud comparatione, nimirum, an minori grauis esse possit Couarru.varia.resol.lib.1.c.3.num.11.declarando d.l. scio.vbi censuit pro læsione rei modicæ restitutionem tùm minori dari, cùm ex se ipsa, non autem comparatiuè, grauis esse potest ipsi minori, & ita intelligendam esse opinionem eorum, qui tradiderunt minorem etiam pro læsione modica restitui in integrum, refert Menoch. d. casu. 75. & Franc. de Cald.in d. l. si curatorem. in ver. læsis. num. 2. ver. quis autem sit.

11 Post minimam, seu modicam lęsionem proximè sequitur læsio contingẽs in sexta parte, quæ vt plerique existimant, cẽsetur magna lęsio, vt per Bart.in l.societatem. §. arbitrorum. col. 5. ver. quæro quę dicatur ff.pro soc. per illum tex. & per l. vnde si Neruæ. cum l. seq. ff. pro soc. sequitur Lanfr.de Oria. de arbitr.vlt.parte.q. 14. Cuman.cons.50.num.4.circa fin. Per quam Bartoli doctrinam, in venditione sub hasta facta admitti lęsionem in sexta parte, vti magnam per consilium Neapolitanum testatur Franch. decis. 254. & decis. 120. num. 7. Et Bartolum sequitur Paul. de Cast. in l. 2. col. 2. num 5. C.de resc. vend. Lanfr. de arbitr. parte vlt. q. 14. Curt. in l. pen. col. 5. ver. secus si modicè C.de pact. Socin. Ion. cons. 16. num. 22. lib. 1. Cepol.cons.ciu.29.vbi inquit hanc Bart. opinionem receptã esse. Et generaliter enormis læsio dicitur de sexta, vel tertia parte totius, vt per eum, Flam. Paris. de resigna.benefic.lib.3. qu.7. num.32. idem tenet, Imola in c.quintauallis. de iureiur. Bero.c.in præsentia.nu.179. de probatio. Et hæc opinio est communiter recepta, vt per Curt. Iun. cons. 79. in fi. & trad. Dec. cons.39. in fi. idemq; dicit Alex.cons.131.col.fin. ver.nimis autem.lib.2. Socin. Iun.cons. 144. num 14.cons. 48.num.22.lib.1.cons.98.num.20 cons.84.num. 43.lib.2. idemq; asserit Paris.cons.12.nu.84.lib. 1. Roin.cons.81.col.2.lib.1. Grat. cons. 30. num. 4.lib.1. Decian. cons.71 num. 10.lib. 4. cons. 32. num.27. lib.eo.cons.78. num.32. lib. 5. Mysinger.obseru.60. centur. 5. Ferrar. caute.8. num. 2. Menoch. de arbit. iud. casu 73. Cepol. de simulat.contr.circa fin. num.233. Gabriel.in communi.tit.de empt. & vend. conclus. 1. Odd.de resti. in integ. q. 4. num. 119. Seraphin. priuileg. iuram.83.num. 88. vbi inquit hanc esse communem sententiam. Nam, & magnum damnum censetur, cùm quis læditur in sexta parte, vt inquit Neuizan.cons.90. num. 9. Verùm contrarium voluit Ferrar.in for.lib.comprom.in gl.nec reductio, num. 4. nimirum, vt pars sexta non sit magna læsio, & contra supradictam Bartoli opinionem tenuit Bero. in c. 1.num. 82. ver.hæ opiniones de in integ. restitu. Imola in l. si quis arbitratu. num.9. ff. de verb. obl. vbi inquit leges per Bart. citatas in d. §. arbitrorum. haud probare suam opinionem, quam tenet de sexta parte. Ex constitutio. autem Domin. Mediol. in tit. de arbitr. arbitramenta non possunt moderari, etiam si læsionem contineant, quando læsio sextam partem non excedit.

12 Est & læsio in quarta parte, quæ dicitur magna, vt per Cepol. de simulat. contract. circa fin. num. 235. decis. Putei 437.lib.1.refert Paris. de resigna. benefic. lib. 3.q. 7.nu.33. quamuis dicatur portio minuscola. in l. si quis in suo, & ibi glo. in ver. legitima. C.de inoffic.testam.

13 Tertia quoq; pars dicitur magna lęsio, vt per Io. Andre. in c. propter sterilitatem. de loca. Abb. Imola, & recẽtiores in c. quintauallis. de iureiur. rursus Abb. in c. 1. col. 3. de in integ. restitu. Imola in l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig. Quin Bart. in d. §. arbitrorũ, errauit in computatione, vt per Cepol. de simulat. cõtract. col. pen. ver. verũ quid in isto libello. Alex. in d.l. si quis arbitratu. col. fi. & ibi Imola. Paris. de resigna. benefic. lib. 3. q. 7. n. 32. Burg. in c. cum dilecti. o. 44. de empt. & vend. Paris. cons. 55. num. 49. lib. 1. Bero in c. 1. num. 82.

ver. hæ opiniones. de in integ. restitu. Imola in c. cum contingat. col. 72. de iureiur. vbi tenet enormem læsionem censeri à tertia parte vsq; ad dimidiam: sequitur Bero. d. c. 1. nu. 85. de in integ. restitu. Et quod in arbitramentis læsio esse debeat in tertia parte, secundum receptam doct. sententiam, contra Bart. tenet Borell. de comprom. §. 8 glo. 1. num. 4. & ad tex. in l. vnde si nerue. quo Bart. innititur, respondetur, nimirùm ibi considerari solùm læsionem in tertia parte, per id quod trad. Io. de Imola in l. si quis cum aliter, & in l. si quis arbitratu. num. 9. ff. de verb. obl. vbi voluit id speciale esse in arbitramento, vt in tertia parte læsio succurratur. Nam qualiscúq; læsio in arbitramento, præter spem contrahentiū, contingit, qui de communi amico confiderunt. Paris. cons. 55. nu. 49. lib. 1. Socin. Iun. cons. 84. num. 43. lib. 2. Cepol. de simulat. contr. circa fin. num. 234. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 83. num. 87. Et quamuis Imola in d. c. quintaualllis. idem affirmauerit de sexta parte, & sequitur Bero. in c. in prçsentia. num. 179. de probat. Cepol. cons. ciu. 29. num. 12. vbi trad. hanc opinionem videri de iure veriorem, si quidem regulariter enormis læsio dicitur de sexta, vel tertia parte. Cepol. d. cons. 29. Ruin. cons. 81. col. 2. lib. 1. Tamen contraria sententia est communis, vt per Odd. de restitu. in integ. q 4. num. 120. Verùm quod magna læsio non censeatur ea, quę non excedit dimidiam, vel saltem tertiam partem, quoties non agitur inter minores, voluit Alex. cons. 92. num. 5. lib. 2. Namq; tertia pars dicitur modica. l. nominationum. vbi glo. C. de decur. lib. 10. dum vult paucorum absentiam non nocere, cùm tamen ibi intelligatur de tertia parte. glo. in l. quod maior ff. ad municipal. Quare dicendum erit læsionem in sexta, vel in tertia parte, dici magnam, vel paruam ex subiecta materia, indicantis arbitrio, & vbi aliud non exprimitur.

14 Proxima est consideratio læsionis citra dimidiam, quæ sanè enormior dicitur Cepol. d. cons. 29. Nam magna lęsio ea censetur, quę est citra dimidiam Corne. cons. 189. col. 2. ver. ex quo patet. lib. 1. Abb. in c. 1. de in int. restitu. Paris. de resigna. benefic. lib. 3. q. 7. num. 31. & quod sit enormis voluit Cepol. de simulat. contr. circa fin. num. 233. Odd. de restitu. in integ. q. 4. num. 117. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 83. num. 87. vbi inquit, secundum communem sententiam, enormem dici posse, si ita iudici videbitur.

15 Læsio autem in dimidia, secundum Cepol. d. cons. 29. dicitur magis enormis, seu enormis, vt per Butri. in d. c. quintauallis. refert Alex. cons. 131. col. fin. lib. 2. in l si quis arbitratu. col. fin. ff. de verb. oblig. Abb. in c. 1. col. 3. ver. sed quęro. de resti. in integ. Socin. iun. cons. 84. num. 43. lib. 2. Cepol. de simul. contr. circa fin. num. 233. Odd. de restitu. in int. d. q. 4. num. 117. Quamquam Alex. d. cons. 92. dicit magnam læsionem non cēseri inter maiores, eam, quæ non excedit dimidiam, vel saltem tertiam partem.

16 His proximè accedit consideratio lęsionis supra dimidiam, quę haud dubiè enormis dicitur, vt per glo. in l. fin. C. de contr. empt. in l. maioribus. in ver. perperam. C. commun. ver: iud. refert glo. & Bart. in l. societatem. §. arbitrorum ff. pro soc. Ias. in auth. sacramenta. nu. 43. C. si aduer. vend. seu enormior Cepol. d. cons. 29. Imola in c. cum contingat. col. 72. de iureiur. Bero. in c. 1. num. 85. de in integ. restitu. Imola in c. quintauallis. de iureiur. sequitur Bero. in c. in prçsentia. num. 179. & ibi Felin. col. 5. ver. item dicitur maior. Calcane. cons. 25. col. 13. cons. 84. col. 6. Ias. cons. 55. col. 2. lib. 1. Guid. pap. q. 170. Ruin. cons. 16. col. 3. lib. 4. sed & huiusmodi læsio intolerabilis dicitur Calcane. cons. 120. col. pen. in fi. & immodica Corne. cons. 9. col. 3. lib. 1. Socin. Inn. cons. 147. num. 45. lib. 2. vel magna, vt per Corne. cons. 214. num. 4. lib 3. & dicitur damnum intollerabile. Bart. in l. si merces. §. vis maior. ff. loca. Redoan. de reb. eccl. non alien. q. 18. num. 11. & plusquam intolerabile. Gabriel. in suis commun. tit. de empt. & vend. concl. 1. Gig. de pensio. q. 62. num. 18. Quin enormissima etiā vocatur. Decian. cons. 71. num. 10. lib. 4. Itaq; huiusmodi læsio enormis dicitur Curt. iun. cons. 141. col. 3. Ar. Pinel. in l. 2. par. 3. c. 1. num. 7. C. de resc. vend. Menoch. cons. 562. num. 9. & enormem definit Petr. de Anchara. in c. canonum statuta. de constitu. Decian. cons. 39. num. 9. lib. 2. Odd. de restitu. in integ. d. q. 4. num. 115. & ita communiter dicitur, quamuis interdum dicatur enormior, seu maior læsio, Seraphin. d. priuileg. iuram. 83. num. 87. & communem esse sententiā, vt enormis censeatur, trad. Gozadin. cons. 74. in prin. Enormis autem dicitur etiam ea, quæ parùm excedit dimidiā Ar. Pinel. d. num. 7. Namq; læsio, vel vno obolo dimidium excedens enormis dicitur, Port. Imola cons. 6. num. 6. post Abb. in c. litteræ. num. 10. de dilatio.

Est autem ratione læsionis supra dimidiam, in contractu emptionis, & venditionis, proditū speciale remed. de quo habetur in l. 2. de resc. vend.

Sed quod dicitur læsionem supra dimidiam esse enormiorem, seu enormem, procedit, quoties
17 non longè excedit. Nam cùm valde excedit tū lęsio censetur enormissima. Ias. in auth. sacramenta. num. 44. C. si aduer. vend. Imola in c. cum contingat. col. 72. de iureiur. Craue. cons. 192. num. 8. Couarru. in c. quamuis. par. 3. §. 4. num. 5. ver. tertia conclusio. de pact. lib. 6. Castren. cons. 174. nu. 1. & col. 2. lib. 1. Curt. Iun. cons. 141. n. 5. Corne. cons. 133. num. 8. ver. item potest sumi. cons. 161. num. 6. cons. 288. num. 16. lib. 3. cons. 258. num. 4. lib. 4. vbi considerat enormissimam læsionem, cùm quis non consequitur tertiam, vel quartam partem iusti pretij. & rursus cons. 214. n. 4. cons. 27. col. 2. lib. 4. Decian. cons. 78. num. 33. lib. 5. Craue. cons. 7. col. 2. Alba cons. 81. num. 48. Menoch. cons. 562. num. 9. Gabri. in communi. tit. de empt. & vend. concl. 1. & de læsione vltra tres ex quatuor partibus habetur per Socin. iun. cons. 129. num. 46. lib. 1. vel quando duplo, vel triplo, & ad summum quadruplo minus datur Menoch. cons. 412. in prin. cons. 401. num. 153. cons. 1.

num.

num.494.cons.848.num. 18.vel quando tantum non datur, quantum valet quarta pars rei, quæ alteri remittitur,vt sæpè respondit Corne. et testatur Menoch.d.cons.401.num.153.& de ea quæ excedit tres quartas,vel saltem duas tertias trad. Bero. in c. in præsentia. num. 179. de probat. & Imola in d.c.quintauallis. Et hæc maximè procedunt quando in toto,vel quasi læsio contingit. Cepol.d.cons.29.num.12.Rimin. Sen. cons.336. num.50.Curt.in l.admonendi.num.379.de iureiur.Menoch.da arbit.iud.q.70.num. 17. Odd.de restitu. in integ.q.58.num.19. Enormissima igitur læsio ea dicitur, quæ valdè excedit dimidiã. Bero.in c.1.num.83.de in integ.restitu.Menoch. cons.412.num. 2.cons.848.num.43.cons.1.d.nu. 494. Marzar.cons.19.col.12.ver. conclusione ita firmata.Craue.cons. 221. in fi.Purpur.cons. 21. num.3.Ruin.cons.109.col. 4.lib. 1.cons. ij. col. fin.lib.4. Crot.cons. 120.num.26. & num.35.lib. 2.Bero. cons. 50. num. 18. & num.43.lib.1.cons. 127.num.15.lib.3.Nam superlatiuum longè cõparatiuum excedit.l.vbi autem.in fi.princ. ff. de verb.oblig. Et in hac enormissima posse etiam plures considerari gradus trad.Corne. cons.189. col.2.& col.pen.lib. 1. Planè enormissima, seu enormis facilè dignoscitur, nimirùm cùm excedit dimidiam. Verùm num magna,vel modica læsio censeri debeat, iudex variè arbitrabitur ex personis,causis,& contractu.Bero.c.1.num.82.de in integ.restitu. Etenim in perpendenda læsione maximè inspici debet totus contractus,vt pulcrè per Surd. cons.217.& decis.155.nu.7. Sed & magna læsio æstimatur,quoties ex pluribus minimis simul coaceruatis fit magna summa,Barbat.cons. 26.num.29.lib. 2. Atq; vt considerari minimè debeat læsio in integ.restitutione concedenda cõparatiuè, & ex se ipsa nulla comparatione ad aliud facta,trad. Couarru. varia.resol. lib.1. c.3. num.11.refert Menoch.de arbit. iud. casu 75. Franc.de Cald.in l.si curatorem.in ver. læsis. nu. 1. C.de in integ.resti. min.

18 Ex ijs autem, quæ iam diximus, poterit iudex arbitrari,vt vsq; ad decimam partem læsio contingens,sit haud dubiè minima, & licet nonnulli existimauerint eam esse magnam, vt dictũ est, tamen id regulariter receptum non est,nisi ex causa. Similiter modica censeri debet læsio à decima vsq; ad sextam. A sexta verò vsq; ad dimidiam, vel supra,ex personis, & causis iudicare poterit, num magna, vel potius modica æstimari debeat, vt per Corne. cons.9.col.4.lib. 1. vbi inquit,iudicem circa læsionem in arbitramentis, vt reductio peti possit, variè arbitrari posse,nimirum de septima,sexta,tertia,quarta, vel etiam dimidia,ex varijs causis. Supra dimidiam verò cùm est modicus excessus, læsio dicitur enormior, seù enormis. At cùm longè dimidiã excedit, tunc certum est, eam enormissimã censeri.

19 Sed,vt tandem concludamus,dici potest læsionem censeri modicam, aut immodicam, vel etiam enormem,secundum subiectam materiã. Vnde in materia emphyteusis id leuè damnum æstimatur, ex quo non ipsa rei penitus læditur substantia,quod alioquin graue damnum æstimandum foret. l. 1. in fi. C. de iure emphyt. facit quod inquit. Bero. in d.c.1.nu. 82. ver.quare inter tot iura. Et quod attendatur subiecta materia,trad. idem in c. in præsentia. num. 179. de probat. & in vniuersum,cùm quæritur an læsio sit enormis,an id minus,consideranda est in primis subiecta materia.Proinde in contractibus,& cũ res geritur,inter maiores,læsio, inf. dimidiã,dicitur modica,supra dimidiam,enormis, atq; ita ex ordine enormior,aut enormissima.Namque læsio vsq; ad dimidiam iure permittitur, atq; cùm non egrediatur normam à iure præscriptã, sanè enormis dici non potest. Bero. in c.1. num. 82. de in integ. restitu. Aliud dicendum est in læsione, quæ dimidiam excedit: Hæc etenim rectè enormis dicitur,hoc est sine norma, quandoquidem legis normam excedit. Quapropter læsio à lege determinata quantacunq; sit, vt in casu l.3.§.si quid minori & in l. minoribus ff. de minor. enormis dicitur. In arbitramentis autem,quoniam minor læsio sufficit,quàm in cõtractibus, læsio in tertia parte, enormis dicitur Bero.in d.c.1.de in int. restitu. & in c.in præsentia.num. 179. de probatio. vel etiam in sexta parte,vt consideratur in Constitu.Dom. Mediol. tit.de arbitr. sed quicquid sit de iure in arbitramentis attenditur minor læsio,siue in sexta,siue in tertia parte, cùm in contractibus inspiciatur ea dumtaxat,quæ excedit dimidiam. Lanfr. in c. quoniam contra.num.655. de probat. Enormis ergo dicitur ea læsio,quæ non permittitur à lege, & quæ est sine norma legis quantacũq; sit. Atq; ita dicendum erit de enormiore, quæ enormem, vel de enormissima,quæ enormiorem egreditur.

20 Neq; est omittendum in hac materia, quod in compromisso, & transactione considerari debet læsio,solùm ratione dubij euentus litis, vt super lite in compromisso considerat Bursat. cons.114.nu.33.lib.1. & in transactione Craue. cons. 430. num. 4. Cephal. cons. 648. num. 17. cum seq. Alba. cons. 310. Menoch.cons.401.nu. 156.cons. 508.nu.36. Læsus sanè dici non potest qui transigit super lite. Decian. cons. 33. num. 130. lib. 1.cons.39. num. 112.lib. 2. Neq; læsio à futuro pendens euentu attendi debet Decian. cons. 56.num. 69. lib. 4. cons. 78. cons. 83. num. 48.cons.42.lib.5.& cons.37.nu.45.lib. 1.Surd. cons.435. num. 14. Vnde in transactionibus non datur enormis læsio.Menoch.cons. 508. num. 36. Nam & dubius litis euentus impedit restitutionis beneficium Curt.Iun. l. nam & postea §. si minor.num.3. ff. de iureiur. Neq; minor, ratione dubij euentus litis, læsus dici poterit idem Curt. in l.2.num. 10. C.de pact. Tiraq. de iure primigen.q. 17.opinio. 1. num. 96. Et aliàs regula est, quod ex eo,quis lædi nõ dicitur,quod a futuro pendet euentu.l. de fideicommisso C.de transact. Tiraq. de iure primigen.q. 6. num. 4. Dec.cons.11.col.4.Et quod in transactione læsio æstimanda sit secundum dubium litis euentum trad. Craue.cons. 705. num. 25.cons. 715. num.

26.conf. 618.num. 8, conf. 598. num. 1. conf. 583. num. 10. conf. 851. num. 16. conf. 886. num. 11. Qua ratione transactionis rescissio grauiorem postulat lęsionem, quàm cęteri contractus ob dubium euentum, Craue. conf. 583. num. 10. conf. 618. num. 8. Nam in transactione consideratur dubius euentus litis, super quo sequuta est transactio, non etiam vera æstimatio rei, de qua agitur, vt ex magis communi doct. sententia trad. Dec. conf. 60. col. 3. num. 4. vers. modò sic, vbi inquir, secundum hanc opinionem consulendum esse, & iudicandum. Quin pleriq; negauerunt in transactione locum esse remedio l. 2. C. de resc. vend. Alex. in l. si quis cum aliter, & ibi Cuman. Aretin. & Ias. ff. de verb. obl. Ange. & Ias. in l. in summa. ff. de condic. indebi. Cyn. Bald. & Salice. in l. 2. C. de resc. vend. Alex. conf. 20. lib. 3. conf. 42. super premisso. lib. 1. & conf. 218. num. 5. lib. 7. Barbar. conf. 41. lib. 1. Dec. conf. 216. Craue. conf. 151. num. 26. Ruin. conf. 131. lib. 1. Socin. Iun. conf. 31. num. 48. lib. 3. Guid. Pap. Singul. 736. Afflict. decis. 220. Paris. conf. 96. nu. 60. lib. 1. Cotta in memorali. in ver. venditor. Donell. in d. l. 2. num. 22. Socin. reg. 436. limita. 8. & reg. 281. fallent. 8. Glo. Innoc. Imola, Ancharan. & alij in c. cum causa. de empt. & vend. Bald. in rub. extra de transactio. Rebuff. tract. de resciss. contract. artic. vnico. num. 18. cum. seq. Hancq; esse receptam doct. sententiam trad. Tiraquell. de retrac. lign. §. 24. glo. vnica n. 4. Capra. reg. 88. num. 89. Mouentur autem hi, vltra multas rationes per tex. in l. Lucius. §. fin. ibi, si non transactum sit. ff. ad Trebell. Verum contrariũ tenet Bart. in d. l. 2. & in d. l. si quis cum aliter. quem multi sequuntur, de quibus per Ias. post Alex. in d. l. si quis cum aliter Glo. Bart. Ange. Castren. & Imola in d. l. Lucius. §. fin. Bart. Ange. & Cagnol. in l. 2. C. de resc. vend. Socin. conf. 85. nu. 3. lib. 1. Socin. Iun. conf. 98 num. 17. lib. 2. conf. 129. num. 48. lib. 1. vbi de communi testatur. Cagnol. in l. 1. num. 29. C. de pact. Caccialup. de transact. q. 12 num. 4 Fabian. de Mon. in tract. de empt. & vend. q. 8. princ. num. 8. & num. 13. vbi inquit Bartoli sententiam æquiorem esse, atque tenendam, & Alba conf. 2. nu. 12. inquit hãc esse magis communem, & veriorem, & conf. 11. num. 22. & dictum remedium obtinere etiam in transactione, inspecto tamen dubio litis euentu, trad. Rebuff. d. tract. de resciss. contr. artic. vnico glo. 15. num. 18 & hanc esse magis receptam sententiam inquit Ar. Pinell. in d. l. 2. par. 1. c. 4. num. 12. 16. & 26. idemq; inquit, Dec. conf. 479. conf. 203. num 4. vbi traditur concordia assignata per Corne. conf. 27. lib. 4 & trad. Alba. conf. 543. nu. 31. Fabian. d. q. 8. num. 12. Panthale. Crem. d. l. 2. num. 40. cum seq. Non defuerunt tamen qui asseruerunt magis communem sententiam esse contra Bart. Socin. reg. 281. & reg. 331. fallent. 8. Afflict. d. decis. 220. in causa num. 3. qui inquit opinionem contra Bart. esse veriorem, atq; per Sacrum Consilium iudicatum fuisse contra Bart. Aliqui verò pro concordia distinxerunt, vt opinio aduersus Bart. itá procedat, si læsio contingit vltra dimidiam ęstimationis dubij euentus in modico excessu, secus in immodico, quoniam tunc procedere potest Bart. opinio. & itá distinguit Corne. conf. 27. lib. 4. conf. 166. col. pen. lib. 2. quem refert, & sequitur Dec. conf. 204. vt vera. num. 4. & conf. 216. in transactione facta. num. 5. conf. 479. in controuersia. num. 11. & conf. 597. ad fin. Paris. conf. 96. nu. 65. lib. 1. Trentacinq. varia. resolut. lib. 3. tit. de empt. & vend. resolut. 3. q. 7. ver. hæc doctorum controuersia. Pro conciliatione quoq; harum opinionũ distinguit Ar. Pinell. d. loco. Sed quicquid sit, certè illud dubium non est, læsionem in transactione semper æstimari inspecto dubio euentu litis, & quoniam huiusmodi æstimatio, est perdifficilis probationis, cũ super ea testificari oporteat Iurisperitos, ideò plures tenuerunt ratione difficultatis vix posse esse locũ læsioni in transactione. Nam difficile, & quasi impossibile est probare lęsionem, inspecto dubio litis euentu. Ias. d. l. si quis cum aliter. nu. 15. ver. quartò tenendo. Alex. conf. 42. num. 11. in fi. ver. & inspecto lib. 1. & conf. 229. num. 11. ver. & ad hoc, & num. 12. lib. 2. Sed & quia contingere potest, vt rectè etiam per Iurisperitos huiusmodi lęsio probetur; ideò aliqui tenuerunt contrarium, & hanc distinctionem sequitur Paris. cõs. 96. num. 65. lib. 1. Craue. conf. 192. num. 3. Socin. Iun. conf. 129. num. 48. lib. 1. conf. 98. lib. 2. conf. 25. num. 22. lib. 4. Cagnol. in d. l. 2. num. 73. cum seq. Ferrett. in d. l. si quis cum aliter. num. 5. Res est sanè perdifficilis ęstimare dubium litis euentum, qui æstimari non debet, nisi ex cognitione iuris partium. Id autem intelligunt soli Iurisconsulti non vulgaris eruditionis.

21 Interdum nulla consideratur læsio, quantacunque ea est, veluti in donatione Alex. conf. 125. num. 21. lib. 1. conf. 53. num. 21. lib. 3. Dec. conf. 180. Curt. Iun. conf. 141. Alba. conf. 81. nu. 55. Socin. Iun. conf. 47. num. 31. lib. 3. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 2. num 27. Donell. in l. 2. nu. 23. C. de resciud. vend. vel in contractibus liberatorijs. seu pactis gratuitis. Fabian. d. q. 8. num. 10. Cremens. d. l. 2. num. 132. Non consideratur præterea læsio in sententia. l. Iulianus. ff. de cõd. indebi. l. sub specie C. de re iudic. Namq; ei imputatur, qui non appellauit. Rebuff. tract. de resciss. contract. artic. vnico. gl. 15. num. 31. Neq; in cõtractu poenali, quoniam sibi imputare debet, qui in poenam incidit. Rebuff. d. glo. 15. nu. 33. Panthale. Crem. d. l. 2. num. 127. Hæc paulò verbosius de læsione inculcauimus, vt hanc materiã frugiferam admodum, nec omninò facilem, neq; omnibus obuiam, explanaremus, cùm sit nobis propositum explicare renunciationes beneficiorum iuris, non etiam ipsorum beneficiorum materiam explanare.

22 Itaq;, vt redeamus ad institutum nostrum, tollitur læsio renunciatione ipsius læsi; nec mirum, quoniam consensus efficit, vt alioquin iniustum, minimè fit iniurium, sed fit iustũ. Porrò itá demum quis iniustum patitur, si id præter eius voluntatem patitur. Arist. ethic. lib. 5. c. 9. sequitur D. Thom. 2. 2 q. 59. artic. 3. & facit reg.

de qua

de qua in c. scienti. de reg. Iur. lib. 6. in l. 1. §. vsque adeò ff. de iniur. Namq; læsio non consideratur, vt rescisorio remedio locus esse possit, quoties illi renuntiatum fuit Franc. de Cald. in l. si curatorem in ver. læsis. C. de resti. in int. min. ver. & generaliter.

Sed quoniam, vt iam diximus, lex nullam læsionis rationem habet, nisi ea enormis fuerit, hoc est, sine norma, & nisi excesserit modum à iure permissum; ideò consequens est, vt videamus de renuntiatione læsionis enormis, seu enormissimæ, nec non de renuntiatione remed. l. 2. C. de rescind. vend. de qua seq. renuntiati. dicam.

23 Læsioni enormi renuntiari potest Bart. in l. si quis cū aliter, & ibi Bald. ff. de verb. obl. Corne. cons. 214. num. 5. lib. 3. sequitur Paris. cons. 96. nu. 74. lib. 1. Dolus etenim, qui prouenit ex enormi læsione præsumptus dicitur, & proinde remitti potest. Decian. cons. 39. num. 152. lib. 2.

Intellige modò, vt renuntians simpliciter læsioni, censeatur renuntiare enormi; non etiam magis enormi, vel enormissimæ Bart. in d. l. si quis cum aliter in fi. ff. de verb. obl. Corne. cons. 214. num. 5. lib. 3. cons. 189. col. 2. ver. & alias dicunt. lib. 1. Craue. cons. 635. num. 6. Alcia. in c. cum contingat. nu. 217. de iureiur. Barbat. cons. 61. num. 66. lib. 3. Odd. de restitu. in integ. q. 15. num. 69. Couarru. vari. resol. lib. 2. c. 4. num. 5. Menoch. cons. 432. num. 29. Decian. cons. 78. nu. 33. lib. 5. Io. Bapt. de arbit. lib. 7. c. 15. col. 5. ver. his præmissis. Cùm etenim læsio, alia sit enormis, alia enormior, & alia enormissima, ab vna ad alteram non infertur, neq; arguitur. Calderin. cons. 111. aliàs 2. de arbit.

24 Sed dubium esse potest, an renuntiari possit læsioni grauissimæ, seu, vt aiunt, enormissimæ. Et sanè primùm videtur renūtiari posse. Bursat. cons. 176. num. 61. lib. 2. vbi inquit, ex magis recepta sententia renuntiari posse. Nam secūdū aliquos, valet specialis renuntiatio læsionis enormissimæ. Imola c. cum contingat. num. 56. de iuretur. Paris. cons. 20. num. 36. lib. 1. Bero. cons. 51. nu. 16. lib. 1. cons. 174. in fi. lib. 2. Cephal. cons. 403. num. 45. Decian. cons. 56. num. 87. lib. 4. Menoch. cons. 401. num. 183. cum seq.

Contrarium verius est, scilicet, vt renuntiari non possit. Alex. cons. 130. lib. 7. Ias. cons. 135. lib. 4. Dec. cons. 2. col. 5. cons. 11. cons. 36. cons. 60. cons. 632. cons. 379. & cons. 180. num. 7. Ruin. cons. 11. lib. 4. Corne. cons. 189. col. fin. ver. nec etiam obst. lib. 1. Couarru. var. resolu. lib. 2. cap. 4. ver. cæterum vbi læsio, & in c. quamuis pactū par. 3. §. 4. num. 3. cum seq. Curt. Iun. cons. 79. num. 49. lib. 1. Craue. cons. 142. num. 23. Botta. cons. 67. nu. 65. Ruger. cons. 37. num. 5. cum seq. lib. 1. Scap. de iure non scripto. lib. 4. cap. 35. Simōcel. de decret. lib. 1. tit. 8. num. 233. Borel. de comprom. §. 8. glo. 1. q. 4. Seraph. de priuileg. iuram. 83. num. 103. & priuileg. 136. num. 15. & 21. Grāmatic. decis. 66. num. 49. Otasc. decis. 41. num. 2. Menoch. cons. 412. num. 74. Cephal. cons. 142. num. 30. cons. 34. num. 25. cons. 61. num. 19. cons. 405. num. 30. & cons. 642. num. 86. Stante quippe enormissima læsione, non operatur renuntiatio. Alba cons. 81. num. 53. Couarru. d. c. 4. & læsio enormissima nō comprehenditur sub verbis quantumcumq; generalibus. Bero. c. 1. num. 12. de in int. resti. Neq; vnquam intelligitur inclusa, quacumq; cautela adhibita in promissione. Ios. Ludo. decis. Perusi. 27. Hinc in compromisso renuntiari non posse enormissimæ læsioni ex recepta Doct. sententia tradit Gabriel. in cōmuni. tit. de arbit. conclus. 3. num. 44. & nu. 50. vbi inquit de æquitate esse, vt renuntiari non possit. Paris. cons. 24. num. 150. lib. 2. Grat. cons. 112. num. 19. lib. 2. Menoch. cons. 406. num. 63. Seraphin. priuileg. iuram. 136. num. 16. & promissio de nō contrauenīedo laudo ratione alicuius læsionis, non excludit enormissimam. Berò. c. 1. num. 46. de consti. Nam verba renuntiationis læsionis enormissimæ in compromisso proferuntur a compromittentibus ad ostendendam confidentiam, quę habetur de ipso arbitro, atq; vt captent illius beneuolentiā, non etiam quod velint enormissimè lædi; & ideò operari non debet Vinius decis. 58. num. 3. lib. 1. Seraphin. priuileg. iuram 136. num. 17. Hinc quilicet ratione enormis, seu enormioris læsionis rescindi non possit transactio, cùm de huiusmodi læsione censeatur per transigentes in genere cogitatum, tamen secus est in læsione enormissima. Corne. cōs. 12. col. 2. lib. 4. Nam clausula renuntiationis enormissimæ, videtur potius adiecta ex stilo notarij, quam voluntate ipsius renuntiantis, proindeq; nihil operari debet Corne. cons. 189. col. 2. lib. 1. Menoch. cons. 37. num. 166. cons. 412. num. 77. Grāmatic. d. decis. 66. Seraph. priuileg. iuram. 136. num. 17. Craue. cons. 635. num. 6. Atq; videtur potius adiecta ex consuetudine quadam, eademq; facilitate adscripta, qua ipse contractus perfectus est Craue. cons. 394. nu. 9. cons. 635. nu. 6. cons. 647. nu. 5. Pręterea in renuntiatione enormissimę læsionis consideratur facilitas quædam si quidem qua facilitate quis inducitur ad patiēdum læsionem enormissimam, eadem item inducitur ad renuntiandum. arg. l. doli. ver. diuersum ff. de nouatio. & id maximè procedit in mulieribus, & minoribus. Namq; qua facilitate minor vel mulier passi sunt lædi enormissimè, eadem quoq; adducti sunt ad renuntiandum ipsi læsioni. Menoch. cons. 412. nu. 75. sed & læsio enormissima æquiparatur dolo ex proposito. l. si superstite. in fi. C. de dolo. not. Felin. c. in præsentia. n. 11. de probatio. Castren. cons. 174. nu. 1. lib. 1. cons. 215. nu. 4. & 305. num. 2. lib. 2. Corne. cons. 111. nu. 5. lib. 3. cons. 189. col. 3. lib. 1. Dec. cons. 45. num. 1. Craue. cons. 7. num. 5. cons. 142. nu. 21. Curt. Iun. cons. 53. num. x. cons. 141. num. 6. Socin. Iun. cons. 59. num. 52. lib. 3. Ruin. cons. 135. nu. 13. lib. 1. cons. 60. num. 19. lib. 3. Alcia. c. cum contingat. num. 77. in fi. de iureiur. Brun. de statut. quod stante. mascul. artic. 9. princ. num. x. Alba cons. 81. num. 49. cons. 403. num. 2. Cephal. cons. 62. num. 22. cons. 142. num. 26. cons. 642. num. 60. & 83. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæstione 71. in fin. Seraphin. priuileg.

iuram.

iuram. 31. nu. 17. priuileg. 83. nu. 104. Mascard. de probat. conclus. 962. nu. 22. Nam ex enormissima læsione præsumitur dolus Bald. cons. 280. & cons. 213. lib. 1. Cephal. cons. 405. nu. 23. Curt. Iun. cons. 336. n. 5. cons. 301. nu. 9. Si quidem verisimile non est, quod quis passus fuisset se lędi, nisi dolosè ad id inductus fuisset Brun. cons. 21. nu. 22. Imo dolus præsumptus quò ad rescisionem cõtractus ęquiparatur dolo ex proposito. Cephal. cons. 405. num. 27. Olasc. decis. 41. num. 3. Sicuti autem dolo ex proposito renuntiari non potest, vt suo loco dicam, ita nec læsioni enormissimæ, quę quidẽ, vt iam dixi, dolo æquiparatur. Craue. cons. 192. num. 10. vers. quartò, respondeo. Menoch. cons. 412. num. 76. Cephal. cons. 405. nu. 27. & quemadmodum renuntiari nõ potest dolo futuro, vt alibi dicam, ità nec læsioni enormissimę, quę dolo comparatur. Ruger. cons. 37. num. 5. vers. est etiam præmittendum lib. 1. Itaq; vbi dolus præsumitur in contractu, inquo interuenit enormissima læsio, ita in renuntiatione enormissimæ læsionis. Craue. cons. 647 nu. 6. sanè clausula renuntiationis enormissimæ plomitur apposita p calliditatẽ, & dolũ. Alba cõs. 81. n. 55.

25 Et non solum excipitur læsio enormissima à renuntiatione, vt dictum est, verum etiam à iuramento, Olasc. decis 41. nu. 2 Maurit. Bolan. de resti. in integ. c. 123. nu. 2. Mynsinger. centur. 5. obseru. 59. num. 5. Vnde renuntiari non potest læsioni enormissimæ, etiam cum iuramento. Cephal. cons. 405 nu. 30 Seraphin. priuileg. iurã. 126 num. 15. Vasq. illustr. controuers lib. 1. c. 2. num. 17. Mynsinger. d. obseru. 59. Iuramentum quoq; appositum in contractu de non contrauenjendo & c., non tollit læsionem enormissimam Craue. cons 613. num. 29. Curt. Iun. cons. 141. nu. 5. vbi inquit hanc esse magis communem conclusionem. Guter. authen. sacramenta. num. 95. C si aduer. vend. si quidem non operatur iuramentum vbi interuenit enormissima lęsio. Brun. cons. 25. num. 3. cons. 21. num. 12. Atq; læsio enormissima tollit uires iuramenti, nec est necessaria absolutio. Gabriel. cons. 9. col. 1. lib. 2. Nam iura omnia, quæ volunt seruari iuramentum intelliguntur, nisi in cõtractu interueniat enormissima lęsio. Menoch. cons. 412. nu. 61. & licet iuramẽtũ tollat enormem læsionem, vt supra quoq; dictum est; tamen non tollit enormissimam. Cagnol. l. 2. num. 139. C. de resc. vend. & in l. si quis maior. num. 37. C. de transact. Nenizan. cons. 21. num. 5. Alba. cons. 81. nu. 52. Socin. cõs. 115. lib. 1. Corne. cons. 133. in hac. col. 4. lib. 3. Ratio autem cur iuramento non tollatur enormissima lęsio, duplex est, & prima est quoniam iurans non videtur in tantam læsionem consentire. Altera est, quia à iuramento dolus excipitur. Olasc. decis. 41. nu. 3. Quando etenim adest grauissima læsio, iuramentum dicitur dolo extortum, diciturq; deficere cõsensus, & propterea nõ obligat. Menoch. cons. 415. num. 51. Iuransq; de casu enormissimæ læsionis, nunquam censetur cogitasse. Cephal. cons. 405. num. 26. Præterea iuramẽtum appositum super contractu, ex quo quis enormissimè læditur non dicitur habere comites requisitos; scilicet veritatem, iudicium, & iustitiam, quoniã deficit veritas propter dolum partis, iudicium, idest discretio iurantis, & iustitia eius, quod iuratur propter enormissimã læsionem, & ideò iuramentum non operatur, Olasc. d. decis. 41. nu. 1. Mynsinger. obseru. 59. num. 4. centur. 5. Itaq; nulla potest reperiri cautela verborum, quę impediat lęsionem enormissimam. Viuius d. decis. 58. num. 3. Hinc secundum eum vbi interuenit lęsio grauissima, laudum semper reduci potest ad arbitrium boni viri, non obstante iuramento, & quacumq; clausula. Neq; obstat quod scribitur per Bursat. cons. 176. num. 61. lib. 2. & alios, qui voluerunt speciatim renuntiari posse enormissimę læsioni, quandoquidem repugnat communis sententia; & Gabriel. ab eo relatus contrarium affirmat. ità Menoch. cons. 406. num. 64.

Postremò est aduertendum clausulas supradictas, quæ tollere videntur lęsionem, esse verba notariorum, qui ex stylo solent eas apponere. Pręterea eas apponi ex facilitate, seu errore, quo quis inductus fuit ad patiendum lęsionem, vt supra dictum est, & ideo Rebuff. in tract. de rescisio. contract. artic. vnico glo. 15. nu. 20. & 21. inquit, quod in Gallia nõ obstantibus renuntiationibus, & alijs clausulis solẽt impetrari litterę Regię releuamenti ad rescisionem contractus, quod secundum eum maximè procedit, quia remed. d. l. 2. procedit ex humanitate, atq; humanum est læsis succurri.

CIII. RENVNTIATIO, Remed. L. II. Cod. de rescind. vendit.

SVMMÆ.

1 *L. 2. C. de rescind. vend. dispositio.*
2 *Auxilium d. l. 2. extenditur & ad alios contractus.*
3 *Læsio intra dimidiam iusti pretij, cur permittatur.*
4 *Remed. l. 2. C. de rescind. vend. renuntiatione tollitur.*
5 *Renuntiatio iurata d. l. 2.*
6 *Renuntiatio d. l. 2. debet esse specialis.*
7 *Renuntians, qui ignorauit iustum pretium rei.*
8 *Specialis renuntiatio d. l. 2. facta incontinenti in eodem instrumento.*
9 *Tacitè quoq. renuntiari potest remedio d. l. 2.*
10 *Clausula, et si quid pluris valet, donauit, et donat etc.*
11 *Læsus, qui ignorauit iustum pretium.*
12 *Iurans in contractu, an renuntiare videatur remedio d. l. 2.*
13 *Iuramentum minoris.*
14 *Iuramentum mulieris, seu rustici.*
15 *Iurans nullo modo contrauenire.*
16 *Geminatio consensus tollit remedium d. l. 2.*
17 *Renuntiatio d. l. 2. quando non operetur.*
18 *Emptor si renuntiauerit remedio d. l. 2. non censetur renuntiasse venditor.*
19 *Renuntians remed. d. l. 2. an possit venire contra saltem virtute clausula generalis doli.*

Ad-

1 ADversus læsionem, de qua supra dictum est, auxilium quoque tribuit dispositio leg. 2. C. de rescind. vend. quæ sanè ex humanitate introducta fuit, vt patet ibi, in illis verbis, humanum est, vbi Salicet. col. 1. Planè ante hanc constitutionem videbatur id perpetuum fuisse in emptione, & venditione, vt contrahentibus naturaliter liceret in pretio se circumuenire. l. in causæ. ij. §. penult. ff. de minori. l. item si pretio. §. vlt. ff. loca. Iurisque rigor læsionem permittebat, vt apparet ex. l. si duos. ff. de euictio. vbi serui digni decem, quinque tamē venditi, rata, & firma est venditio. Is tamen rigor humanitati, & æquitati cedere debet, ideo ne quis nimium, & in immensū sub permittentis legis clipeo decipiatur, introductum fuit optima ratione auxilium d. l. 2. quæ quidem ex humanitate nouū ius induxit, vt voluit Ari. Pinel. in d. l. 2. par. 1. cap. 1. num. 3. aduersus glo. & omnes scribentes. Vnde si venditor ita in pretio lædatur, vt nec dimidiam partem iusti pretij ex venditione ferat, ei subuenitur, vt emptor vel ab emptione discedat, omnibus in integrum restitutis, vel manente contractu, id quod deest, iusto pretio supleat, quod quidem in electione emptoris erit, & ita Diocletianus, & Maximianus Imperatores rescripserunt in d. l. 2. cui consonat tex. in l. si voluntate. C. eod. in c. cum dilecti, & in c. cum causa. de emptio. & venditio. Itaque si res valoris decem, vendita fuerit pro quatuor, venditori succurritur: si verò maioris empta fuerit, veluti pro sexdecim: tunc hoc auxilio iuuatur emptor; quoniam ita exceditur sesquialtera, quæ est quindecim. Bern. in d. c. cum dilecti. num. 13. Neque vera est ea sententia, requiri, vt res digna decem, empta fuerit pro 21. vt per dictos Doct. & est glo. in d. l. 2. quam sequitur ibi Bald. q. 17. Alberic. Ange. & Castren. vt testatur Natta cons. 207. circa fin. & Neuizan. cons. 89. & ita tradit Petr. Aragon. de iusti. & iure titu. de emptio. & venditio. q. 77. artic. 1. ver. & ad argumentum. Rebuff. ad Constitu. tract. de rescind. contract. artic. vnico. glo. 15. Fabian. de emptio. & venditio. q. 8. Gome. de contracti. cap. 2. num. 22. Ari. pinell. d. l. 2. & ibi Cagnol. num. 137.

¶Et quemadmodum venditori læsio in quantitate pretij, d. l. 2. auxilio succurritur, ita trahitur hoc remedium etiam ad emptorem fraudatum supra dimidiam iusti pretij, nempe, vt illi subueniatur aduersus venditorem, qui pati debet rescissionem vēditionis, vel reddere id, quod ex iusto pretio superest, eaque electio erit venditoris. glo. & doct. in d. l. 2. & in d. c. cum dilecti. Rebuff. d. glo. 15. nu. 3. late Port. commun. conclusion. lib. 1. regu. 56. Cagnol. d. l. 2. num. 137. & num. 54. Fabian. tract. de empt. & vend. quæst. 8. Rofred. de ordi. iudic. par. 4. rub. de actio. ciu. quan. minor. num. 9. tametsi Cuiac. obseruat. lib. 16. cap. 18. dispositionem d. l. 2. quæ de venditore tantum loquitur, malè etiam ad emptorē porrigi existimauerit, diuersam sententiam communem errorem appellans.

2 Sed non modo auxilium huius legis tribuitur emptori, & venditori, verum etiam ad alios contractus extenditur, vbi causæ sunt similes, vt differit Donell. in d. l. 2. vbi omnes Doct. Procedit sanè hæc dispositio in omnibus cōtractibus. Bald. d. l. 2. num. 5. vbi Cagnol. num. 56. & Cremens. num. 26. Crapa. regu. 87. num. 73. Rebuff. dicta glo. 15.

3 Ratio cur lex permittat læsionem, quæ intra limites dimidiæ iusti pretij tantum continetur, illa est, quod quoties actus participat de pluribus, semper regulatur à potentiori. l. quæritur. ff. de sta. homi. Vnde vbi ratio fauens validitati contractus est potentior, vel saltem æquè potens, tunc valet contractus, cùm aliud dicendum sit, vbi vitium est potentius. Butri. in c. cum causa. in prin. de empt. & vend. Quinimò satis est minimus excessus supra dimidiam, vt locus esse possit huic auxilio. Si quidem hoc casu vitium est potentius, quàm ratio fauens validitati contractus, proindeque actus à potentiori denominatur. d. l. quæritur. Burg. d. c. cum dilecti num. 14. Bald. Perusin. in d. l. 2. in prin. & ibi Panthale. num. 144. Capra. in suis regul. cap. 87. num. 62. cum seq. Osasc. pedem. decis. 42. nu. 8. Quamuis etenim liceat in emendo, & vendendo contrahentibus in pretio se inuicem circumuenire d. l. item si pretio. §. vlt. tamen hoc ita accipiendū erit nisi multum à iusto pretio discedatur, hoc est, dummodo non adsit læsio vltra dimidiam iusti pretij. Osasc. decis. 95.

6 Vbi autem remissum fuit ius denuntiandi litem, id intelligi oportet de denuntiatione litis iudiciaria via inferendæ, ad quam faciendam emptor tenetur, non etiam de extraiudiciali, & de inquietudine facti, vt declarat Ange. cons. 177 col. 1. sequitur Rube. d. §. morte. num. 441.

7 Sed quamuis ex pacto denuntiandi necessitas remitti possit d. l. Herennius: tamen ex æquitate adhuc denuntiandum est. Rebuff. tract. de dilatio. artic. 5. glo. vnica. num. 35. Decif. Genuæ. 28. num. 57.

Itaq; non est dubitandum, quin necessitas denuntiandi litem, vt quę spectat fauorem emptoris, possit eiusdem voluntate remitti, quando habeamus tex. expressum in d. l. Herennius. in prin.

8 & ibi not. Bald. Albe. & Fulgos. Sed dubium est, an iuramentum in contractu appositum faciat, vt venditori minimè sit denuntiandum, atq; habeat vim denuntiationis. In qua re tres fuerunt opiniones. Prima est negatiua, scilicet, vt iuramentum non habeat vim denuntiationis. Secunda est affirmatiua, vt operetur renuntiationem denuntiationis. Tertia est, vt iuramentum ita demum operetur remissionem denuntiationis, si venditor cum iuramento speciatim promisit defendere emptorem si lis ei moueatur de re vendita.

Primam opinionem negatiuam tenent plures, Alex. in l. quod te. ff. si cer. pet. & ibi Bologne. num. 61. ver. tamen mihi placet, plures refert Seraphin. priuileg. iuram. 49. num. 2. ver. contrariā tamen sententiam. Et hanc sententiam vti magis æquam, & veriorem amplectitur Caballin. de euictio. §. 3. num. 71. Pro qua sententia facit tex. in c. 1. § . lz. si de feu. fue. cōtro. inter D. & agn. vbi vasallus, qui iurauit auxiliari domino suo, non incidit in pœnam, nec priuatur feudo, si non fuit interpellatus. Secundò non reperitur in iure expressum, quod iuramentum habeat vim denuntiationis, vt per Bologne. d. num. 61. ver. tamen mihi placet. Tertiò facit, quod scribit Bart. in l. eū. qui. §. si iurauero ff. de iureiur. vbi inquit, quod quando eodem tempore obligatio contrahitur, & præstatur iuramentum, tunc non habet vim interpellationis, cum absurdum sit, quod quis eodem tempore obligetur, & constituatur in mora. Postremo iuramentum recipit omnes conditiones, quas recipit contractus. l. fin. C. de non nume. pecu. Sed in contractu inest tacita conditio, si venditori denuntiatum fuerit, ergo iuramentum recipit hanc conditionem, vt ita demum iurans teneatur, si ei denuntiatum fuerit. Bologne d. loco.

Contrarium alij voluerunt scilicet, quod iuramentum excuset à denuntiatione, quando venditor scit litem motam: & hanc opinionem tenuit primus omniū Alex. in l. 2. §. voluntatem ff solu. matr. vt refert Guter. de contracti. iurat. c. 61. nu. 19. & ita voluerunt Io. Andre. & Imol. in c. breui. de iureiur. Nam iuramentum, quasi renuntiatio tollit denuntiandi necessitatem Crauε. cons. 64. num. 2. Roland. cons. 6. nu. 48. lib. 1. Plures refert Seraphin. d. priuileg. 49. num. 2.

Alij in ea fuerunt sententia, vt iuramentū ita operetur remissionem denuntiationis, si venditor cum iuramento speciatim promisit suscipere defensionem, quam primum lis mota fuerit, & ita declarant Couar. uar. resolu. lib. 3. cap. 17. num. 4. Ripa in l. 2. §. uoluntatem. num. 18. ff. solu. matr. Trentacinq. uar. resolu. lib. 3. tit. de empt. & uend. resol. 4. num. 8.

Quæ sententia mihi probabilior esse uidetur, sed cum temperamento, scilicet ut iuramentum etiam generale, post expressam promissionem de defendendo, appositum, uim habeat denuntiationis. Et hanc amplectitur Guter. d. c. 61. nu. 19. uer. ego uerò, ubi tradit, quod ubi contractus continet expressam promissionem de defendendo emptorem à quacumq; lite de re uendita, nec nō iuramētū etiā generale sup omnibus in instrum. contentis obseruandis: tunc non est necessaria denuntiatio litis, si venditor conscius sit litis motæ. Nam nihil referre videtur, quod iuramentū sit generale, vel speciale: quoniam, secundum eū, iuramētū generale, comprehendit vnamquamq; particulam contractus. Ex quibus constat eam opinionē, quod iuramentum non habeat vim denuntiationis, tùm procedere, cùm venditor expressè non se obligauit ad euictionem, & defensionem emptoris. Quamuis etenim ex natura contractus teneatur de euictione, tamen iuramentū non extenditur ad ea, quæ expressa non fuerunt, vt per Guter. d. c. 61. Namq; vt scribit Seraphi. d. priuileg. 49. num. 36. ver. propterea dico, cùm quis generaliter, & simpliciter iurat obseruare conuentionem seu contractum, vtiq; iurat obseruare omnia, & singula in eo contenta. Vnde iurans censeturetiam iurasse de obseruando promissionem de defendendo, ac si nuncupatim super promissione de defendendo iuratum fuisset, vt per Seraph. d. priui. 49. nu. 37. Iurans sanè non contrauenire omnibus, & singulis, quæ promisit, vtiq; censetur iurasse de non contrauenien do promissioni de defendendo: huic autem contrauenire dicitur per oppositionem denuntiationis omisse, ergo ex ui iuramenti quis renuntiare censetur denuntiationi litis, vt dixi lib. 5. cap. 4.

Nec me mouet, quod iuramentū recipiat eas conditiones quas ipse actus. l. fin. C. de non nume. pecu. proindeq; in iuramento intelligatur ea conditio,

conditio, nimirum, vt iurans ita teneatur de eui-
ctione, si denuntiatum fuerit litem motam fuisse.
Nam respōdetur eam conditionem in iuramento
intelligi, cùm expresse conuentum nō fuit de de-
fendendo: aliud dicendum est, vbi venditor ex-
presse se obligauit ad defensionē emptoris, quia
tunc ex ui iuramenti generalis de obseruando
omnia, & singula, tenetur obseruare eam conuen-
tionem, ac si speciale iuramentum super dicta
promissione interpositum fuisset, vt per Guter.
d.c.61. Cùm iuramentum generale apponatur in
fine contractus, scilicet, & iurauerunt prædicta
omnia, & singula attendere, & obseruare, non cō-
trauenire &c. hæc clausula generalis referri haud
dubiè debet ad omnia præcedentia. l. talis scrip-
tura. §. fin. vbi doct. ff. de leg. 1. & reperit omnia
præcedentia, tam coniunctim, quàm diuisim.
Aretin. cons. 17. col. 6. sequitur Seraphin. d. priui-
leg. 49. num. 37. cum seq.

CVII. RENVNCIATIO, L. Qui rem. C. de euict.

SVMMÆ.

1 *L. Qui rem. C. de euict. dispositio.*
2 *Venditor renuntiare potest dispositioni d. l. qui rem.*
3 *Emptor si dubitauerit rem euinci aliquando posse, ne teneatur expectare casū euictionis, vt statim super re lite aliqua mota, teneatur venditor reddere pretium, etiam re nondum euicta.*
4 *Renuntiatio d. l. qui rem. est valde vtilis emptori.*

NVnc videamus de altera renuntia-
tione, quę apponitur fauore em-
ptorum. Sciendum itaque est,
quod non agitur de euictione an-
tequàm res euincatur per senten
tiam, licet res empta appareat es-
se aliena, vel alteri obligata, & proinde appareat
1 eam euinci in futurum posse. l. qui rem C. de eui-
ctio. vbi ita scribitur: Qui rem emit, & post possi-
det: quandiu euicta non est, authorem suum, pro-
pterea quòd aliena, vel obligata res dicatur, cō-
uenire non potest. Quæ lex, secundum commu-
nem doctorum intellectum procedit in actione
de euictione, vt per Osasc. Pedem. decis. 24. n. 10.
ver. nec est impedimento. Vt autem de euictio-
ne agere possit emptor, etiā antequàm res euin-
catur, venditor in instrumento venditionis renū-
tiare debet, vt contra eum agi possit de euictio-
ne, ad restitutionem pretij, etiam antequàm res
euincatur, vbi dubium esse possit rem euinci pos-
2 se in futurum. Nam haud dubiè venditor renū-
tiare potest dispositioni d. l. qui rem. vt per Butri
gar. de renuntiat. iur. Et quod valeat pactum, vt
pretium reddatur emptori, si quæstio aliqua rela
ta fuerit, & sinec dum re euicta, est tex. in l. siue
in libertatem. C. de euictio. in illis verbis, siue
cum comparares, conuenit, vt si qua quęstio no-
mine eius relata esset, & si nec dum euictus esset,
tu pretiū recuperares, & quòd ita cōuenire possit
emptor cum vēditore, voluit glo. in d. l. qui rem.
3 ibi, vel nisi hoc conuenit. Emptor itaque si dubita
uerit rem euinci aliquando posse, ne teneatur ex
pectare casum euictionis, pacisci poterit, vt sta-
tim super re, quæstione aliqua mota, venditor te-
neatur reddere pretium, etiam re nōdum euicta.
Alioquin vbi ita non conuenit emptor, non pote-
rit agere, nisi demum re euicta. d. l. qui rem. l. si
plus. ff. de euictio. vbi ita dicitur, mota quęstione,
interim non ad pretium restituendū, sed ad rem
defendendam venditor conueniri potest. Et est
4 glo. in d. l. siue in libertatem. Quæ renuntiatio
notanda est pro emptore, vt possit pretium recu-
perare statim quæstione mota, atque, vt non te-
neatur expectare casum euictionis.

CVIII. RENVNCIATIO. Vt venditor de euictione teneatur, quoquo modo res euincatur.

SVMMÆ.

1 *L. si dictum. §. si compromisero ff. de euict. dispositio.*
2 *Renuntiatio, vt euictio debeatur, quoquo modo res euincatur.*
3 *Renuntiatio d. §. si compromisero, apponitur fauore emptoris.*
4 *Venditor renuntiare debet, vt teneatur de euictione omni casu, & quoquo modo res euincatur, atq; vt non possit allegare, neq excipere de omissa denuntiatione, absentia, contumacia, iniquitate sententiæ, aut iniuria iudicis.*

SI per arbitrium, vel compromis-
sum res emptori euincatur, non
habet is actionem contra vendi-
1 torem de euictione l. si dictum.
§. si compromisero ff. de euictio.
& ibi: ex. rationem adfert. Nam,
inquit, nulla cogente necessitate id fecit. Est
sanè imputandum ei, cui res per arbitrium euin-
citur, ac qui in arbitrium consensit, cùm minimè
coactus fuerit, vt in eum consentiret. Nam com-
promissum voluntarium habet vim cuiusdam
transactionis. authen. si vero contigerit. de iudic.
& ibi glo. Debet autem emptor expectare sen-
tentiam iudicis ordinarij, si voluerit postea re-
gressum habere de euictione. Quod extenditur
procedere, etiam quando emptor detulit iuramē-
tum. Cremens. singul. 115. cu lcis. nec non ad eū,
qui consensit in iudicem non suum, vt per glo. in
d. §. si compromisero. Roman. singul. 12. nūquid
Verùm vt venditor hoc casu teneatur etiam de
euictione, debet emptor compromittere volente
ipso uenditore. glo. in d. §. si compromisero, & ibi
2 not. Bald. uel curare debet, vt in contractu uendi-
tor renuntiet huic dispositioni, siquidem ualet
pactum, quod etiam ex sententia arbitri euictio
debeatur, vt decidit Bald. in d. §. si compromise-
ro, per tex. in l. cum pœna. ff. de arbitr. Et genera-
liter renuntiari potest, vt euictio debeatur, quo-
quo modo res euincatur. glo. singularis in d. l. cū
pœna.

pœna. Alex.& Bald.in l.si domus.§.de euictione.
ff.de leg.1.tacit,quod not.Feliu.in c.lator.de homi.
Ange.Aretin.in §.fin.Insti.de empt.& vend.
Bald.in l.cum filius.§.euictis ff.de leg.2. Alex.
conf.4.nu.2.lib.3.Cepol.caute.92.Roland.conf.
67.in fi.lib.4.Gozadin.conf.63.num.9. Quæ sanè
promissio de euictione quomodocũque res euin
catur ad quamcunque euictionem trahitur. Tiraq.
de retrac.lignag.in fi.titu.num.97.q.22.Alba
conf.216.num.3. Speciatimque trahitur ad
hunc casum, vbi scilicet res euicta fuerit ex sen-
tentia arbitri.Grat.conf.163.num.22.lib.2.Co-
uarru.varia.resolu.lib.3.cap.17.num.7.Mascard.
de probatio.conclu.609.in ver.emptio.num.30.
tametsi minime trahatur ad condemnationes fa-
ctas per iudicem de facto,omisso ordine iuris.Ri
3 min.Sen.conf.94.num.69.

Hęc autẽ renũtiatio apponi debet fauore ẽpto
ris,scilicet,vt vẽditor teneatur de euictione,quo
modocunque res euincatur,etiã per arbitriũ,vel
cõpromissũ,vel ex alia causa. Nã neque tenetur
de euictione vẽditor,vbi ẽptor,cui mota fuit cõ-
trouersia de re empta absfuit à iudicio,& eo ab-
sente pronuntiatum fuit contra ipsum l.emptor.
C.de euict.Couar.var.resolu.lib.3.cap.17.nu.9.
Neque tenetur quoties iudex per imperitiã, vel
iniuriam contra emptorem pronuntiauit d.l.
emptor.l.si non iniuria.C.de euict.l.si per im-
prudentiam ff.eo.Couar.d.c.17.num.10.Etenim,
vt inquit glo.in d.l.emptor.in ver.per iniuriam.
iniuria,quæ fit emptori,per iniquam, imperitã,
vel dolosam iudicis sententiã, non debet alteri
obesse,quã ipsi emptori,cui facta dicitur iniuria.

Vt igitur supradictis casibus plenè prospicia-
tur emptori,benè erit,vt venditor promittat de
euictione omni casu,& quoquo modo res euinca
tur.Bald.& Ange.in d.l.emptor.Quoniam dictis
omnibus casibus tenetur de euictione venditor,
4 qui aliàs non tenetur,atque renuntiet,vt non pos
sit allegare, neque excipere de omissa denuntia-
tione,absentia,contumacia,iniquitate sententię,
aut iniuria iudicis.Bald.& Ange.in d.l.emptor.
Mascard.de probatio.conclu.609.in ver.emptio.
num.27. Quæ quidem cautela valde prospicit
emptori,vt re euicta regressum de euictione ha-
beat,etiam in casibus,quibus alioquin venditor
de euictione non teneretur.

CIX. RENVNTIATIO, Redhibitoriæ actionis.

SVMMAE.

1 *Actio redhibitoria,*
2 *Actioni redhibitoria renuntiari potest.*
3 *Emptor qui obtinuit in redhibitoria,an possit renuntiare sententia pro se lata,etiam inuito aduersario,*
4 *Tacite etiam renuntiari potest redhibitoria actioni.*
5 *Renuntiatio redhibitoria actionis,quando noceat.*
6 *Emptor,vel venditor sciens morbum.*

AEdiles creatos fuisse ãno 388.ab
vrbe condita habetur apud Li-
uium lib.6.in fin. Horum præ-
cipua cura erat,vt ius redderẽt
de animalibus morbosis vendi-
tis,circa quæ,vt læsi facilè suble
uarentur,induxerunt redhibito
riæ beneficium,quod tribuit Edictum illis,qui in-
fra semestre voluerint redhibère, qui verò non
rescindere, sed pretiũ diminuere voluerint quã-
to minoris actionem pollicẽtur.Caballin.de Aedi
lit.act.cap.primo.

1 Actio igitur redhibitoria venditionem rescin-
dit in totum, reddita re vendita, & pretio recep-
to,cęterisq; omnib.restitutis in integrum. Hacq;
agit emptor aduersus venditorem ad resoluendã
venditionem restitutis omnibus ob morbum, vi-
tium ve latens rei venditæ, quod ignorabat, vel
ob dictum promissum ve venditoris.Quod si tan-
tum suspicio sit subesse vitium,agere potest, vt ca
neatur de vitio,vel rem redhiberi venditor patia
tur.l.si venditor.l.quod si nolit.§.qui mancipia.
l.redhibere,& p totũ tit.ff.de Aedilit.Edict.l.2.
C.de Aedilitijs actio.Specul.tit.de renuntiat.&
conclus.§.primo 26.ver.est enim beneficium.Re
buff.tract.de resciss.contract.in præfat.num.50.
Ad hoc autem, vt competat redhibitoria, qua-
tuor probari debent per emptorem. Et primò
quod animal morbosum sit de comprehensis in
contractu; Deinde quod sit morbosum: Tertiò
quod morbus sit latens: Postremò quod morbus
esset ante venditionem, vt per Signorol.consil.
53.nu.3. Vel secundum Caball.de Aedilit.actio
nib.cap.2.num.5.ex igitur primò quod interue-
nerit venditio, aut permutatio: Secundò quod
animal sit morbosum: Tertio quod morbus esset
latens,nec appareret tẽpore venditionis: Deniq;
quod morbus ille esset ante venditionem.

2 Huic actioni renuntiari potest.l.quæritur.§.si
vẽditur ff.de Aedilit.edict.vbi remittẽtibus actio
nes suas non est dandus regressus, & hanc renun-
tiationem ponit Butrigar.de renuntiationib.iu-
ris tit.de beneficio actionis redhibitorię. Nam
ædilitijs actionib.renũtiari potest, siquidem,vbi
contractus valet,sed beneficio quopiã impugnari
potest,tunc renuntiatio valet; secus si contractus
ipso iure non valeat.Bald.in l.si prædium nu.27.
C.de ædilit.actionib.& pacisci contra ędictum
Aedilium Curulium omnimodo licet, ut inquit
text.in l.pacisci.ff.de pactis,& ibi Ias.notat, re-
dhibitoriam remitti posse per pactum, siue
in continenti,siue ex interuallo factum. Emptor
igitur,qui ex beneficio legis potest redhibere rẽ
uitio affectam, renuntiare poterit suo beneficio
à lege concesso:gloss.in d.l.pacisci. Nam licet
edictũ Aedilium de venditionib.rerum, de quo
habetur per totum titulum.ff.de ędilit.edicto.
iustissimum sit,& habetur per Tiraq.l.4.connu-
bial.num.3.tamen illud pacto tolli poterit d.l.
pacisci.Guter.de contractib.iuratis.cap.16.
num.43.

3 Sed illud hoc in loco in quęstionem uenit,quid
si emptor in iudicio egit actione redhibitoria

aduersus

aduersus uenditorem, & tandem obtinuit, sed postea penitentia ductus non unlt uti sententia illiq; renuntianit: an uenditor poterit enm cogere, & agere ex ea sententia? est ad id gloss. in l. illud. § primo in fin. ff. de ædilit. edicto, & ibi Bald. vbi si emptor qui obtinuit in redhibitoria sententiæ, rennntians non vult ea vti, non poterit venditor ex ea agerere, & tradit Tiraq. de retract. lignag. ad finem tituli. q. 4. num. 24. Nam quāuis sententia contineat mutuas prestationes, tamē principaliter continet fauorem ipsius agentis, vt per Bald. in d. l. illud. §. primo. ex hac quippe sententia non nascitur uenditori actio in factum, si emptor non vult vti sententia. Bald. in l. si prędiū num. 9. C. de ædilit. actio. Neq; potest venditor vti beneficio sententiæ, quod ei competit ex persona emptoris, ipso emptore inuito per text. in l. si iudex circumuento. ff. de minorib.

4 Hoic actioni tacitè renūtiasse videtur emptor, qui post intentatum redhibitionis iudicium vendidit simpliciter animalia morbosa. Signorol. cōs. 53. num. 2. ver. in secunda quæstione.

5 Verùm vbi quis per industriam aduesarij ignorans rennntiauit: tunc non nocet ei renuntiatio generalis d. §. si venditor. Bald. d. l. si prædiū col. vlt. Cæterum si venditor nominatim exceperit de aliquo morbo, standum est conuentioni: quia emptor remittere potuit actionem ædilitiam. d. §. si venditor. Quo respiciens Horat. ita cecinit.

Des nummos, excepta nihil te si fuga lędat
Ille feret pretium pœnæ securus opinor,
Prudens emisti vitiosum, dicta tibi est lex.

Aut igitur venditor sciebat vitium, seu morbum, & tunc renuntiatio non valet, hoc est, si emptorem non certificauit: Aut ignorauit, & valebit renuntiatio d. l. quæritur. Trentacinq. variatum resolut. lib. 3. resolut. 11. circa finem. In dubio autem præsumitur, vt venditor sciat vitium rei. Bald. l prima §. hoc amplius. ff. de ædilit. edicto. Trentacinq. dicto loco.

Vnde potest emptor renunciare redhibitoriæ, & pacissei, vt non agar, cum etenim possit vti beneficio ędicti ædilitij, suo fauori potest renuntiare. gloss. in dicta l. pacisci. Neq; pacisci dicitur contra edictum, sed contra edicti beneficium, vt per dictam gloss.

6 Declara tamen ita demum renuntiationem redhibitoriæ valere, si tam emptor, quam venditor ignorauit: si autem vēditor tantum sciuit, nō nocet renuntiatio emptori, nisi is sciuerit, vel ignorauerit non iustè l. prima in fin. & l. quęro ff. de actionib. empti. gloss. in d. l. pacisci. & distingue, vt supra dictum est.

CX. RENVNTIATIO, Actionis quanto minoris,

SVMMAE.

1 *Actio quanto minoris duplex.*
2 *Emptor potest agere redhibitoria, vel actione quanto minoris.*
3 *Actio quanto minoris, cur eo nomine nuncupetur?*
4 *Actioni quanto minoris renuntiari potest.*
5 *Exclusus tempore ab actione redhibitoria, non censetur exclusus ab actione quanto minoris.*

QVoniam rescinditur venditio, interdum in totum, cùm scilicet agitur redhibitoria, interdum verò in parte, vt quando agitur actione quanto minoris l. redhibere. ff. de ædil. edic. postquam dictum est supra de renunc. redhibitorię actionis, modò restat, vt videamus de actione quanto minoris.

1 Duplex est igitur actio quanto minoris. Ciuilis de qua loquitur l. Iulianus. in prin. ff. de act. emp. & Prætoria, de qua habetur in l Aediles. in l. quod si nolit. §. si plures ff. de ædil. edic. Hæc actio Prætoria datur solum pro illis rebus de quibus prouiderunt Aediles, cum Ciuilis pro omnib. detur. Prætoria annalis est, Ciuilis verò perpetua. Deniq. Prætoria datur quanto minoris res est, Ciuilis autem, quanto minoris empturus esset. glo. in d. l. Iulianus. in prin. & ibi Bart. nu. 1. Alij autem voluerunt, quod vna tantum sit actio quāto minoris, vt per Cyn. in l. 2. ver. aduertatis. C. de ædili. edic. Sed communis opinio est cum glo. in d. l. Iulianus, vt per Crisp. de termin. actio. tit. quanto minoris, num. 16. Quare actio quanto minoris duplex est, Pretoria, quæ datur propter morbum, & Ciuilis, quæ datur propter alium de-

1 fectum. Caballin. de ædilit. actio. cap. 3. Namq in arbitrio emptoris situm est cum velit ob rei vitium rescindere in totum venditionem redhibitoria actione, de qua iam dictum est, an verò agere æstimatoria actione, quanto minoris, hoc est vt restituatur pretij pars à venditore, quam daturus non fuisset, ac minoris emisset, si sciuisset fuisse vitiosam l. quod si nolit. §. si quis egerit. l. si quid venditor ff. de ædili. edic. Hęc actio rescindit venditionem in partem, vt emptori restituatur de pretio, quanti minoris res valuit, cùm emeretur.

3 Qua ratione ex formulæ uerbis dicitur quanti minoris, vel quanto minoris, hoc est quāti, vel quanto minoris emisset emptor, si quid ita esse sciuisset; vel quanto ob id vitium, ea res minoris, cùm veniret fuerit, & hoc nomine nuncupatur, quia res vendita, quæ valeret 20. propter defectum valet tm̄. x. l. quod si nolit. §. si quid egerit ff. de ędil. edic. l. 2. C. de ædilit. act. l. Iulianus: in prin. ff. de act. emp.

4 Huic actioni renuntiari potest. l. quæritur §. si venditor ff. de ædili. edic. Nam renuntiare haud dubiè potest emptor ædilitijs actionibus. Bald. l. si prędium. col. vlt. C. de ædil. actio. Planè vbi cōtractus valet, sed quopiam beneficio impugnari potest, tunc valet renuntiatio, Bald. d. l. si prædiū, & facit l. pacisci. ff. de pact. vbi pacisci licet contra edictū A[illegible]l currulium, hoc est contra beneficiū legis, vt per glo. ibi.

5 Illud autem sciendum est, quod exclusus, velnti tacita renuntiationi per lapsum sex mensium ab actione redhibitoria, quæ est ad fine remediu,

non

non cenletur exclusus ab actione quanto mino-
ris, cuius spacium est annale. l. si tamen. §. non no-
cebit ff. de ędil. edic. Bal. d. l. si prædium. num. 12.
Cremen. singul. 165.

CXI. RENVNTIATIO. Exceptionis de vitio litigiosi, & l. fin. C. de litigios.

SVMMÆ.

1 *Alienatio rei litigiosæ nulla est, & tam alienans, quàm scienter accipiens puniuntur.*
2 *Alienatio rei litigiosæ cur prohibeatur.*
3 *Litigiosæ rei alienatio valet, accedente volūtate eius, cuius fauore inducta fuit prohibitio.*
4 *Litigiosi vitium non obstat, quoties litigantes illud remittunt.*
5 *Contrahētes, an possint renūtiare dispositioni d. l. fin.*
6 *Generalis renuntiatio, an tollat dispositionem d. l. fin.*

VItium litigiosi tres operatur effe-
ctus. Nam primò impeditur alie
natio. Secundò is, in quem trans-
latio fit, non potest in præscrip-
tione sibi connumerare tempo-
ra sui auctoris. Tertiò si cadit
à possessione, non potest eam recuperare, obstante
litigiosi exceptione. Iure nouo additum est, vt cō-
tractus super re litigiosa habitus, fit ipso iure nul-
lus. Pręterea contrahentibus imponuntur pœnę
de quibus in l. fin. C. de litigos. Imo si sententia
lata contra primum reum tenet, potest executio-
ni mandari contra eum, in quem facta est transla-
tio d. l. fin. ita tradit Bart. in l. 1. §. 1. ff. de litigios.
Benintend. decis. 48. nu. 7. cum seqq.
1 Alienatio igitur actionis, vel rei litigiosæ nulla
est, & tā alienans, quā sciēter accipiēs ex cōtractu
rei litigiosæ, legitimè puniuntur. d. l. fin. & ibi
Bart. & Fulgos. & in contractu rei litigiosę obser-
uatur distinctio, de qua in d. l. fin. glo. in c. ecclesia
S. Mariæ. 1. vt lite pend. Guid. Pap. q. 337. pro de-
2 claratione. Adrian. Puluæ. de alien. ind. c. 8. Ratio
cur prohibeatur alienatio rei in iudicio deductæ,
illa est, scilicet, ne quis diuersis iudicijs fatigetur,
contra l. nulli C. de iudic. Natta cons. 2. nu. 2. lib.
1. Hinc actor iurare poterit in litē aduersus reū,
qui lite pendente rem litigiosam alteri alienauit,
Quod, & poterit reus contra actorem, qui alie-
nauit. Plot. l. si quando. num. 183. cum seq. C.
vndè ui.
3 Verum licet rei litigiosæ alienatio minime va
leat d. l. fin. & habetur latè per Socin. regu. 341.
res litigiosa. tamen hoc accipiendum erit nolen-
te eo, cuius fauore inductum est, vt non valeat rei
litigiosæ alienatio. Afflict. c. eorum fraudibus.
rub. 41. lib. 2. Nam litigantium fauore inducta
est litigiosi exceptio, ideo eorundem consensu re
mittitur rei litigiosę vitiū, siquidem ratio cur pro
hibeatur alienatio rei litigiosę illa est, ne reus fati
getur diuersis iudicijs, quod est iniquum. l. nulli
C. de iudic. ita Natta d. cons. 2. num. 2. Bald. cōs.
300. statuto cauetur circa fin. lib. 1. Bero. cons. 59.
viso toto processu. num. 18. lib. 3. Craue. cons. 481
4 num. 19. Vnde si vnus ex litigantibus alienauerit
tertio rem litigiosam, accedēte cōsensu alterius,
remittitur litigiosi vitium. Neq; enim litigiosi vi
tiū obstat, quoties litigātes illud remittūt. l. 1. §.
5 & post operis ff de ope. nou. nunt. Cōtrahentes er-
go non possunt renunriare huic dispositioni, sed
reus cuius fauore inducta est ne scilz. fatigetur
diuersis iudicijs. d. l. nulli. Verùm quia emptor
potest agere contra eum, qui vendidit rem liti-
giosam, vt quoq; potest hic contra illum agere
condictione ex d. l. fin. vel actione in factum, vt
per glo. & Bart. ibi, ideo contrahentes in contra-
ctu rei litigiosæ hoc casu renuntiare poterunt be
6 neficio d. l. fin. Quinimò per generalem renuntia
tionem factam omni iuris, & legum auxilio, cen-
setur renuntiatum beneficio d. l. fin. vt per Rimi-
nald. Sen. cons. 89. num. 25. lib. 1. Quod maximè
procedit, stante iuramento, vt per eum. Neq; est
omittendum rei litigiosæ vitium remissum cen-
seri, si ad vnum actum procedatur, parte non op-
ponente de tali vitio, Papon. lib. 12. tit. 2. ar
rest. 4.

CXII. RENVNTIATIO, Dispositionis l. fin. C. de pact. pign.

SVMMAE.

1 *Lex commissoria in pignoribus quæ.*
2 *Pactum legis commissoriæ in pignoribus cur reprobetur.*
3 *Dispositio d. l. fin. occurrit fragilitati.*
4 *Prohibitio d. l. fin. non tollitur renuntiatione, & cur.*
5 *Renuntiatio ex internallo apposita.*
6 *Pactum legis commissoriæ, an firmetur iuramento.*
7 *Prohibitio d. l. fin. tollitur iuramento.*

PActum legis cōmissorię in emptio
nibus permissum est, & in pigno-
rum constitutione reprobatum.
Nam id prohibuit Constantinus
Imperator in l. fin. C. de pact. pi-
gno. Crauet. cons. 242. col. 2. Est
1 autem lex commissoria in pignoribus, cùm credi
tor ita conuenit cùm debitore, vt nisi soluatur de-
bitum definito tempore, liceat creditori habere
rem pignoratam emptam pro pecunia mutuata
glo. in l. si fundus. §. fin. in ver. æstimandum. ff. de
pignor. & in l. 1. C. de pact. pign. Ratio differētię
2 cur pactum legis commissorię reprobetur in pi-
gnoribus, non etiam in emptionibus. illa est, sci-
licet, ne homines pecunijs indigentes, facilè
capientur sic paciscendo, in eorum graue pręiu-
dicium. ita Castren. cons. 144. pactum istud. nu. 3.
ver. item in pacto. lib. 2. Cuman cōs. 179. in prin.
Nam obligatio pignoris fieri solet prolongè mi-
nori quantitate, quàm res valeat. Vnde in pacti
captionem facilè incidere potest is, qui pecunia
indiget, quod his pactum initurus, modo pecu-
niam, qua maximè indiget, accipiat. Quæ quidē
ratio

ratio cessat in contractu emptionis, in quo com-
muniter res venditur iusto pretio. Abb. in c. pen.
num 7. ver. quò ad secundum, & ibi Butri. de pi-
gnori. Bart. in l. Titius ff. de pign. act. Neguſ. de pi
gnori. 4. par. princ. num. 2. Gnter. de contracti. iu-
rat. c. 33. num. 1. Reprobatur ergo pactum legis
commissoriç in pignoribus propter captionem,
3 quam continet d. l. fin. in prin. & ibi Bart. Tanta
est enim fragilitas eius, qui egens est pecuniæ,
quam anxiè quærit, vt facilè adduci poſsit ad
consentiendum cuicumq; pacto, etiam apposito
in eius graue præiudicium. Huic autem fragili-
tati, seu facilitati occurrit dispositio d. l. fin. quę
subuenit ne ob fragilitatem quis facilè in captio-
nem pacti incidat.

4 Prohibitio huius legis non tollitur renuntia-
tione, vt per Odofre. in d. l. fin. sequitur Tira-
quel. de retrac. conuentio. in fi. titu. n. 121. Butri.
& Imola in c. pen. de pignori. Bertrand. conſ. 356
col. 2. lib. 1. & conſ. 50. lib. 2. Bero. conſ. 204. nu. 14
lib. 1. Mantua in glosario iur. classe 10. c. 15. &
classe 14. c. 31. Surd. deciſ. 248. num. 16. Ratio est,
quoniam dispositio d. l. fin. non est inducta fauore
debitoris, sed in odium creditoris, arg. l. quos pro-
hibet. ff. de postul. vt per Odofred. d. l. fin. & alios.
Sed hęc ratio refelli potest, siquidem vera ratio
ea est: Nam cùm beneficium d. l. fin. inductum sit,
vt occurratur fragilitati debitoris, vt iam dictum
est, certè, qua fragilitatis ratione lædi, & captari
potest ex ipso pacto legis commissoriç: eadem
quoq; renuntiando beneficio sibi competenti ex
dispositione d. l. fin. lædi, & captari rursus po-
test. l. doli. ver. diuersum ff. de nouatio. Salicet. in
in d. l. fin. in fin. & latè dixi supra hoc libro, re-
nunt. 13.

Et hæc ratio ex eo comprobatur, quod huiuſ-
modi pactum non valet ab initio, cùm tamen va-
leat si postea ex interuallo fiat. Bart. l. 3. num. 8.
C. de non nume. pecu & in l. Titius ff. de pignor.
act. Guid. Pap. q. 6. Marc. q. 54. par. 1. & q. 166.
par. 2. Abb. d. c. pen. col. 2. Corne. conſ. 266. col.
pen. in prin. lib. 1. Fulgoſ. & Albe. in d. l. fin. Cu-
man. conſ. 179. facta fuit, in prin. Alex. conſ. 178.
viso processu. num. 2. lib. 7. Salicet. in l. 2. C. de
pact. pign. Nam, & renuntiatio ex interuallo fa-
cta tollit auxilium inductum ratione fragilitatis.
Hinc renũtiatio exceptionis non numeratæ pe-
cuniæ ex interuallo facta valet, non etiam incon-
tinenti facta. Bart. d. l. 3. vbi inquit, quemadmodũ
renuntiatio exceptionis non numeratæ pecuniæ
ita demum valet, si ea ex interuallo fiat; ita idem
dicendum erit in pacto legis commissoriæ, quod
in pignoribus apponitur, siquidem vtroq; casu
obstat ratio fragilitatis. Et facit, quod scribit
idem, in l. quamuis. num. 3. ff. de solutio. vbi in-
quit, debitorem, qui pecunia maximè eget, fa-
cilem esse in promittendo ab initio quicquid
vult creditor, & sic quasi violenter paciscitur, vt
pecuniam habeat, quæ quidem ratio cessat, vbi
5 ex interuallo promittitur. Renuntiatio igitur ex
interuallo apposita valet, quemadmodum etiam
valet pactum ex interuallo appositum, quoniam
hoc casu cessat necessitas, & indigentia, quæ facit
vt debitor fragilis, ac facilis sit ad promittendũ,
& ad renuntiandum, vt pecuniam, qua maxi-
mè eget, accipiat, de qua re dixi etiam lib. 2. vbi
dixi de renuntiatione ex interuallo facta.

6 Sed dubium est, an hæc pacta iuramento confir
mari poſsint, & plures tenuerunt confirmari per
tex. in c. significante. de pignori. quos refert Ti-
raq. de retrac. conuent. ad fin. titu. nu. 120. & Se-
raphin. de priuileg. iuram. priuileg. 131. vbi te-
statur hanc esse communem opinionem. Alij ve-
rò voluerunt hoc pactum minimè firmari iura-
mento, sed iuramentum præstitum seruandum es
se, Bart. l. si quis pro eo. num. 10. ver. quartò dixi
ff. de fideiuſ. & plures pro hac sententia citat Ti-
raq. d. loco. num. 119. & quod non firmetur iu-
ramento videtur esse communis sententia, Man-
tua in gloſ. iur. classe 14. c. 31. Gnter. de contracti.
iurat. c. 33. nu. 2. vbi inquit hanc esse communẽ,
& veram resolutionem, vt tale pactum minimè
firmetur iuramento, tametsi seruari debeat ipsum
iuramentum. Hancq; esse communem opinionẽ
testatur Surd. d. deciſ. 248. num. 21. Ego existima-
uerim veriorem esse priorem sententiam. Nam ra
tio cur non valeat renuntiatio huius prohibitio-
nis, est, vt dictum est, quia renuntiatio præsumi-
tur emanata eadem fragilitate, seu facilitate, qua
fuit appositum ipsum pactum legis commissoriæ:
sed quia iuramentum tollit præsumptam fragili-
tatem, vt dixi supra renunt. 13. ideò iuramento
confirmatur pactum. Nam, & aliàs semper iura-
mentum habet vim deliberati, & secundi consen-
sus. glo. in c. cum contingat. in ver. seruare debet.
de iureiur. & ibi Abb. & Imola.

Neq; dicendum est dispositionem d. l. fin. prin-
cipaliter inductam fuisse odio creditorum, vt per
Bart. in l. Sæius. num. 4. ff. ad l. Falcid. & in d. l. si
quis pro eo. quia imò inducta fuit non simplici-
ter in odium creditorum, sed etiam fauore debi-
torum, & sic priuatum, vt per Bero. in rub. extra
de præscriptio. num. 77. ver. non obstat. ne scili-
cet egentes pecunia ob earum fragilitatem faci-
lè incidant in captionem huius pacti in constitu-
tione pignoris. Cùm igitur beneficium d. l. fin.
inductum sit fauore priuato debitorum, scilicet,
vt eorum fragilitati succurratur: dicendum est
iuramentum tollere beneficium legis, cum iura-
mentum tollat auxilium inductum ratione fragi
7 litatis, vt dixi d. renunt. 13. Hinc ratione fauoris
renuntiari potest cum iuramento beneficio d. l.
fin. vt per Bero. in d. rub. num. 77. Nam & vide-
mus minori succurri, ne facilè ob eius fragilita-
tem capiatur, & tamen iuramentum tollit hoc
beneficium, authen. sacramenta. C. si aduer.
vend. Præterea huiuſmodi prohibitio
non habet perpetuam causam,
siquidem in quibusdam ca-
sibus huiusmodi pa-
ctum permitti-
tur, vnde
di-
citur tale pactum iuramento firma-
ti. Seraphin. d. priuileg. 131.
num. 3.

CXIII. RENVNTIATIO, Solemnitatis subhastationis.

S V M M AE.

1 *Subhastationis solemnitati renuntiari, an possit.*
2 *Subhastatio requisita fauore debitoris in venditione bonorum, quæ fit pro executione sententię.*
3 *Pactum quod si intra certum tempus creditori non satisfiat, is possideat in solutum rem pignori datam, iusto tamen pretio æstimandam.*
4 *Pactum, vt si debitor ad diem non soluerit, sit empta vna de rebus ipsius debitoris obligatis in generali obligatione, quã velit creditor emere, vel quã eliget.*
5 *Pacta omnia sunt licita in venditione pignorum, quæ expressim non reperiuntur prohibita.*

SOlemnitas subhastationis, non est
leuis solẽnitas, vt est glo. in auth.
de fideiuss. post princ. in verb. sumat, & trad. Bald. in l. ordo. col.
1. C. de execu. rei judic. Rebuff.
tract. de præconijs. artic. 7. glo.
vnica n. 23. Iodoc. Damhouder. tract. de sobhasta
1 tio, c. 1. n. 19. & proinde videtur dicẽdũ, q remitti
nõ possit, cũ solẽnitatib. à iure inductis renũciari
non possit. vt per doct. in l. nemo potest. ff. de leg.
1. & dixi renũt. 22. & qui renũtiari nõ possit, tenet Bart. in l. 1. ver. pręterea C de fide instr. lib. 10.
vbi inquit solẽnitati subhastationis requisitæ fauore debitoris fisci, cuius bona alienãtur, nõ posse
officiales. qui vendunt, neq; emptorem renuntiare. Quia secundũ eum non statur etiã eorũ cõfessioni, quoniã hac ratione aperiretur via renũtiationi, vt p eũ vnde etiã inquit Bald. in l. fi. col. 1.
ver. siue in tẽpore. C. de iur. dom. impetr. nõ valere
conuẽtionẽ, q sine vlla subhastatione possit pign⁹
distrahi. & trad. Rebuff. tract. de præconijs. in pręfat. n. 18., q solemnitas in auctionib. remitti non
põt, cùm sit iuris publici, ac inducta fauore publico. Sed hęc intellige procedere in officialibus, qui
publicè vendunt, vel in emptore, qui non põt renuntiare huic solẽnitati in præiudiciũ eius, cuius
bona distrahũtur, vel fisci, ac loquitur. Bart. d. l. 1.
2 Verũ vbi solẽnitas subhastationis requiritur fauore debitoris in executione sentẽtiæ, hoc est in
bonorũ vẽditione, quæ fit pro executione sẽtẽtię.
l. ordo. ibi, & allegaueris res soli, quæ pignori datæ sũt, diu subhastatas. C. de execu. rei iudic. l. 1. l.
si tẽpora. C. de fide instru. lib. 10. Damhouder. de
sobhast. cap. 3. in prin. tũc poterit debitor promittere, & renũtiare, vt in executione sentẽtiæ omitti possit solemnitas subhastationis, & bona ipsius
debitoris vendi possint pro satisfactione crediti,
etiã absq. solẽnitate subhastationis, vt per Coler.
de processi. execut. par. 1. cap. 10. n. 173. cum seq.
3 Vnde valet hæc renuntiatio, si intra certũ tempus
creditori non satisfiat, vt is possideat in solutũ rẽ
pignoratã, iusto tamẽ pretio æstimãdã. l. si fũdus,
§. fin. ff. de pignori. Nã per hanc conuẽtionẽ renũtiatur solẽnitati subhastationis, euitaturq. eius
circuitus Qua cõuẽtione stãte poterit omissa sobhastatione valor rei per iudicẽ, vel per arbitros
ab eo datos determinari. Bart. l. 2. q. vlt. C. de rescind. vend. Neguf. de pignori par. 4. princ. n. 11.
Et de hoc pacto habetur per Menoch. adip. poss.
remed. 5. n. 44. Imò valet conuentio, quod si non
satisfiat creditori intra certum tẽpus, res pignori
data sit ẽpta, quia intelligitur iusto pretio. Bart
4 d. §. fi Menoch. d. n. 44 Quibus adde valere cõuentionẽ in obligatione generali omniũ bonorũ, v
si debitor ad diẽ nõ soluerit, sit ẽpta vna de rebus
ipsius debitoris, quam velit creditur emere, vel
quã eliget creditor, vt per Bart. d. § fin. in fi. Quoniã, secundũ eũ, non cõfertur substãtia cõtractus,
sed electio rei, quod fieri potest. Et hoc pactũ multum frequẽtatur in Bononia Salice. d. §. fi. in prin.
Valet ergo pactũ, quod pign⁹ vẽdatur sine subhastatione. addit. ad Bart. in l. si cõuenerit. ff. de pignor. act. in ver. si cõuenerit. Et generaliter in venditione pignorũ omnia pacta sũt licita, q̃ expressim nõ reperiũtur prohibita. l. fi. ibi, sãcim⁹ itaq.
C. de iure domin. impetr. Et solẽnitati priuato fauore inductæ renũtiari põt, vt renũt. 22. dictũ est.

CXIV. RENVNTIATIO. Iuris expellendi, siue Caducitatis.

S V M M AE.

1 *Ius expellendi tollitur contraria domini voluntate.*
2 *Caducitas non committitur nisi præcessent declaratio voluntatis domini.*
3 *Pactum quod non liceat domino expellere.*
4 *Pactum de non expellendo, non est contra substantiam contractus sed contra naturalia.*
5 *Pactũ de nõ expellẽdo valet etiã in ẽphiteusi ecclesię*
6 *Pactũ, vt ẽphyteuta nõ possit expelli ꝓpter rei deteriorationẽ vel ob alienationẽ irrequisito domino factã*
7 *Pactũ de non expellendo etiam ob superuenientem necessitatem habitandi.*
8 *Beneficio l. ade. C. loca renuntiare poterit locator.*
9 *Promissio de nõ expellendo restringitur secundum subiectam materiam.*
10 *Pactum de non expellendo inquilinum.*
11 *Caducitas quando remissa censeatur.*
12 *Caducitatis pœna a lege imposita, an remissa censeatur per adiectionem pœnæ conuentionalis.*
13 *Dominus recipiens solutionem, an censeatur remittere caducitatem, seu ius expellendi.*
14 *Caducitas remissa cẽsetur si dominus recipit canonẽ*
15 *Domin⁹ recipiẽdo pẽsionẽ facit actũ cõtrariũ iuri su*
16 *Dñs recipiẽs pẽsionẽ ꝓ futuro tẽpe, adhita ꝓtestation*
17 *Dominus recipiens pensionem pro tempore pręterito, an censeatur remittere caducitatem.*
18 *Receptio pro tempore pręterito differt à receptione pensionum futurarum.*
19 *Protestatio quando iuuet recipiẽtẽ cũ ꝓtestatione*
20 *Dominus per petitionẽ pensionis, an sibi præiudicet*
21 *Dominus qui cùm sciret emphyteutam cecidisse in pœnam caducitatis, recipit ab eo pensionem.*
22 *Prælatus si recipit pensionem.*
23 *Iuramentũ appositum in instrumẽto emphyteutico, quid operetur.*
24 *Dominus patiens emphyteutam morari in fundo emphiteutico post terminum, eum non expellendo.*
25 *Dominus, qui decessit non declarata caducitate.*
26 *Dominus incipiens ab expulsione, postea pensionẽ petendo, an censeatur remittere ius caducitatis*

n.

IN emphyteusi, feudo, & locatione, & si nulla pacta interponantur, tamen in eis semper insũt pacta fauorem domini respiciẽ
1 tia, nimirum, vt certis casibus ipsi domino cõpetat ius expellendi, atq; vt emphyteuta, uasfallus, vel conductor à iure suo cadat. Hæc pacta cum sint naturalia tolli possunt voluntate ipsius domini, ad cuius pertinent fauorem. Etenim facultas, quam habet dominus expellendi, inducta est ipsius fauore, locumq; habet tantum ipso volente. Bart. in l. 2. per text. ibi volenti, & rursus, ibi, si dominus voluerit. C. de iur. emphyt. vbi Angel. & Ias. sequitur Bald. Ang. & Salic. in authent. qui rem. col. fin. C. de sacros. eccles. Imol. in c. potuit. de locat. Alex. cõs. 172. viso temate, in fin. lib. 2. cons. 113. n. 3. lib. 4. Dec. cõs. 146 pro tenui. col. 3. cons. 206. n. 8. cons. 185. n. 11. Rimin. Sen. cons. 257. in fin. Clar. in §. emphyteusis. q. 9. & hanc esse communẽ sententiã tradit Socin. Iun. cõs. 111. num. 5. lib. 2. Viui decis. 74. in prin. lib. 1. Roland. cons. 81. n. 6. cons. 22. n. 43. lib. 3. Quinimo vbi apparet, quod dominus semel voluit, vt quis nõ priuetur suo iure, tunc non potest amplius recedere ab ea voluntate. Alex. cõs. 113. n. 3. lib. 4. Itaq;
2 nunquam caducitas comittitur, nisi prius præcesserit declaratio voluntatis, ab ipso domino facta, quod sit eius voluntatis sit, vt emphyteuta cadat. Bart. in d. l. 2. n. 2. vbi Ias. n. 10. & 12. Clar. in §. emphyteusis d. q. 9. & cæteri communiter, vt tradit Bursat. cons. 253. n. 13. vbi plures refert Decian. cons. 4. n. 11. lib. 4. vbi extendit id procedere, etiã si adesset pactum, quod caderet ipso iure, vel ipso facto: imo si rescripto cautũ sit, vt ipso iure ẽphyteuta cadat, tamen id intelligi debet, si dominus velit. Ruin. cons. 159. col. 4. lib. primo. sequitur Crauet. cõs. 390. n. 16. Quare dominus poterit vassallo, emphyteutæ, vel cõductori remittere, ne is priuetur suo iure, vt notant omnes in d. l. 2. & in c. potuit. de locato. Decianus. cons. 4. n. 18. lib 4.
3 Valet quippè pactũ, vt nõ liceat dño expellere emphyteutã nõ soluẽtem canonẽ, vt expressè voluit glos. in d. l. 2. in verb. repellere C. de iure ẽphyteu. & ibi Bart. per. l. si quis in cõscribẽdo. C. de pactis. Nã ẽphyteuta cessans à solutione, ita demũ cadit à iure suo, si dñs voluerit. Benintend. decis. 37. n. 35. & sic nõ ipso iure, Mysing. cent. 3. obseruat. 65. Nã & valet pactũ inter locatorẽ, & cõductorẽ, ne cõductor intra tẽpus locationis de fundo inuitus expellatur. text. est in l. quæro. § inter locatorẽ. ff. locati. Et in vniuersũ valet pactum, vt quis cadat, vel nõ cadat à iurib. inuestituræ, seu expellatur, vel nõ expellatur, vt p Bursat. cõs. 253. n. 6. & ope pactũ in cõtractu ẽphyteusis appositũ, siue de nõ expellẽdo, vel etiã de expellẽdo ẽphyteutã, valere debet. glos. in authẽt. q rẽ. C. de sacros. eccles. Ias. in d. l. 2. notabi. 1. & n. 120. Socin. cõs. 167. n. 13. lib. 2. & cõs. 118. lib 4. Cũ etenim fauore domini inductũ sit, vt possit expellere, d. l. 2. certè ei fauori, & beneficio renũtiare poterit d. l. si quis in cõscri
4 bẽdo. Præterea cũ id pactũ de nõ expellẽdo minimè sit cõtra substãtiã cõtractus, sed cõtra naturalia, pacto tolli poterit. Bart. d. l. 2. n. 7. Quare renũtiãs iuri expellẽdi, nõ tollit formã, aut substãtiã cõtractus, sed renũtiat solũ beneficiu ipsius cõtractus, Angel. d. l. 2. n. 7. & ibi Salic. ver. sexto quæro Felin. in c. si diligẽti. n. 33. ver. itẽ hãc fallẽtiã. de foro cõpet. Ias. d. l. 2. n. 120. Nã caducitas, nõ dicitur esse pœna, sed natura cõtractus. Bald. in. l. placet. & in. l. nemo martires. C. de sacro. eccles. Corbulus. de causis ex quib ẽphyteuta iure suo priuatur caus. 13. tit. de caus. priuat. ob rei deteriorat. n. 6. inductaq; est fauore ipsius domini tñ. glos. in d. l. 2. Alex. cõs. 132. col. 1. lib. 4. Præterea si caducitas est pœna, ea certè nõ applicatur creditore inuito. Ias. d. l. 2. n. 7. et glo. in d. l. 2. quæ inquit, q valeat pactũ de nõ expellẽdo, sequitur ibi Angel. n. 7. vbi inqt, dictã glosã esse verã, & cõmuniter approbatã, idẽq; tradit Alex. d. cõs. 132. col. 1. & eã omnes doctores approbãt, vt per Corbulũ. d. tractatu. titul. de caus. priuat. ob non solut. can. limit. 1. & quod valeat id pactũ, voluit Decian. cõs. 19. n. 8. lib. 4. sic quoq; valet pactu de nõ expellẽdo, ob solutionem nõ factã. glos. in d. l. 2. vbi DD. & Ias. n. 118. vbi inqt dictã glosã esse cõmuniter approbatã nemine discrepãte. Hinc pactũ simplex, q emphyteuta nõ cadat, intelligitur, si soluat canonẽ secus in pacto, quod non cadat, etiam si non soluat. Abb. cons. 72. circa medium lib. 1.

Et sicut pacto remitti põt caducitas, vt iã dictũ est, ita & ex cõsuetudine, Abb. d. cõs. 72. n. 2. & q̃madmodũ valet pactum quod nõ incurratur caducitas, ita etiam valebit, quod citius incurratur. Castr. cons. 68. in casu. lib. 2.

5 Et quãuis glos. in d. l. 2. loquatur in ẽphyteuta priuati, tñ idẽ dicẽdũ erit in ẽphyteuta ecclesiæ. Bart. in l. fũdi. C. de fũdis patrimonialib. lib. 11. Hinc etiã in ẽphyteuti ecclesiæ valet pactum de non expellendo. Corbul. d. tit. de causa priuatio. ob non solut. canon. limit. 1.

6 Ex quib. inferri põt, valere pactũ, vt ẽphyteuta non possit expelli, propter rei deteriorationẽ. Specul. tit. de locat. §. nũc aliqua. q. 89. n. 11. Ias. d. l. 2. n. 119. Corbul. d. caus. 13. in fi. Similiter valet pactũ, vt ẽphyteuta nõ possit expelli ob alienationẽ irrequisito dño factã. Specul. tit. de locat. d. quæst. 89. Ias. dicta l. 2. numi. 118. Corbul. dicto tract. tit. de causa priuatio. ob alienat. limit. 44. Vnde & ex pacto licet ẽphyteutæ alienare, etiam dño nõ requisito, vt voluit Hieronim. Torniellus, patricius Nouariensis subtilissimus iuris interpres in rub. ff. de verb. obligat. quẽ refferẽdo, & sequẽdo. Clarus i. § ẽphyteusis. q 13. vars. sed pone. meritò eum præstãtissimũ legũ interpretẽ vocat.

7 Et licet ex dispositione. l. æde. C. locati. dñs expellere possit cõductorẽ ex cã necessitatis habitãdi superueniẽte; tñ vbi est pactũ de nõ expellẽdo, tũc expellere nõ poterit ex vi pacti, etiã ob superueniẽtẽ necessitatẽ, ita pulcre Angel. in d. l. æde. q̃ Angeli decisionẽ notabilẽ inquit Dec. in l. ñ. in prin. n. 7. ff. si cert. petat. sequitur Iason. in. l. diuortio. n. 38. ff. solut. matrim. Aret. consil. 70. videtur primò. n. 30. vers. nec obstat. Dec. cõs. 492. n. 3. cõs. 473. n. 4. cõs. 667. n. 8. cõs. 356. col. fin. Grat. cons. 539. n. 20. lib. 2. cõs. p. n. 36. lib. 1. Natt. cõs. 481. n. 14 cũ sequẽti. & n. 19. Cephal. cons. 264. n. 14. Corne. cons. 103. col. fi. lib. 2. Ptol. Nouarien. cons. 17.

nu. 10. Gabriel. in commun. opinionib tit. de locat. conclus. 3. nu. 3. Bursat. cons. 422. Rimin. Sen. cons. 613. nu. 3. Rimin. Iun. cons. 355. in fin. Valas. de iure emphyt. quæst 22. n. 8. Surd. cons. 34. nu. 24. Et hæc opinio est communis, & verior, vt per Surd consil. 103. num. 4.

8 Et ideo dispositioni. d. l. æde. renuntiare poterit locator: siquidem & respicit fauorem solũ ipsius locatoris. Corne. cons. 103. col. fin. vers. sed quid est opus. lib. 2.

Qua ratione quotidie videmus in instrumenmentis apponi pacta inter locatorem, & conductorem, de nõ expellendo intra locationis tẽpus, vt tradit Angel. in d. l. æde. vbi in fine monet, vt cautus sit conductor, quod apponi curet dictum pactũ, sed multò magis operabitur pactũ de non expellendo etiã ex causa necessitatis, & indigentiæ. Corn. cõs. 103. n. 10. vers sed quid est opus. lib. 2. Et de ea clausula in instrumento emphyteusis, nempè quod concedens in emphyteusim nõ possit protestari, nec causari aliqua caducitas, contra emphyteutam, nec eius heredes, nõ obstantib aliquib. legib. &c. quibus dictæ partes renuntiaoerũt &c. habetur per Cephal. cons. 347. vbi respõdit per hanc clausulã remissã fuisse caducitatem, non solũ ex causa solutionis nõ factę, sed etiã ex causa alienationis factæ irrequisito domino, vt per eũ. Aliud dicendũ est, vbi conuẽtum fuit molestiam non inferre, vbi verba sunt generalia, quæ intelligi debent secundum naturam contractus, quę est, vt locator expellere possit, cum eget re locata Natt. cons. 25. col. 1.

9 Verùm promissio de non expellendo, nõ ita generaliter accipi debet, sed secundũ subiectam materiã restringitur, & ideo promissio facta de nõ expellendo conductorem de fundo intra tempus locationis, restringitur ad metã biẽnij, iuxta text. in l. quęro §. inter locatorem ff locati. & ibi Bart. & secundũ cõmunem intellectũ, vt per Dec. in authen. qui rẽ. num. 16. C. de sacros. ecclesijs. atq. id pactum intelligi debet, nisi conductor cessauerit pensionem soluere per biennium Bart. d. §. inter locatorẽ. Et hęc opinio est cõmunis, vt per Ias. d authen. qui rem. n. 12. Surd. cons. 103. n. 16. & ita accipitur id pactũ secundum communẽ intellectũ. Valasch. de iure emphyt. quæst. 21. nu. 5. Nã non soluens pensionem, aut malè versans in re, expelli poterit, nõ obstante pacto Angel. in l. æde C. locati. Crauet. cons. 95. n. 3. in fi. & pactum de non expellendo conductorem, durante locationis tempore, non habet locum, si non soluat pensionem, quoniam intelligitur dũmodo ex parte sua contractum impleat Alex. cons. 76. n. 7. lib. 5. Abb. cons. 61. videtur primo n. 3. lib. 2. Nam id pactũ de nõ expellendo, excludit tantũ eos casus, in quib. conductor contractum violat. Valasch. d. tract. quæst. 21. nu. 8. Verisimile quippè non videtur, vt dominus qui promisit non expellere cõductorẽ, voluerit sibi præiudicare, etiã vbi conductor non soluit pensionẽ, aut rem demolitur, vt dicitur in d §. inter locatorem, in illis verbis, tamẽ verisimile esse. In generali itaq; renũtiatione de non expellendo, nõ continetur specialis renũtiatio de non expellendo, etiã ob non solutã pensionẽ, vel ob rei deteriorationẽ. d. §. inter locatorẽ. Ratio autẽ esse põt, nam verisimile quidẽ nõ est, vt qui per verba generalia velit sibi graue præiudicium adferre, Bart. in l. filius famil. col. penult. & vltima. ff. de donat. & in repet l. primæ. n. 9. ff. de offic. procurat. Cæsar. Dec. cons. 205. cons. 236 col. 2. Corn. con. 27. lib 4. Berous cõl. 125. & dixi. lib 4. cap. 2. Sed quoniã non soluere pensionẽ, vel male in re versari, est grauis præiudicij, ideo merito nõ includitur in generali renuntiatione. Verùm, vt aliquid operetur renuntiatio, nõ poterit expelli conductor, nisi soluere cessauerit per biẽnium, cũ aliàs absq; pacto, possit statim expelli. Bart. d §. inter locatorem in fi sequitur Ias. d. l. 2. n. 37. Valas. d. q. 21. n. 5. Vnde in d. §. inter locatorẽ, verisimile est, ita conuenisse de non expellẽdo, si pensionib. paruerit, atq; vt oportet coluerit, sunt hęc sanè grauis præiudicij, proindeq; generali renuntiatione non continẽtur, atq; ita intelligi debet text. in d. §. inter locatorem. Sed quoniam, vt quis expellatur ob deteriorationẽ rei, deterioratio debet esse notabilis Bald. in authent. qui rẽ. C. de sacrosant. eccles. Redoan. de reb ecclesiæ nõ alienand. in rub de caducit. ob rei deteriorationẽ. & plures refer Bursat. consil. 91. n. 3. lib. 1. Ideo, qui promisit generaliter nõ expellere, poterit ob deteriorationẽ expellere, cu non censeatur caducitatẽ remisisse ob notabilẽ deteriorationẽ. Ad ea autem, quæ grauis non sunt præiudicij, rectè extendi poterit pactũ. Hinc promittens generaliter non expellere, non poterit expellere etiã pro vsu proprio, vt per Angel. in d. l. æde.

10 Verùm secundum aliquos, circa hoc pactũ de nõ expellendo inquilinum, considerandi sunt duo casus. Primus est, cum conuentum fuit de non expellendo, etiam imminente necessitate, aut indigentia habitandi, & hoc casu seruari debet pactum. Corne. cons. 103 nu. 17. vers. quanto fortius lib. 2 Alter casus est, vbi simpliciter apponitur pactũ, de non expellendo, inquilinu, & hoc casu, ut verba aliquid operentur, inquilinum expelli nõ posse, etiam ob domini necessitatem plures existimauerut, quos refert Trẽtacinq lib 3. tit. de locat. & cõduct. resolutio. 4 n. 6 vers. Prima est. Alij voluerunt inquilinum expelli posse, non obstante d. pacto Couar. variarum resolut. lib. 2. cap. 15. n. 4. uers. ex quo mihi dubia, vbi inquit sententiã Angeli in d. l. æde. nõ esse in praxi admittendã, & hanc sequitur alios referens. Trentacinq. d. n. 6. vers. secunda est, cum vers. sequenti. Mouentur hi primò, quod conductor non expellatur, tacitè inest ex natura contractus. l. si quis domum. & l. ex conducto. ff. locati. expressio autem eorũ, quæ tacitè insũt ex legis dispositione nihil operatur. l. 3. vbi DD. ff de legat. primo. Simplex ergo pactum de non expellendo, nihil operabitur, vltra tacitam subauditionem a lege intellectam: deinde verba pacti intelligi debent secundum naturã contractus l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati.

11 Remissa autem videtur caducitas, si dominus sciens non declarauerit viuente ipso cõtrauenìente Bursat. cons. 253. nu 11. 23. vers. Quinto

con-

confirmantur, vbi inquit hanc esse communem receptam, & verissimam hominum conclusionem. Socin. cons. 66. nu. 19. lib. 3. Ruin. cons. 35. num. 28. & cons. 195. num. 12. lib. 1. Menoch. cons. 155. num. 18. cum sequenti cons. 626. n. 3. & cons. 757. nu. 9. Bursat. d. cons. 253. num. 73.

Præterea vbi agitur de graui præiudicio eius, qui contrauenit, & cecidisse dicitur, nec non de leui præiudicio ipsius domini tunc ex longi temporis lapsu præsumitur remissa caducitas gloss. & Bart. in. l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. Decian. cons. 4. num. 23. lib. 4. vbi asserit hanc esse communem conclusionem. Cæterum vbi remissa fuit caducitas, tunc intelligitur item remissa pœna. Ias. d. l. 2. nu. 145. sequitur Corbulus. d. tract. tit. de causa priuatio. ob non solut. canon. ampliat. 9. num. 11.

12 Rursus quæritur, an per adiectionẽ pœnæ conuentionalis, censeatur remissa quoq; pœna caducitatis à lege imposita, & videtur, quod sic: quoniam per prouisionẽ hominis cessat prouisio legis. l. fin. C. de pact. conuent. & per appositionẽ pœnæ conuentionalis recessum videtur à pœna caducitatis. Castr. cons. 369. Viso. n. 3. vers. item secundo lib. 2. Anchar. cons. 420. num. 2. vers. item quod cadat; sed in contrarium facit gloss. in l. 2. in glossa magna. C. de iure emphy. vbi emphyteuta, qui promisit canonem soluere sub pœna, & cessauit in solutione expelli poterit, quamuis promissa sit pœna, quę gloss. est communiter approbata, vt per Alex. cons. 132. in causa. nu. 2. vers. circa secundum dubium. lib. 4. eãq; sequuntur omnes, vt per Iasonem in d. l. 2. n. 139. Sequitur Clar. in. §. emphyteusis. quęst. 8. vers. vlterius quæro: nam pœnę appositio inducta fauore domini, non debet in eius odium retorqueri. l. quod fauore. C. de legi. Neq. obstat, quod prouisio hominis facit cessare prouisionem legis; quia respondetur, vt per Alex. d. cons. 132.

Intellige tñ, vt nõ possit dñs vtrũq; facere s. petere pœnam conuentionalem, & agere ad poenã caducitatis, vt per glos. in d. l. 2. Clar. d. q. 8.

13 Sed & huc spectat ea controuersia, quę inter nostrates Doctores est, an & quando dominus recipiens pensionẽ, & solutionẽ censeatur remittere caducitatem. Hæc quæstio, vt inquit Iason in d. l. 2. num. 124. pulchra est, & quotidiana, ibiq; eam plenè examinat quinq; opiniones referens, atq; est disputatio, vt exorditur Menoch. præsumpt. 112. lib. 3. egregia quidem. sed ardua, & difficilis. Hæc dubitatio pendet ab ea inuestigatione, an & quando actus recipiendi, possit esse contrarius iuri expellendi, & caducitatis: siquidem vbi dominus, cui, cõpetit ius expellendi, recipiendo pensionem & solutionem, facit actum contrarium iuri suo, tunc haud dubiè remittere videtur pœnam caducitatis, vt per ea, quę dicta sunt lib. 5. cap. 6. maximè num. 8.

14 Constituenda est igitur regula, quod caducitas incursa, remissa censetur, si dominus recipit canonẽ. Bald. in c. 1. in prin. n. 5. ver. sed pone. quo tẽpo. mil. glo. in l. 2. in ver. repellere vbi Ias. & alij C. de iure emphyt. Burs. cons. 127. n. 90. lib. 2. Corbul. de iure emphyt. tit. de cau. priu. ob non solutum canonem. limit. 21. Namq. ex receptione pẽsionũ videtur dominus declarare se nolle emphyteutam à iure suo cadere, atq. ita iuri caducitatis renuntiare. l. commissoriæ C. de pact. inter empt. & vend. Bursat. cons. 143. n. 40. lib. 2. Atq. recipiẽdo pensionẽ iuri suo renuntiat. glo. in c. potuit. in ver. expelli. de loca. & conduc. per tex. in l. de lege. §. fi. cũ l. seq. ff. de leg. cõmisso. vbi recipiẽs, vel petẽs partẽ pretij, recedere vr̃ à lege cõmissoria.

Cuius rei ea videtur ratio. Nã cùm speciale sit in ecclesia, vt possit, & pensionẽ petere, & ẽphyteutam expellere. §. si verò. de alien. & emphyt. authen. qui rem C. de sacr. eccle. vbi ẽphyteuta ecclesię deteriorans, vel non soluens canonem per biẽniũ, potest expelli, atq. adhuc tenetur totius tẽporis pensionẽ soluere, regulare illud erit in alio priuato, vt possit alterum tantum eligere, scilicet, vel emphyteutam expellere, vel pensionẽ petere. Vnde glo. in d. c. potuit, in ver. expelli. ibi, respondeo in priuato, inquit, in priuato planũ est, quod recipiendo pensionem iuri suo renuntiauit. Dñs

15 igitur, qui post incursam caducitatem recipit pẽsiones, videtur à contrario remedio se excludere, atq. ea ratione remittere pœnam caducitatis, vt pulcrè per glo. in d. l. 2. in ver. repellere, ibi, itẽ si triennio elapso, quam sequuntur omnes Doct. vt per Ias. ibi sanè emphyteutam expellere, & pensionem recipere sunt contraria. Rip. in c. cum M. Ferrarien. num. 130. ver. sed tu considera. de constitu. & fac. glo. in d. l. de lege. §. fin. in ver. accepisset. Nam, vt tradit Butr. post Innoc. in c. accedentibus. num. 8. de priuileg. quando actus est incompatibilis iuri competenti, tunc per actũ contrarium renuntiatum censetur iuri.

Et hæc maximè procedũt, vbi recipitur pensio pro tẽpore post caducitatẽ decurso: quoniã incõpatibile videtur, vt recipiatur pẽsio, & saluũ sit ius cadocitatis, atq. ita, quod quis eodẽ tp̃e habeatur pro ẽphyteuta, & pro nõ ẽphyteuta. Clar. §. ẽphyteusis. q. 10. ver. videtur enim incõpatibile. Qua rõne id perpetuũ est & generale, vt dñs recipiẽdo pẽsionẽ pro futuro tẽpore, idest decurso post caducitatẽ, remittere videatur ius expellendi. l. 2. §. nõ malè ff. de excep. doli. l. q. in futurũ ff. de pact. Ias. d. l. 2. nu. 126. ver. tertio casu princ. vbi existimat hãc esse veritatem. Clar. d. q. 10. ver. secus autem si recipiat, vbi inquit ita communiter concludere Doctores. Bursat. cons. 254. nu. 11. lib. 3.

16 Quinimò si dñs recipiat pẽsionẽ ꝓ tẽpore futuro, hoc est decurso post causatã caducitatẽ, etiã adhibita protestatione ac reseruatione iuris expellẽdi, non proderit ei protestatio, & adhuc præsumitur remissio. quoniã hoc casu protestatio est contraria facto. Ferrar. in for. lib. quo agi ad fidei pręst. in ver. nec nõ. n. 1. Clar. d. q. 10. Franc. Marc. q. 613. n. 5. p. 1. Ruin. cõs. 110. n. 4. lib. 1. Menoch. cõs. 674. n. 14. Gig. de pẽsio. q. 73. nu. 7. vbi loquit ita cõmter cõcludere doct. aduersus Bart. in d. l. 2. Rimin. Sen. cõs. 94. n. 63. lib. 1. Mascard. de probatio. ver. caducitas. cõclu. 252. n. 10. Menoch. lib. 3. præsumpt. 112. n. 19. Trẽtarinq. varia. resolu. lib. 3. tit. de iure emphyt. resolu. 6. n. 3. ver. hæc conclusio procedit. Et licet Bart. in d. l. 2 cõtrariũ sẽtiat, tñ cõtra eũ tenent Card. Butri. & Imo. in d. c.

posuit.& alij mox relati, quoniã talis protestatio est contraria facto,& proinde non iuuat c.cum M. Ferr.de consti.& hæc est communis opinio, vt per Ruin.d.consl.110.num.4.vbi inquit, quod hæc incompatibilia sunt, scilz., recipere pensionem pro tempore decurso post finitam locationem, & locum habere pœnam caducitatis, quæ commissa dicitur per lapsum temporis ipsius locationis.

Quæ tñ intellige procedere, nisi emphyteuta cõsentiat protestationi a dño factæ: quoniã hoc casu protestatio iuuat. Imol. in d.c. potuit. Menoch. d.præsumpt.112.nu.19.ver.quartus est casus.Trentacinq.d.resolu.6.num.3.ver.hæc protestatio iuuat. Secus autẽ vbi emphyteuta expresse contradixit, vel tacuit siquidem ijs casibus remissa videtur caducitatis pœna, nõ obstãte protestatione, Menoch.d.præsumpt.112. num. 20. ver. quintus est casus, & num. 21. ver. sextus & vltimus, vbi inquit hanc esse receptam sententiam.

17 In casu autem cùm pensio recipitur pro tempore præterito, an censeatur remissum ius caducitatis, valdè dubium est,& duæ sunt opiniones. Nam nonnulli existimauerunt, minimè videri remissam caducitatis pœnam per receptionem pensionum præteritarum, Bart. in d. l. 2. num. 8. & ibi Salicc. sequitur Butri. in d.c.potuit. Mouentur hi ea ratione: nam caducitate commissa, potest dominus vtrumq. petere, scilicet, & caducitatem, & pensionem preteriti temporis. Cùm igitur recipit pensionem pro tempore præterito, non facit actũ contrarium iuri caducitatis, sed recipit id, quod debebatur simul cum ipso iure expellendi, atq. se cum eo iure compatitur: proinde ex eo actu recipiendi inferri non potest renunciatio Alba consl.340.num.10.lib.2. Aliasq: rationes pro hac sententia referũt Alba consl. 259. consl.545. Menoch.d.præsumpt.112.& Surd decis 317. quas videre omnibus promptum est. Alij verò voluerũt vt glo.in d. c.potuit.Ias.d.l.2.nu. 126 qđ dominus recipiendo simpliciter canonem pro tempore præterito, censeatur remittere pœnam caducitatis, Pet. Ferrar. in for. lib. quo agi. ad fict. presi. in ver. fictum, nũn.4.& in ver. nec non. num. 1. Clar.d.§.emphyteusis. q.x. Surd.decis.317.num. 14.Roland.consl.87.num.32.lib.1.Menoch. consl. 635.num.8.consl.355.nu.11.& d. præsumpt. 112. num.1. vbi inquit hanc esse receptam doct.sententiam. Gig.de pensio, c. 73. num.2. ver. erit ergo conclusio. Trentacinq.varia.resolu.lib.3.tit.de iure emphyt.resolu.6.ver.in secundo casu. Corbul. tit.de cau.priu.ob non solu.can.limit.21.ver. prima est. Et hæc opinio licet sit communiter recepta, tamen perquàm dubia videtur ex pluribus rationibus add ucteis per Albam, consl.340. num. 10. lib.2. vbi inquit hanc opinionem pati difficultatem. Menoch. d.præsumpt. 112.nu.11. vbi tradit iure defendi posse contrariam sententiam. Surd. d.decis.317. num. 18. cum seq. Et certè rationes allatæ pro contraria sententia, quas referre operæ pretium non est, satis vrgere videntur, tamen ab hac opinione, vti communi non est recedendum vt per Menoch.d.presumpt.112.& Surd. d. decis. 317. vbi inquit Senatum hanc sententiam sequutum fuisse, & Trentacinq.d.resolu.6. nu.4. ver. secunda est opinio, inquit Bart. qui tenet contrariam sententiam communiter reprobari. Et licet contraria opin. in puncto iuris verior videatur: tamẽ hęc posterior est magis communis, atq. ab ea in iudicando non est recedendum, vt inquit Alba consl.259.in prin. lib. 2.

Huius opinionis fundamentum præcipuum est in l.de lege.§.fin.& in l.post diem ff. de lege cõmisso. Præterea videtur hoc casu mora purgari per solutionem emphyteutę.l.2. ff si quis cautio. Ad pręcipuum fundamentum, qđ fit pro opinione contraria: nempè, quod dominus posit vtrumq. petere, scilz. & pensiones pro tempore præterito, & ius caducitatis: responderi potest imo iniquum videre, quæ emphyteuta amittat vtile dominium cum meliorationibus, ac prætetea cogatur etiam soluere pensiones pro tempore pręterito, vt per Ias.d.l.2. Imol.in d. c. potuit. num. 38. Ex quibus constat solutionem huius dubitationis, scilz. an dominus recipiens simpliciter pro tempore præterito, remittere censeatur, ex eo pendere, an dominus possit expellere emphyteutam, & prætcrea eum cogere ad solutionem pro tempore pręterito.

Hinc pensionarius recipiens simpliciter, & absq. protestatione, præteritas pensiones, renunciare dicitur, ac sibi preiudicat, quo ad regressum sibi competentem ad beneficium ob pensionem non solutam. Gig. de pensio.q.73.

Ex quibus satis cõstat per receptionẽ pensionũ pręteritarũ factã simpliciter, æque induci remissionẽ iuris expellẽdi, ac per recept.ẽ pro, tẽpore, futuro, ex recepta doct. sententia, vt mox dictũ
18 est. Verùm hoc discrimine differt receptio pro tempore præterito, à receptione pensionum futurarum, quod protestatio reseruat ius expellendi atq. prodest domino recipienti pro tempore præterito, cùm altero casu inducatur remissio, nõ obstante protestatione. Nam magis communiter tenent doct. quod dominus per receptionem pensionum pro futuro tempore, etiã adhibita protestatione remittere censeatur: per receptionem autem pro tempore præterito solum sibi pręiudicat, recipiendo pro tẽpore præterito simpliciter, & absq. protestatione Rimin. Sen. consl. 94. num. 63. lib.1.

19 Protestatio igitur prodest, & reseruat ius expellendi domino recipienti pro tempore præterito. Ias.l.2.num.126. C. de iure emphyt. Clar. d.§.emphyteusis. q.10. Menoch.d.presumpt.112 num.18. vbi inquit, hanc esse receptam ferè omnium sententiam. Trentacinq. d. resolu. 6. num. 2. ver. in primo casu. Mascard.d.conclu. 252. nu. 9. Corbul.tit.de cau. priu.ob non solu.canon. limit.21.ver.vel nisi dominus. Nam dominus protestando ius expellendi, quod alioquin per receptionem pensionum remissum videtur, sibi reseruat, l.si debitor.§.1.ff.quib.mod.pign.

Verùm cùm emphyteuta protestationi factæ à domino non cõsensit, sed expressè contradixit, tunc protestatio non operatur, neq. reseruat; sed ea non obstãte, remissum videtur ius caducitatis,

Menoch.

Menoch.d.pręsumpt. 112 num.18. ver. declaratur hic casus. Et non modo dominus recipiendo pensionem remittere videtur caducitatem, sed etiam ius petendi melioramenta facta in re emphyteutica. Corbul. d.limit.21.num.12.

20 Sed quod dictum est de domino recipiente pensionem, vt sibi praeiudicet per receptionem, idem obtinet in petente.l.ad solutionem ff.de re iud.l. commissoriae. & ibi Salice.in fi. C.de pact. inter em.pt.& vend.l. Aemilius. in prin.ff. de minori.Alberic. in l.2.col.4 in fi & ibi Ias.num.128 C.de iure emphyt.Surd.decis.317. vbi inquit approbatam fuisse à Senatu eã opinionem, qđ quibus casibus inducitur remissio per receptionem iisdem inducitur per petitionem Gig. de pensio. q.73.num.6.Corbul.d.limit.21. num. 9. & ad id optimè faciunt quae dixi lib.5.cap.6,num.9.

21 Pręterea prędicta procedũt in domino recipiẽte pensionem, qui sciebat emphyteutam incidisse in poenam caducitatis, secus si ignorabat, Specu.tit.de locato.§.nunc aliqua.ver 24. Alex.cõs. 113.num.2.lib.4.Ias.d.l.2.num.130.ver.prędicta omnia.Surd.decis.181.num. 7.Corbul. d. limit. 21.num.14.Costa tract.de facti scien.& ignor. centur.2.dist. 46. num.3. Bursat. cons.254. num. 38. lib 3.& cons.181.num.33.lib.2. Voluntas.n.non porrigitur ad ignorata. l. mater decedens ff. de. inoffic.test. dixi lib. 5. cap. 9.

22 Item intellige suprascripta procedere in priuato, non etiam in praelato. Nam praelatus, vbi ecclesia est collegiata, si recipiat pensionẽ absq. capituli consensu, non videtur remittere, cùm nec etiam possit, secus si ecclesia non sit collegiata gl. in d.c. potuit. in ver.expelli.ibi, sed quid dices de ecclesia. & ibi Imol. inquit ita cõiter tenere doct.Ias.d.l.2.n.130.Clar.in d.§.emphyteusisq x. ver.sed nunquid ea.Corbul.d. limit. 21. num. 5. Mascard. de prob. ver. caducitas. conclu. 252. num. 12. Trentacinq. d.resolu.6.num.5. cum seq. ver.in secunda conclusione.

23 Declara quoq. vt per receptionem pensionis non censeatur remissa poena caducitatis, vbi in instrumento emphyteutico adest iuramentum, quoniã eo casu per contrauentionem iuramenti poena caducitatis incurritur ipso iure l.si quis maior.C.de trãsact. ita declarat Mascard. d.conclu. 252.num.13.ver.secundo limita. Quod mihi tñ sanè, quam dubium videtur, quoniã iuramentum intelligitur secundũ naturã actus super quo interponitur.l.fin.C.de non num.pecu.

24 Remissio quoq. caducitatis pręsumitur ex eo, quod dñs patitur emphyteutam morari post terminum in fundo emphyteutico, cum non expellendo, arg.l.item quaeritur.§.qui impleto ff.loca. Fulgo.d.l.2.num. 11. Neq. obst. secundum eum ibi, d.§.qui impleto.in fi. dum inquit, procedere, quando locatio non erat in scriptis, & emphyteusis exigit scripturã: quoniã ibi loquitur, quãdo est necessaria renouatio, cùm hic non agatur de renouãdo contractu, sed de vetere non dissoluendo, in quo sufficit nuda voluntas, per Fulgos. dictum improbat Ias.d.l.2 num.128.ver.imo fortius, vbi inquit allegata per Fulgos. probare oppositum, atq. in contrarium facere tex. in d.c. potuit. Tamen secundum eum, ibi num. 129. si emphyteuta cessauerit soluere, & postea ei dñs dederit licentiam alienandi rem emphyteuticã, per hanc concessionem remissum videtur ius expellendi, atq. dando licentiam post cessationem videtur remittere ius caducitatis, quae ita demũ

25 l. cũ habẽt si dñs voluerit. Sed & quãdo dominus directus decessit nõ declarata caducitate, eo casu remissũ uidetur ipsum ius caducitatis, atq. ideò haeredes declarare non poterunt. Quod tamen proced. cùm dñus sciuit incursam caducitatem, atq. declarare potuit, Menoch.d. pręsumpt. 112. nu.28.ver.primus est. lib.3. vbi plures refert, atq. extẽdit procedere etiã in domino directo feudi.

26 Sed hic consueuit dubitari, an dñs qui prius incepit ab expulsione, postea pensionem petendo, censeatur remittere ius caducitatis. Et Bart. in l. 2. num. 8.ver.quaero quid si elapso.C. de iure emphyt. voluit p petitionẽ secutã minimè censeri remissam caducitatem, prout eum intelligit Cephal. cons.221. num.5. Verùm Menoch. cons.674 num.17.aliter intelligendo Bartoli doctrinam in d.l.2.improbat Cephali declarationẽ, & meo iudicio rectè. Nam Bart. in eo casu, quo dñs petijt post expulsionem, non declarat, an ipse dominus petendo censeatur remittere, sed solum inquit: aut quis primò expellit, & postea vult pensionem petere, & potest. authen. qui rem C.de sacr.eccle. vbi ita scribitur, hac lege repelli potest, vt tamen soluat totius temporis pensionẽ. Vndè ex verbis Bart. satis constat, ibi, eum non loqui de remissione caducitatis, Sed de petitione pensionis, cùm de remissione loquatur tantũ in sequenti casu.

CXV. RENVNTIATIO, Condictionis indebiti.

SVMMAE.

1 *Condictio indebiti quid sit.*
2 *Condictioni indebiti renuntiari, an possit.*
3 *Renuntiatio condictionis indebiti non valet.*
4 *Iuramentum non tollit condictionem indebiti.*
5 *Pactum iuratum de non mouendo controuersiã.*
6 *Renuntiatio condictionis indebiti, non tollit doli exceptionem.*
7 *Renuntiantis deliberata voluntas, quod omninò donare voluerit.*
8 *Renuntiatio condictionis indebiti facta ex interuallo.*

Condictio indebiti licet hodie recesserit ab aula, cum homines uix verè debita soluant, vt inquit Salice.in rub. ff.de condic.indebi.& refert Alex.cons. 83. in causa. in fi.lib.1.tamen quoniã ęquum est, vt quod alterius apud alterum sine causa deprehenditur, repeti possit, vt inquit tex. in l.haec condictio ff.de condict.indebi.ideo haec generalis ab Vlpiano traditur regula in l.1.ff.de cõdic.indebi.

si quis

1 si quis indebitum ignorans soluit, per hanc actionem condicere poterit. Est igitur indebiti condictio personalis actio, qua quis ex æquitate intendit indebitum reperere ab eo, cui ignorans soluit. § appellamus. Insti. de actio. l. dominus ff. de condict. indebi. Datur autem ad hanc condictionem personalis actio, non etiam rei vendicatio, quia per indebiti solutionem translatum fuit dominium. l. qui sibi ff. de solutio. l. 2. §. si quis seruũ. ff. de statutib. l. in omnibus. ff. de actio. nec vendicari potest, quod alienatum fuit, sed cõdici tantum poterit actione personali ab eo, cui per ignorantiam fuit solutum. d. §. appellamus. Insti. de actio §. 1. Insti. eo. §. item is cui. Insti de oblig. quæ ex quasi contr. nasc. Actus porrò agentium non debent operari vltra eorum intentionẽ l. non omnis. ff. si cer. pet. neq. præter naturam, & substantiam ipsius actus. l. vbi ita donatur. ff. de don. cau. mort. l. cum precario. ff. de precar. Soluentis autem intentio, naturaq. solutionis alia non est, quàm vt liberatio contingat. l. solutionis ff. de ver. signi. l. solutionis. ff. de solutі. & soluens non præsumitur velle iactare suum. l. cum de indebito ff. de proba. ideo tacitè intelligitur ita demum solutum si debeatur, nec liberatio ibi intelligi potest, vbi nulla præcessit obligatio. Siquidẽ priuatio præsupponit habitum. l. decẽ. ff. de verb. oblig. l. Iulianus. ff. de diuort. Et quoniam non entis nullæ sunt qualitates. l. eius qui in prouincia. ff. si cer. pet. meritò inducta est hęc actio ex naturali æquitate, per quam, quod alterius apud non dominum sine causa deprehenditur, repeti potest. d. l. hæc cõdictio. Et ne quis cum aliena iactura locupletetur. l. nam hoc natura. ff. de condic. indebi. Hęc autem condictio, ex proprio soluentis errore nascitur: at si dolo, & persuasione eius, cui solutum fuit, soluerit, de dolo actio competit, non autem condictio. l. si legatarius. ff. de dolo.

2 Sed quæritur, an condictioni indebiti renuntiari possit, ita vt qui indebitum soluit, repetere non possit, obstante renuntiatione. In qua re dicendum, ita demum renuntiari posse huic auxilio, si error in renuntiatione non intercessit. Nam hęc condictio, vt dixi, ex ęquitate procedit, ne slz. quis cum aliena iactura locupletetur, cui haud dubiè renuntiari potest, quoniam non est iactura, eo consentiente, qui iacturam volens, sciensq; patitur. Dec. in l. si me & Titium. ff. si cert. pet. Felin. c. si diligenti. col. 1. corol. 1. de foro compet. Soc. Iun. cons. 23. n. 14. lib. 2. Quod tñ intelligi oportet, vt procedat in personis, quæ donare possunt. Si quidem indebitum soluens, renuntiando huic condictioni, videtur in casum, quo de indebito constare possit, donare. l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. d. l. 1. ff. de condict. indebi. ibi, donatio est: quamuis potius sit irreuocabilis datio, quam donatio, vt pulcrè declarat Alber. in l. 1. col. 2. ff. de donatio. Vbi igitur constat de mẽte renuntiantis, vt casu quo apparere possit esse indebitum, & locus esse possit repetitioni, remittat ius illud, hoc sanè casu valebit renuntiatio, cùm dubitandum non sit, quin renuntiare possit, vt & donare. d. l. 1. ff. de condict. indebi. & d. l. cuius per errorem.

At dubium est cũm non constat de mente renuntiantis, vt slz. in casum, in quem possit repetere, remittat ius repetendi. Nam indebitum soluens simpliciter, renuntiando huic condictioni quo errore soluit, eodem renũtiasse censetur. arg. l. doli, §. diuersum. ff. de nouatio. In qua quæstione sunt, qui negant locum esse condictioni indebiti, cui soluens renuntiauit, quoniam potuit soluens condictioni eius fauore inductę renũtiare, vt refert Ias. in d. l. 1. col. 1. Burrigar. de renũt. iur. tit. de condict. indebi.

Contrarium voluit Gul. Cu. Iac. But. & Alber. in d. l. 1. Bart. Angel. Salyc. & Castren. in l. fi. §. idem quæsiuit, ff. de condic. indebi. & alij, quos refert Ias. in d. l. 1. & in §. fuerat. num. 77. Instit. de actio. Bar in l. si ex cautione. col. vlt. & ibi Bal. q. 2. C. de non numer pecun. Tiraq. in l. si vnquã in præfat. nu. 111. C. de reuoc. don. Dec. cons. 475. num. 29. Igne. in authen. sacramenta puberum. num. 52 C. si aduer. vend. Asin. de executio. §. 9. cap. 322. num. 4. Socin. Iun. cons. 20. num. 27. lib. 4. Menoch. recupe. possess. remed. 1, num. 293. Corne. cons. 258. num. 9 lib. 4. Barbat. cons 16. num. 20. lib. 2. cons. 71. num. 31. lib. 3. Rim. Sen. cons. 454. in fi.

Mouentur hi potissimum per tex. in d. §. idẽ quæsiuit. & arg. d. §. diuersum, vt per errorem censeatur renuntiatũ, & per alia, quę refert Ias. d. l. 1. Nam cùm soluẽs credat se verum debitorem, existimat quoq; sibi non competere indebiti condictionem. Quapropter quo errore soluit soluit, eodem met renũtiauit condictioni indebiti, aliàs nõ renũtiaturus verisimiliter cõdictioni, si sciuisset eã sibi competere, cùm nemo præsumatur velle donare, & iactare suum. l. cum de indebito. ff de probat. Pręterea fundamentum condictionis indebiti est ipse error, l. 1. ff. de cond. indebi. & quãuis soluens renuntiet condictioni indebiti, sine causa &c. tamen illa verba non tollunt errorem renuntiantis, cùm lubricũ linguæ haud facilè trahi debeat ad iuris sui priuationem. arg. l. famosi. ff. ad l. Iul. Maiesta. quod maximè procedit in generalibus, & cumulatis renuntiationibus. Corn. d. §. idem quæsijt. num 2. Non desunt tamen, qui primã opinionem amplectentes, intelligunt dictã Bart. & aliorũ procedere in minore, muliere, & cæteris, quorũ fragilitas obligationi impedimentũ præstat, & qui ob eorum fragilitatem pręsumuntur eo errore condictioni indebiti renuntiare, quo indebitam pecuniã soluerunt: secus autẽ in cęteris. Ias. d. l. 1. col. 2. in l. si quis cũaliter. col. 6. ff. de verb. obli. Tiraq. d. l. si. vnquã in pręf. n. 110.

3 Verùm Bartoli sententia est receptior. Ias. d. §. idem quęsijti & illam communem esse inquit Guter. de contracti. iur. cap. 27. eamq; magis cõmuniter approbari, testatur Socin. Iun. cons. 116. num. 20. lib. 2. & iterum cons. 20. num. 27. lib. 4. Cotta in memorali. vers. clausula generalis. Igne. in d. authen. sacramenta puberum. nu. 52. Corn. cons. 189. col. 2. ver. pro quo etiam facit. lib. 1. cons. 86. num. 8. lib. 3.

4 Extende modò supradicta procedere etiamsi renuntiatum fuerit cum iuramento, Guter. de cõ- tract.

tracti.iur.d.c.27.num.5.Ruin.cons.107.num. 10. lib.1.Corne.cons.285.num.6.lib.4.Namq.vis iuramenti non tollit defectum consensus.l.fin.C.de non nume.pecu. Proinde non tollit auxilia ratione erroris competentia: siquidem quo errore quis inducitur ad indebitè soluendum, eodem itẽ inducitur ad iurandum, argu d. l. doli. §. diuersum.& dixi lib.5.cap.4.num.50.cum seq.

5 Quod sanè procedit, etiamsi pactum iuratum adscriptum esset in solutione de non mouendo controuersiam, vt habetur in d.§.item quæsitum. Ruin.cons.71.num.6.lib.4.cons.134.num. 7.lib. 1.Afin.de execut.§.9.cap.203.in prin. vbi agit etiã de promissione de non veniendo contra. Sed hæc sententia non probatur in d.§.item quæsitũ. vt per Couarru.varia.resolu.lib.1.cap. 4. num. 4. quoniam iurisccon. ibi agit de renuntiatione generali, quæ non operatur.

6 Ampliatur præterea, vt renuntians opponere possit etiam doli exceptionem. Ias. in l. si quis cũ aliter.col.fin.ff.de verb.oblig. Bart. in d.l. fin.§. idem quęsijt, vbi renuntiatio condictionis indebiti non pręiudicat, quin renuncianti competat doli exceptio, quoniam idem error, qui est in principali promissione, est etiam in renuntiatione.

Sed & quòd dictum est renuntiationem non valere ob præsumptum errorem, maximè procedere in mulieribus, minoribus, rusticis, & ijs personis, quæ facilè per errorem renuntiare præsumuntur. Marsil.singul.18.quotidie. vel etiam in soluente procuratorio nomine. Menoch. lib. 3. præsumpt.31.num.10.

7 Limitatur modo dicta communis conclusio, vt non procedat, vbi apparet de deliberata voluntate renuntiantis, qui omnino donare voluerit, etiã vbi de indebito constaret, tametsi in solutionis actu debitum existimaret: quia hoc casu renuntiatio non dicitur per errorem facta, & ita procedit opinio contra Bart. & alios, qui citant d. §. idem quæsitũ, cuius dispositio procedit, quoties renunciatum fuit generaliter, Ias.d.l.1.col.1. Couarru.d.c.4.Quare si apponatur hæc clausula. Et si apparebit aliquo casu indebitum, ex nunc renuntiauit, & renuntia &c.valebit sanè renuntiatio, quia constat de expressa mente donare volentis. Albe.d.l.1.col.vlt.ff.de condict. indebi. & ibi Ias.col.2.Bald.in d.§.idem quæsiuit.col.1.ver. & per hoc puto, & in l.mater. C.de rei vẽdic. Alex. d.l.fin.§.1.Vt igitur renuntiatio valeat adijci debet ea clausula, quam cõmuniter apponunt Notarij, videlicet: sciẽs se non teneri, ad infrascripta.dedit, soluit, & promisit &c. Verùm si postea expressa fuerit aliqua causa obligationem demonstrans, tunc hæc verba, sciens se non teneri, restringuntur, nisi ex infrascripta causa, aliàs dicta verba repugnantiam continerent, & si ex ea causa nihil deberetur, locum haberet indebiti condictio, Bart. d. §. idem quæsijt. & ibi Ange. Vel etiam adijci poterit illa clausula, quod si vnquam apparuerit indebitum solutum, donauit ex nunc, prout ex tunc ipsi indebitũ recipienti quicquid posset cõsequi condictione indebiti, vel sine causa, vel ex causa cuiuscumq. erroris, vt per Ange. in d §.idem quæsijt, vbi inquit, id esse menti tenendum. & ibi Fulgos. & Corne. Cęterum vbi non apparet de animo donandi, si postea appareat indebitum, non obstat renuntiatio, neq. aliæ clausulæ, quæ apponuntur de more, & ex consuetudine Notariorum. Et quamuis Notarij ferè semper apponant hanc clausulam, & renuntiationem condictionis indebiti, tamen id agunt ignorantes eius vim. Menoch.cons.37.num.150. Hęc igitur renuntiatio, apponi non debet, nisi constiterit de expressa voluntate donandi. Et non procedit dicta communis opinio, cùm à principio apparet de scientia indebiti, & de coniectura, quod donare voluerit. Guter.de contracti. iur. cap. 27. Medic.de acceptila.q.9 num.12.

8 Limitatur quoq. dicta communis opinio, nisi ex interuallo facta sit renuntiatio Siquidem intercedente temporis interuallo, tollitur erroris præsumptio, & renuntiatio ex interuallo facta tollit ea auxilia, quę errori incurrunt, per ea, quę dicta sunt lib.4.cap.7.

Cùm igitur non constat, quod indebitum per errorem soluens, donare voluerit, error potius pręsumi debet, quàm donatio. Mantua singul. 226. Menoch de arbitr.iudic.casu 88.num. 3.potiusq.capi debet alia coniectura, quàm quod indebitũ soluens donare voluerit. Menoch. de præsumpt.lib.3 præsumpt.31.nu.11.Curt.Iun. cons. 56.num.5.

CXVI. RENVNTIATIO, Condictionis sine causa.

SVMMAE.

1. *Condictio sine causa, quando detur.*
2. *Condictio sine causa, quando soleat dari.*
3. *Renuntiari, an possit condictioni sine causa.*
4. *Condictionis sine causa renuntiatio apponi solet.*

PRomissio sine causa non valet. l. 2.§.circa ff.de doli mali except. c.si cautio. 2. respon. de fide instru. quoniam præsumitur promissorem errasse, vt per doct. in d.§.circa. & in d.c. si cautio. Cephal.cons 508.num.9.lib.1.Et ideo datur condi-

1 ctio sine causa, quæ generalis est, & latè patet. Nam datur ei, qui sine causa quid promiserit, vel vbi quis indebitum soluerit. Hoc tamen interest, quod indebitum soluens, potest repetere quãtitatem, non hac generali condictione, cui locus esse potest, quia sine causa solutum est, sed speciali condictioni indebiti; qui autem sine causa promisit certam quantitatem, quam nondum soluit cõdicere non potest, quasi indebitam, sed condictione sine causa, obligationem ipsam condicere potest, vt ab illa per acceptilationem liberetur. l. 1. ff.de condict. sine cau. Competit prętcrea, si quis promiserit, vel dederit ob causam, quæ sequuta non sit, d.l.1. Tamen vbi quid datũ est ob causã,

agi potest si speciali condictione causa data, causa non sequuta, de qua toto tit. ff. de condict. cau. data. Cùm autem promissum fuit tantum, ob causam, hac generali condictione agi rectè poterit. Demum huic condictioni locum esse dicimus, cũ quid ex causa ad aliquem peruenit, quæ pro nulla habetur, l. fin. ff. de condict. sine cau. vel ad nõ iustam causam redit, l. 2. ff. eo. l. 2. C. de condic. ex lege. aut iuris impedimento sequi non potest d. l. fi. l. si extraneus. ff. de condict. cau. data. Et quamuis hęc generalis condictio cęteras complectens, competat quoq; vbi alię speciales dantur (concurrit etenim cum indebiti condictione, cũ condictione causa data, causa non sequuta, & cũ condictione ob turpem, vel iniustam causam) ta-
a men ea dari solet, vbi nulla ex his specialibus cõpetit, vel quæ nam danda sit, dubitari potest, viz. cùm quid sine causa promittitur, vel cùm quid datum est ob causam veram, & iustã, quę postea ad non iustam, vel ad causam nullam redit. l. 1. vbi doct. ff. de condict. sine cau. Placentin. de act. person. tit. 9. Hęc sanè condictio ęquitate nititur, vt id reperatur, quod alterius apud alterum sine causa deprehenditur. l. hæc condictio, ff. de condict. indebi.

3 An renuntiari posit cõdictioni sine causa, modò videamus; & sanè dicendum est renuntiationẽ huius condictionis, ità demùm valere, si quis sciens nullam subesse causam renuntiauerit; hoc etenim casu valet renuntiatio, quoniam donare videtur, l. cuius per errorẽ, ff. de reg. iur. Cessatq; hoc casu dolus, cùm sciat sibi dolum inferri, l. cũ donationis, C. de transact. Nemo sanè fraudare videtur eos, qui sciunt, & consentiunt. l. qui aũt §. præterea. ff. quæ in fraud. cred. Quod si per errorem renuntians, putãt subesse causam, cùm non sit, vel ex post causa ad nõ iustam, vel nullam causam redeat; tunc quamuis creditor nõ sit in dolo cum promittitur, tamen satis in dolo est, cùm quid sine causa petit, illi q; obijci potest doli exceptio, l. 2. §. circa. ff. de doli mali excep. facit. l. 1. §. fin. ff. de posi. qui dolus futurus remitti non potest. l. si vnus. §. illud nulla, ff. de pact. Guter. de contract. iurat. cap. 57. tit. de renunt. condic.
4 indebi. & sine cau. Vnde in contractibus apponi solet hæc renuntiatio, videlicet, & renuntiauit cõdictioni indebiti, & sine causa, actioni in factum, & omni alij auxilio legum, vt per Bart. in l. 1. §. idem quęsitum. num. 1. ff. de condict. indeb.

Actio in factũ dicitur omnis actio incerta, proinde generis nomẽ est,
1 cujus duæ sunt species: nẽpe ciuilis in factũ, quę proprio vocabulo dicitur præscriptis verbis, & in factũ prætoria, q̃ propriè, & absolutè dicitur in factum. l. quia actionum ff. de præscript. verb. l. actionum. §. pen. ff. de act. & oblig. Hinc facilè intelligere possumus hoc verbũ, & generaliter accipi, & specialiter, vt dicitur de adoptione, cognatione, & sim. l. 1. l. 2. ff. de adoptio. l. non facilè. §. cognationis. l. iurisconsultus. §. 1. ff.
2 de gradi. Actio autem in factum, deficiente obligatione, & causa ciuili, aut verbis legis, ex æquitate datur d. l. quia actionum. l. quoties ff. de præscript. verb. Quapropter hæc actio ẽ extremũ iuris nostri prosequendi subsidium, vt & exceptio in factum. d. l. quoties, & ibi glo. & alia glo. in rub. ff. de præscrip. verb. Nã alijs ciuilibus extantib., hæc actio minimè datur. d. l. quoties. Quõ fit, vt deficiente actione de dolo, vt in l. non debet ff. de dolo. hanc actionem intentare quis poterit, si honestius velit cum aduersario confligere
3 Cepol. caut. 107. filius. Datur hæc actio à Prætore, cùm enim Prætor introduxisset plures actiones nominatas in casibus, in quibus ius ciuile deficiebat, cogitauit euenire posse casum aliquem, in quo actio nominata deficeret, & propterea introduxit hanc actionem, vt illa ex ęquitate detur in subsidium deficientis actionis. §. fin. & ibi not. Inst. de interdict. Vacõ. declarat. 26. n. 6. lib. 1. Et dicitur actio in factum, nimirùm, quia in factum, hoc est rem gestam concipitur: nam in ea concluditur per solam rei gestæ propositionem Ias. §. actionum. num. 116 Insti. de actio.

4 Huic actioni renuntiari consueuit, vt per Butrigar. de renunt. iur. de beneficio actio. in factũ. Bart. l. fin. §. item quæsitum, num. 1. ff. de cond. indebi. vbi inquit, quod hodie apponi solet in contractibus illa clausula, videlicet, & renuntiauit condictioni indebiti, & sine causa, actioni in factum, & omni alij auxilio legum, Menoch. cons. 401. num. 180. Ias. in § fuerat n. 77. Insti. de act.

5 Hęc igitur renuntiatio excludit etiam actionem pręscriptis verbis, quæ est actio in factum ciuilis ex contractibus incertis prodita: cum actio in factum, vt dixi, generis nomen sit, & in vniuersum tollat omnem actionem incertam, quę dari posit in subsidium deficientis actionis.

CXII. RENNTIATIO,

Actionis in factum.

SVMMAE.

1 *Actionis in factum species duæ.*
2 *Actio in factum quæ.*
3 *Actio in factum à Prætore datur.*
4 *Actioni in factum renuntiari consueuit.*
5 *Renuntians actioni in factum, censetur etiam renuntiare actioni præscriptis verbis.*

CXVIII. RENVNTIATIO,

Erroris Calculi.

SVMMÆ.

1 *Calculus, quid.*
2 *Error calculi.*
3 *Errori calculi renuntiari, an possit.*
4 *Renuntiatio erroris calculi ex interuallo facta.*
5 *Dolo extorta renuntiatio erroris Calculi.*
6 *Errori calculi, quando tacitè renuntietur.*

Ratio-

RAtionẽ, veteres, lapillis subducere
solebant, l. Sabinus. & ibi glo.
ff. de dolo. Sic & hodiè nõnulli, in
rationibus ineundis vti solent
nummulis nummularorijs. Nã
lapillus calculus etiam dicitur.
Cicer. de orat. lib. 1. Demosthe-
nes, inquit, coniectis in os calculis, summa voce
versus multos vno spiritu pronuntiabat: ideò cal-
culi etiam pro rationibus ipsis accipiuntur. l. si
spõsus. circa fin. ff. de donat. inter uir. & vxor. l. quę
priuilegium. in fi. ff. deposi. l. 1. §. 1. ff. quę sen-
ten. sine appella. rescind. l. furti. in fi. ff. de his, q
not. infam. & inquit, glos. in c. cum dilectus. de
fide instrum. calculus est ratio, numerus, senten-
tia, carbo. l. vnica, C. de erro. calcu. & l. calculi. ff.
de admin. re. ad ciu. pertin. & in hanc sententiam
Cice. in dial. de amicitia arguens eorum senten-
tiam, qui putant benefaciendum amicis, quantũ
ab ipsis acceperis beneficij, ita inquit: Altera sen
tentia est, quæ definit amicitiam paribus officijs,
ac voluntatibus. Hoc quidem est nimis exiguè,
& exiliter ad calculos vocare amicitiam, vt par
sit ratio datorum, & acceptorum. Qua ratione
etiam calculatores dicuntur ratiocinatores, sub-
ducendarum rationum periti. l. 4. C. de professo-
ri. & medic. lib. 10. Quamuis ergo calculi ratio
2 etiam sæpè supputata fuerit, tamen calculi error
argui etiam potest. d. l. vnica C. de erro. calcu. l. si
sponsus, §. si quis rogatus. ff. de dona. inter uir. &
uxor. etiã post approbatã rationẽ. doct. d. l. vnica.
& l. instar. C. de iure fisci. lib. 10. ad triginta vsque
annos. glo. & doct. d. l. instar. d. l. calculi. doct. d. l.
vnica. Bald. in l. aduersus. C. de negot. gest., &
est communis sententia, vt per Bart. Ange.
Pau. Ias. & Dec. d. l. vnica. Alex. cons. 137.
num. 7. lib. 6. Socin. cons 92. num. 8. lib. 4 Pa-
ris. cons. 89. num. 18. & num 34. cons. vlt. num. 26.
lib. 1. Roland. cons. 49. nu. 49. lib. 1. Ratio autem
est, quia errantis nulla est voluntas. l. nihil consen
sui ff. de reg. iur. l. si per errorem ff. de iur. om. iud.
Ne igitur ratio calculi semel, vel sępè supputata,
retractetur ratione erroris calculi, renuntiandum
est huic auxilio. ne fiat negotium ei, cuius ratio-
nes semel excussę dispu tatæque fuerunt. Sed pri
3 us est, vt dispiciamus num illi renuntiari possit.
Prima opinio est eorum, qui existimant inconti-
nenti renuntiari non posse: quoniam qui error in
calculis intercessit, is etiam in renuntiatione er-
roris calculi interuenire potest, arg. l. doli. ver. di
uersum ff. de nouatio. Ias. in d. l. vnica. in 2. notab.
& ibi Iacobin. à S. Georg. num. 5. Paris. d. cons. 89.
num. 39. ver. minus obstabit. Socin. cons. 159. nu.
24. lib. 2. Ruin. cons. 71. num. 4. lib. 4. Mascard. de
probatio. conclus. 253. num. 19. Rimin. Sen. cons.
140. num. 29. Altera est opinio, quod ex pacto
vltra calculationem adiecto. error allegari mini-
mè possit. Bart. l. 2. col. vlt. num. 10. C. de iure fisci
lib. 10. per tex. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. &
l. si quidem C. de transact. Socin. cons. 190. col. 3.
ver. ex quibus patet. lib. 2. cons. 92. num. 4. lib. 4.
Ruin. cons. 134. num. 1. lib. 1. Damhouder. in pu-
pill. patrocin. tit. de tut. & curat. tat. c. 3. num. 18.
Roland. cons. 49. num. 46 lib. 1. Butrigar. de rẽ
nuntiat. iur. Bero. q. 105. num. 2. vbi reprobat in-
tellectum d. l. vnicæ, quem ibi refert. Alex. nimi-
rum, vt illa lex intelligatur, quando litis fuisset su-
per errore calculi, & super eo iudicatum, aut trã-
sactum fuisset, sequendo intellectum Bar. in. l. 2.
C. de iure fisci lib. x. nempè vt d. l. vnica, intelliga-
tur, quando discussis rationibus, atque collata
ratione datorum, & acceptorum, super summa
transactum fuit, vel iudicatum, quem intellectũ
sequi cõmuniter doct. inquit Bero. d. q. 105 quã
nis plures tenuerint d. l. vnicam procedere, vl
super disputatione erroris calculi interuenit pa
ctum, vel transactio. Salicet. d. l. vnica. nu. 3. Cu
lun d. l. vnica. num. 8. vbi declarat ita proceder
doctrinam Bartoli. & idem inquit. Dec. cons
350. nu. 7. Cùm ergo ratione transactionis, ratio-
nes, erroris prętextu, retractari minimè possint
d. l. vnica. secundo respon. Io. de Anan. cons. 6. i
prin. Cephal cons. 562. num. 2. & cons. 654. num.
15. Decian. cons. 43. num. 10. lib. 4. quamuis etiã
pactum, vel transactio non interuenerit super ip
so errore calculi, iuxta intellectum Bart. quem
sequitur Bero. d. q. 105. idem dicendum erit de
pacto, & promissione de non contraueniendo ra
tione erroris calculi, siquidem pactum de non
contraueniendo, seu de non opponendo, impedi
allegari posse errorem. Menoch. cons. 22. num 17
His accedit, quod generaliter erroris exception
renuntiari potest, vt dicam: Imò satis est in gene-
re cogitatum fuisse cùm renuntiaretur, vt error
non possit allegari, si fortè aliquando interuene-
rit, licet in specie ignoretur. l. qui iure militari, ff.
de milita. testam. Verùm renuntiatio ita valebit,
si renuntians, hoc animo fuit, vt omnino vellet ẽr
deprehenso quocumq. errore, ipsum allegari mi-
nime posse. arg d. l. qui iure militari. Nam alio-
quin error, qui interuenit in calculo, interuenire
quoq; censetur in renuntiatione incontinẽti fa-
cta. d. l. doli.
4 Sed & maximè procedit renuntiatio, quo-
ties, ea apposita fuit ex interuallo, quoniam tunc
magis deliberatè id fieri videtur. Dec. d. l. vnica.
num. 3. ver. sed cũ interuallo. Thesaur. decis. 260.
num. 7. vel etiam maximè procẽdit stante iura-
mento. Thesaur. d. decis. in fine. Quinetiam vale-
bit renuntiatio, si dictum fuerit, vt intra certum
tempus tantum allegari possit error: quoniam
eo tempore elapso, error non poterit posteà alle-
gari, vt pulcrè per Thesaur. d. decis. 260.
5 Limita tamen prædicta non procedere, vbi do-
lus interuenit, quoniam tunc etiam dolo extorta
videbitur renuntiatio. Socin. cons. 190. num. 5.
lib. 2. Paris. d. cons. 89. num. 39. cum seq. Mascard.
de probat. concl. 253. num. 17. & num. 24. Nam
error in calculo, accedente bona fide, dicitur er-
ror, ea verò non accedẽte, dicitur dolus. Castren
in l quamuis. ff. de cond. & demon. Stante igitur
dolo in computatione, retractari poterit calculus
etiam accedente iuramento. glo. est not. in l. 3. §.
1. ff. de contr. iud. tute. Socin. d. cons. 92. cons. 159
col. 3. & cons. 190. col. 3. lib. 4. Dec. cons. 110.
col. fin. in fi. Roland. d cons. 49. num. 66. & inquit
Barbat.

Barbar. conf.71. num. 11. lib. 3. renuntiationem
erroris calculi, vt insolitum operari, vt ex ea ar-
guatur fraus.

6 Errori calculi autem renuntiatum censetur, si
post factum calculum incontinenti laceratæ fue-
runt listæ, vt aiunt, quę calculum continebant. Al
ba.cons.606. num. 1. Item renuntiatum videtur
errori calculi per negationem calculi facti, vt
per eum num.6.7.

CXIX. RENVNTIATIO Erroris, & Ignorantiæ allegationis.

SVMMÆ.

1 *Error & ignorantia promiscuè vsurpatur.*
2 *Error aliud est, & aliud ignorantia.*
3 *Errantibus, & ignorantibus æquè succurri.*
4 *Renuntiatio ne possit allegari error, seu ignorantia.*
5 *Erroris, seu ignorantiæ allegationi renuntiari posse.*
6 *Clausula sciens &c. & ex certa scientia.*
7 *Cogitatio de errore in genere sufficit.*
8 *Statutum, ne liceat ignorantiam allegare.*
9 *Error, seu ignorantia non potest allegari, stante renuntiatione.*
10 *Renuntiatio generalis, an operetur, vt non possit allegari error, seu ignorantia.*
11 *Errantis, seu ignorantis, quando nullus sit consensus.*
12 *Iuramentum, an tollat erroris allegationem.*

ERror, & ignorantia promiscuè
vsurpatur. Nam quod dicitur de
1 ignorantia iuris; aut facti, alibi di
citur de errore iuris, aut facti, & e
contra. l. error. l. regula. in prin. ff.
de iur. & fac. ignor. Imo in eodẽ
responso, quę prius ignorantia, paulò post error,
& qui error modò dicebatur, mox ignorantia vo
catur. l. 5. & d. l. regula. §. si quis ius ff. eo. Planè
nullus est error, nisi ex ignorantia rei, quando-
quidem error est falsa opinio ex ignorantia con-
2 tracta. Verùm aliud est ignorantia, aliud error
l. si me in vacuam. § 1 ff. de acq. pos. glo. in rub. ff.
de iur. & fac. ignor. Siquidem nullus error con-
currit cum veritate: ignorantia autem habet se
pariter ad verum, & ad falsum, & cum vtroq; per-
miscetur. Bald. l. falsus. num. 17. C. de furt. Error
enim veritati semper aduersatur: Ignorantia po-
test concurrere etiam cum veritate. Dec. cons.
350. visis allegationibus. in fi. & cons. seq. in fi. Bo
lan. de restitu. in integ c. 72. Namq; error est ap-
plicare animum ad falsum. Bald. l. quidam. nu.
16. ver. error autem est C. de iure delibe. & errare
dicitur, qui aliud pro alio putat. c. quamuis. c. se-
du'o. dist. 38. c. in quibus. 22. q. 2. Azo. in summa
titu. C. de iur. & fac. ignor. Specul. tit. de arbitr.
3 §. 8. ver. quid ergò. Et quoniam quisquis errat,
ignorat ipsum verum, ideò quemadmodum igno
rantibus succurritur, ita & errantibus. d. l. regula.
§. quod si ideo. l. qui testamento ff. de excusa.
tut. Nam ignorans non dicitur velle, neq
ad ignorata volũtas porrigitur l. mater decedẽs.
§. vlt. & ibi glo. & doct. ff. de inoffic. test. Atq; nul-
la est voluntas & consensus in eo, quod ignora
tur. l. tres fratres ff. de pact. l. non est ferendus ff.
de transact. l. 2. §. voluntatem ff. solu. matr. l. nec
ignorans C. de donat. Menoch. cons. 452. nu. 12.
Surd. cons. 150. num. 42. Hinc in errantem non
cadit voluntas non magis, quàm in ignorantem.
l. cum testamentum. C. de iur. & fac. ignor. l. si per
errorem. & ibi doct. ff. de iurisd. om. iud. l. sed
hoc ita ff. de aq. pluu. arc. Errantis autem
nulla est voluntas, quia voluntas non trahitur ad
ignorata, nam si quis sciret, quod in re est, non cõ-
sentiret l. 2. in prin. ff de iudic. d. l. si per errorem
l. non idcirco C. de iur. & fac. ignor. Vt igitur vo-
luntate fieri non videtur, quod ignoranter geri-
tur, vel. fit. l. non videtur ff. de libe. cau. ita nulla
est voluntas errantis, cùm is ex ignorantia veri in
errorem labatur. Imò cùm ratio ignorantiæ con-
sideretur etiam in errante, valet argumentum ab
ignorante ad errantẽ, hac ratione, si potest acqui-
ri possessio ignoranti, ergo & erranti d. l. si me in
vacuam. §. 1. Nam cum non possit velle, qui igno
rat rem, quam velle debet; consequens est eum,
qui errat non consentire, cùm error ex veri igno-
rantia cõtrahatur. Nihil enim refert, exempli cau-
sa, quod quis ignoret Titiũ decessisse testatum, aut
intestatum, vel quod erret existimans eum deces-
sa intestatum, cum tamen verè decesserit testa-
tus, siquidèm vtroq; casu ignoratur verum: nem-
pè, quod titius testatus decesserit. Et licet igno-
rantia opponatur scientiæ, & error consensui l.
nihil ff. de reg. iur. glo. in rub. ff. de iur. & fac.
ignor. & in clem. 1. de iudic. tamen error idcirco
contrarius est voluntati, quia errans ignorat, &
ignorantis nulla est voluntas, vt iam dictum est.
4 Sed videndum est, an valeat renuntiatio, ne
possit allegari error, seu ignorantia, ad hoc ne er-
ranti, aut ignoranti subueniatur. Et primùm vi-
detur renuntiationem non valere. Nam sine con-
sensu nemo obligatur, & nihil tam contrarium
est consensui, quam error, vt dictum est. Cùm au-
tem ignorantis, & errantis nulla sit voluntas, atq;
quo errore, aut ignorantia quis fallitur in promis
sione, eo item fallatur in renũtiatione. arg. l. doli.
ver. diuersum ff. de nouatio. dicendum est nullam
esse renuntiantis voluntatem. Nicolai. c. quoniã
contra. num. 337. de probat. Et facit quod tradit.
Castren. in d. l. doli. nu. 2. vbi si quis per errorem
promiserit, & renuntiauerit exceptioni erroris,
eodem errore censetur facta renuntiatio.
5 Verùm allegationi ignorantiæ renuntiari po
test. l. qui iure militari ff. de testam. milita. vbi
Bald. inquit, in corpore iuris nullam legem esse,
quæ melius id probet, quod menti tenendum est,
secundum eum glo. in § pen. in ver. non ignoras
vbi Port. not. Insti. de exhær. lib. Burrigar. de re-
nuntia. Tiraq. de retrac. lign. §. 35. glo. 4. num. 24.
Bero. cõs. 201. n. 7. lib. 1. Sed & erroris exceptioni
renuntiari potest. Nam huic exceptioni renun-
6 tiari videtur per clausulam, sciens se ad prædicta
non teneri Bart. l. 4. §. fin. ff. si quis cautio. in l. si
rem dari ff. de verb. oblig. Alex. cons. 42. lib. 1. si
quidem

quidem clausula, quæ solet apponi per notarios, nempè, sciens se ad infrascripta non teneri, promisit &c. tollit erroris exceptionem, vt per Ias. d. §. fin. Cunon. tract. de pact. lib. 1. c. 11. nu. 87. Vnde in præstatione fideiussionis, clausula, sciens se non teneri, sed teneri volens, operatur, vt fideiussor non possit allegare se errasse in fideiubendo, atq; vt videatur renuntiasse allegationi erroris. Bertazol. clausu. 39. glo. 3. & clausula ex certa scientia, renuntiationis vim habens, tollit allegationem erroris Bald. l. 2. q. 7. in fi. C. de rescind. vend. Rimin. Iun. cons. 316. num. 9. & ignorantiæ. Bertazol. claus. 11. glo. 2. Imo clausula, & nullo iuris vel facti errore, ignorantiauè ducti, aut circumuenti efficacius excludit exceptionem erroris, quam dicta clausula, ex certa scientia. vt per eundem d. claus. 11. glo. 3.

7 Porro sufficit renuntiantem in genere cogitasse de errore seu ignorantia, licet in specie ignoretur, an error, seu ignorantia interuenerit. Alex. l. qui Romæ. § duo fratres, nu. 53. ff. de verb. oblig. Qui etenim renuntiauit erroris, & ignoran-
1 tiæ allegationi, & si ignorauerit errorem interuenisse, si tamen ea voluntate fuit, vt si quis error interuenisset, is allegari non posset, certè dicendũ est renuntiationem valere, quia sufficit cogitatũ fuisse in genere. d. l. qui iure militari, & ibi Bald. Nam generaliter in omni materia sufficit cogitatio, voluntas, siue consensus alicuius rei in genere. Tiraq. in l. si vnquam, in præfat. C. de reuoc. donat num. 80.

Hinc infert Bald in d. l. qui iure militari. quem renuntiare posse instrumentis, licet in specie ignoret, quæ in illis continentur, valereq; renuntiationem, quoniam ex certa scientia renuntiari potest beneficio ignorantiæ. Bursat cons. 431. num. 29. lib. 4.

8 Præterea infertur valere etiam statutum ne liceat ignorantiā allegare. Barr. l. Diuus. in prin. ff. ad l. Corne. de fals. Bald. l. 1. ff. de leg. Abb. in c. ad falsariorum de crim. falsi. Roman. l. de pupillo. §. nuntiationem. num. 16. ff. de nou. ope. nunt. Tiraq. de retrac. lign. §. 35. glo. 4. Sanè quemadmodum quilibet renuntiare potest, vt non possit in sui beneficium allegare ignorantiam, vt iam dictum est, ita id ipsum statuere poterit populus qui statuendo renuntiare videtur, vt per glo. in rub. C. de decre decur. lib. 10.

9 Ex renuntiatione igitur non potest allegari error, aut ignorantia, neq; præsumitur errorem, aut ignorantiā interuenisse. Ias. l. error. post prin. C. de iur. & fac. ignor. Doct. l. 4. §. fin. ff. si quis cautio. & in l. si d. tri ff. de ver. obl. Socin. cons. 159 col. 6. cons. 214. col. 5. ver. sed iterum. lib. 2. cons. 73. col. 3. lib. 3. & cons. 79. col. 7. lib. 4. Ruin. cons. 107. num. 6. lib. 1. Dec. l. in totum ff. de reg. iur.

10 Declara tamen, vt renuntiatio generalis facta omni legũ, & iuris auxilio minimè tollat exceptionem erroris, & ignorantiæ. Roland. cons. 13. num. 37. lib. 1. sequitur Sola in Constitu. tit. de minori. in decre. quittationem. par. 1. glo. 5. num. 22. tametsi contrarium voluerit Decian. cons. 39. num. 157. lib. 2.

Non obstat modò, quod errantis, seu ignorantis nullus sit consensus, quia id procedit, quando doceri potest de errore, secus cùm non potest error allegari. facit tex. in l. qui habebat ff. de manu. testa. Præterea sufficit cogitatum fuisse in genere d. l. qui iure militari. Nec obstat. d. l. doli. ver. diuersum. quoniam ibi consideratur fragilitas personę contrahentis. Namq; hoc casu eadem ratio est in eo, qui renuntiat, quæ est in eo, qui contrahit simpliciter l. si iudex circumuento. ff. de minori. Aretin. l. si quis cum aliter. ff. de ver. oblig. Et ideò intelligendum est prædicta procedere si renuntiatio fiat à maiore, secus si à minore propter ętatis imbecillitatem. Bald. d. l. qui iure militari. Port. §. pen. Insti. de exhær. libe.

Licet autem ex vi renuntiationis allegari non possit error, tamen si constaret aliter iudici de errore, quàm ex partis allegatione pōt iudex ex officio supplere. Seraphin priuil. iuram. 90. in fi.

12 Postremò sciendum est iuràmentum in contractu appositum habere vim renuntiationis, atq; impedire allegationem erroris: quandoquidem iurans præsumitur magis deliberatè, & consideratè ad actum accedere, vt per Seraphin. d. priuileg. 90. num. 9. ver. cæterum, vbi inquit hanc esse communem sententiam.

CXX. RENVNTIATIO, Metus actionis, seu exceptionis.

SVMMAE.

1 *Metus quid sit.*
2 *Metu gesta an voluntate fieri dicantur.*
3 *Metum passo succurri.*
4 *Renuntiatio exceptionis metus.*
5 *Iuramentũ in cõtractu per metum gesto appositum.*
6 *Renuntiatio ex interuallo facta.*
7 *Metus allegationi an renuntiatum censeatur per actus contrarios subsequutos.*
8 *Metus causa si durat.*
9 *Interuallum temporis, & cessatio causæ metus.*
10 *Solutio spontanea, seu actus spontaneus quando metum purget.*
11 *Clausula, non vi, sed sponte &c.*

1 Metus, ex sententia Ange. cons. 215. reperitur, num. 2. vers. item præmisso. est passio animæ meticulosi corporis, instantis vel futuri periculi mentem comprimens, ad trepidandum metu. Verùm, vt distinguitur à vi, semper est de futuro, quoniam vis non potest esse, nisi de præsenti. Aegid. cons. 9. num 9. 10. Nam vis contraria est voluntati: quandoquidem, cùm vi quid extorquetur principium actionis aliunde, & extrinsecus venit, non etiam in patiente existit, actionis origo. Metum autem patiens potius eligit obsequi metũ inferenti, quàm quid durius pati l. si mulier. §. pen. ibi, coactus volui. ff. de eo quod met. cau. l. si patre cogente ff. de ritu.

2 nupt.c. . . . de restitu. in integ. Hinc metu gesta voluntate quodammodo fieri dicuntur, quoniã ob metum gerens, vel promittens, eligit ex duobus malis, quod minus est, & mauult actum gerere, quam aliud grauius pati. Arist. ethic. 3. c. 1. Vis igitur contraria est consensui, metus autem non est contrarius consensui. Bart. l. si per errorẽ in prin. ff. de iurisd. om. iud. Nam quod dicitur metum esse contrariũ consensui, intelligi oportet prout metus opponitur spontaneo consensui, non etiam prout opponitur consensui simpliciter Seraphin. priuil. iuram. 110. num. 11. vet. nõ obstat. Et quia quodcumq; vi committitur, id metu quoq; fieri videtur, cùm vis in hoc edicto accipiatur quoties quis velle compellitur, ideò eodem modo subuenitur, siue quis vim passus sit necessariam, & ineuitabilem, quæ corpori vim intulit, siue vim coactionis, quæ animum dumtaxat inuasit, mentemq; superauit, cùm vtro-
3 biq; metus sit. l. 3. ff. de eo quod metus cau. Succurritur autem metum passo, quia illi datur actio & exceptio. l. metum. §. sed quod prætor ait. ff. eo. nimirum, vt hac aduersus petentes metum passus defendatur, illa quod metu gestum, promissumq; est in integrum restitui petatur. d. l. metum. §. ex hoc edicto. Nam illud quidem regulare est, vt gesta per metum teneant, sed succurratur metum passo, vt rescindat per metum gesta. c. super hoc de renunt. l. si mulier. §. pen. ff. quod met. cau. glo. in c. Abbas. eo tit. Calderin. cons. 108. alias il. 1. quod metus causa. num. 3. Ias. in l. interpositas C. de transact. Nauarr in repet. c. accepta oppo. 5. num. 8. de restitu. spol. vbi cõmunem dicit.

4 Circa renuntiationem huius auxilij sciendũ est, illam nihil obesse renuntianti, siquidem renuntiatio metus tempore facta, metu quoq; facta dicitur, proindeq; non valet, metusq; suspicionẽ auget, nedum tol lit. Bald. tract. de scismat. col. 6. vers. & quid si dicatur. arg. tex. in l. doli mali. ver. diuertium ff. de nouatio. refert, & sequitur Alex. cons. 156. col. 1. lib. 5. Socin. Iun. cons. 77. num. 50. lib. 1 cons. 62. num 5. lib. 2. Alcia. cons. 3. num. 21. tom. 1. lib. 3 Rimin. Sen. cons. 140. nu. 29. lib. 1. Ruin. cons. 105 col 1. lib. 1 Alba. cons. 77. num. 27. Seraphin priuil. iuram. 110. num. 7. vers. & propterea. Et renuntiari non posse metus exceptioni, post plura cõcludit Vincẽ. de Anna, allegat 114. nu. 6. refert, & sequitur Graff. tract. de exceptio. 11. except. num. 61.

5 Sic & iuramentum, in contractu per metum gesto, appositum, censetur metu extortum, proindeq; illud de iure ciuili est nullum authen. sacramenta puberum, C. si aduer. vend. & ibi doct. Affli. & decis. 263. num. 2. Natta cons. 305. num. 10. Verùm secundum canonistas de metu iure iuramentum ex actum per vim, aut metum obligat licet peti possit absolutio. Abb. in c si verò de iureiur. Afflict. d. decis. 263. Conarru de sponsali. par. 2. c. 3. § 5. num. 2. Cuman. cons. 180. videtur prima fronte. Zabarel. cons. 127. & fuit quæstio. Et hæc est communis opinio, vt per Seraphin. priuileg. 110. num. 7. vet. his tamen minime obstantibus, & hanc opinionem sequitur Guter. de contract. iurat. c. 57 nu. 19. & prò hac sententia facit quod scribit Diu. Thom. 22. q. 89. artic. 7. vbi inquit huiusmodi obligationem, qua quis Deo obligatur, minime tolli in foro conscientiæ, licet peti possit absolutio.

6 Poterit tamen valere renuntiatio ex interuallo facta, nempe cùm cessauit metus. Nam tunc renuntiatio obest renuntianti. Et ideò Butrigar. tract. de renuntia. iur. ciu. qui de hac renuntiatione scribit, intelligitur de renuntiatione ex interuallo facta, quandoquidem eo casu vis & metus remitti potest. l. si vnus. §. illud nulla. ff. de pact. l. conuenire. ff. de pact. dot. Nam quemadmodum purgatur metus per subsequẽtem actum voluntarium, ex interuallo factum, ita per consensum expressum ex interuallo præstitum. l. 2. & ibi Bart. C. de his quæ vi met. ve cau.

7 Sed & allegationi metus censetur renũtiatũ p actus cõtrarios subsequutos. Ossasc. decis. 142. n. 9. 10. Atq; p actũ volũtariũ sequẽtẽ ex interuallo post metũ renũciatũ videtur huic auxilio. glo. & doct. in d. l. 2. & maxime Salicet & Bald. ver. quid in dubio. Metus quippè purgatur libera superueniente voluntate, & per spontaneum implementum postea subsecutum d. l. 2. Anchar cons. 382. in fi. Paris. cons. 76. num, 12. lib. 4. Dec. l. in omnibus causis pro facto. nu. 14. ff. de reg. iur. Et actus spontaneus, vt qui est contrarius coactioni voluntatis, post metum subsequutus inducit expressum consensum. Burlat. cons 207. num. 38. Sanè quę fiunt ex interuallo post metum valent, quia cessat metus. Roland. cons. 83. num. 39. lib. 2. Hine tollitur hoc remedium per voluntariam solutionem subsequentem, d. l. 2. & ibi Bald. Salicet. & Albe. l. pen. ff. de cond. ob turp. cau. Marsil. sing. 89. Butri. c. 1. num. 10. de resti spol. Alex. cõs. 227. lib. 4. Bald. cõs. 240 donatio. lib. 1 Paris. cõs. 10. num. 58. lib. 1. cons. 5. num. 206. in fi. lib 4. Roland. d. cons. 83. in fi. Natta cons. 636. num. 152. Tiraq. de retrac. conuent § 1. glo. 5. n. 21. Afflict. decis. 336. num. 6. Gaill. lib. 2. obseru. 93. num. 29. Socin. Iun. cons. 77. num. 10. & 62. lib. 1. vbi, communem inquit, latè Alex. trentacinq. varia. resolut. lib. 3. tit. de solutio. resolut. 8. Nam metũ allegare non potest, qui postea sponte soluit. Menoch. cons. 410. num. 6. & cons. 660. num. 9. Ratio horum est, quia metum passus, ex interuallo faciens actũ voluntarium, videtur tacitè renunciare actioni, vel exceptioni metus per actum contrarium, per ea, quæ dixi lib. 3. de tacita ex actu contrario.

8 Sed hęc intellige procedere, nisi duret etiam causa metus, vel sit metus reuerentialis, qui semper subest, etiam ex interuallo, veluti cùm contrahitur cum patre, vel marito. Qua ratione per Constitutio Dom. Mediolani. tit. de bon. ad crid. ponend. §. ipsæq; mulieres. cauetur mulieres maritũ habentes nõ posse renuntiare contradictioni cridarum factę per personam cõiunctã siquidem quo metu reuerentiali abstinent mulieres à contradictione, eodem quoq; possunt

tacitè

facile renuntiare, cùm metus semper subsit arg. d. l. doli. ver. diuersum. Durante quippe causa metus non purgatur metus, etiam ex ratificatione subsequnta. Dec. cons. 468. superiori. num. 24. Aretin. cons. 14. Craue. cons. 6. nu. 84. Menoch. cons. 1. num. 301.

6 Requiritur ergo ad renuntiationem huius remedij, vt renuntiatio siue alius actus voluntarius fiat ex interuallo, atq; præterea, vt cesset causa metus, secus si durat causa. Alex. cons. 98. quoniam. num. 7. lib. 3. Nam interuallum temporis facit vt præsumamus cessare causam metus. Quare cessat præsumptio, vbi constat adhuc durare causam ipsius metus: siquidem metus non purgatur ex ratificatione etiam subsequnta, vel ex alio actu etiam spontaneo, atq; ex interuallo sequuto, quoties causa metus præamboli tempore ratificationis, & actus duret. Bursat. cons. 72. num. 26. lib. 1. Neq; prędictis obstare videtur, quod solutio sequens promissionem vi, vel metu factam, debeat iudicari meticulosa, cum principium sit meticulosum, atq; à primordio tituli posterior formetur euentus l. 1. C. de impon. lucr. descrip. lib. 10. Nam respondetur quod posterior euentus venit per modum purgationis, & nouationis ad primordium, siquidem solutio, vt potè quia est spontanea purgat primum vitium. Salicet. l. 2. num. 4. C. de his quę ui met. ve cau.

10 Sed quod diximus solutionem spontaneam, sed alium actum spontaneum, metum ipsum purgare. d. l. 2. intellige ita procedere, si solutio non potest videri facta alia ex causa; aliud dicendum est in receptione solutionis sponte facta à creditore, qui metu contraxit, quia is ideo recipit pretium, vt tanto minus amittat. Bart. d. l. 2. Menoch. cons. 660. num. 9. Sic, & soluens ex iurata promissione, eaq; per metum facta, non præsumitur sponte soluisse, neq; animo renuntiandi actioni, vel exceptioni metus, sed ne incurrat periurium: quoniam licet actus annullari possit, tamen seruari debet iuramentum. Castren. in l. cum te, num. 6. C. de his quæ ui. met. ve cau. Neq; enim dicitur purgatus metus, si alia causa soluendi subesse potest Aret. cons. 14. num. 17. 18. Ange. Aretin. cons. 96. num. 27. Roland. cons. 2. nu. 92 lib. 1. Boer. decis. 1o. nu. 16. Nam per actum contrarium quis ita demum censetur renuntiare iuri suo, si alia coniectura capi non potest. glo. in c. pro illorum. de præbend Butri. in c. accedentibus, num. 8. de priuileg. Felin. in c. cum accessissēt num. 29 de constitu. Dec. in c. gratum. col. 3. limita. 4. de offic. delega. Ias. in l. fin. col. pen. ff. de constitu. princ. Natta cons. 1. col. 3. ver. insuper crederem. Solutio ergo, aut alius actus voluntarius subsequens debet necessariò inferre remissionem sui iuris, atq; præsumi non debet alia causa, vt dixi lib. 3. suo loco.

11 Neq; tollit hoc remedium clausula non vi sed sponte &c. quandoquidem hæc clausula nihil operatur, sed facit solum præsumptionem, scilicet, quod actus fuerit spontaneus. Aretin. d. cons. 24. n. 16. Socin. cons. 263. lib. 2. Bald. l. mater. n. 5. C. de rei vendic. Nàq; dicta clausula operatur in dubio, scilicet cùm non constat de metu, secus si de eo constat. Hondede. cons. 13. nu. 43. siquidem quo metu quis inducitur ad contrahēdum, eodē inducitur ad se affirmandum. Imola in c. solicitè. circa fin. de rest. spol. Aretin. cons. 24. nu. 16. Craue. cons. 461. n. 32. Socin. Iun. cons. 77. nu. 49. lib. 1. cons. 62. nu. 4. lib. 2. Hondede. cons. 23. num. 4. Et generaliter vbi contractus est meticulosus clausulę renuntiationum, atq; omnes aliæ clausulæ in eo appositæ, præsumūtur metu adhibitæ. Menoch. de præsūpt. lib. 3. præsūpt. 126. n. 3. Fulgos. cons. 176.

CXXI. RENVNTIATIO, Doli mali.

SVMMAE

1 *Dolus quid.*
2 *Dolus iure ciuili olim tribus tātū casib⁹ coercebatur.*
3 *Dolum dici propriè, & impropriè.*
4 *Actio doli.*
5 *Dolo malo renuntiari an possit.*
6 *Dolus futurus remitti an possit.*
7 *Remissio doli futuri cur non valeat.*
8 *Dolus futurus remitti nō pōt, etiā in vltima volūtate*
9 *Renuntiatio iurata doli futuri.*
10 *Tacita renuntiatio doli futuri, an valeat.*
11 *Culpa remitti an possit.*
12 *Doli futuri præsumpti remissio.*
13 *Dolus verus, & dolus præsumptus.*
14 *Dolus pręteritus remitti potest.*
15 *Dolus præsens remitti potest.*
16 *Renuntiatio doli apposita in eodem contractu.*
17 *Specialis doli renuntiatio.*
18 *Clausula renuntiationis doli mali.*

DE vi aut metu supra dictum est, sed quia plerumq; cùm viribus quid extorqueri nō potest, dolus malus adhibetur, atq; vbi leonis exuuium non sufficit, vt dicere solebat Lysāder Lacedemonius, vulpinum est addendum, cùm secundum Cice. de offic. lib. 1. iniuria fiat vi, quæ leonis: aut fraude, quæ quasi vulpeculæ videtur: ideò post ea, quæ

1 de vi aut metu diximus, ordine sequitur de dolo malo. Nam quoniā dolus, vt inquit Diu. Thom. 2. 2. q. 55. artic. 4. est astutię quędā executio, atq; ad astutiā pertinet: ideò sicut astutia ꝓpriè accipitur in malo, abusiuè autē in bono, ita, & dolus l. 1. §. non fuit autem. ff. de dolo malo. Est quippe dolus calliditas ad decipiendum alterum. Abb. cons. 77. in quæstione col. pen. lib. 2.

2 Dolus iure ciuili olim tribus tantum casibus coercebatur. Et primùm ex lege xij. tabul. scilicet cùm in tutela commissus erat. Secundo ex lege lectoria circūscriptio adolescentum plectebatur. Tertio sine lege, in iudicijs, quib⁹ ex bona fide agebatur. Cice. de offic. 3. Sed postea C. Aquili⁹ ętate Ciceronis prętor de dolo malo coercēdo

formulas primus propoſuit idem de offic.1.& 3.
& de natura Deorum lib.3. Quarum deinceps sū
ma vti malitiarum omnium euerriculum in edi-
ctum prætoris relata eſt, vt habetur ff. de dolo
malo. iniquum porrò uidebatur non modo dolū
eſſe impunitum, l. in delictis. §. cum dominus ff.
de noxali, verum etiam cum alterius detrimen-
to lucroſum, l. ne ex dolo ff. de dolo. glo. in l. 2. ff.
de eo per quem fac. erit. ſimplicitatemq; bonis
eſſe damnoſam, §. ſed quia Inſti. de fideic. hær. l.
3 verum. §. tempus ff. pro ſoc. Dolus dicitur pro-
priè, & impropriè. Dolus propriè dicitur, cùm
quis animo fraudandi alterum decipit. l. iuriſgē-
tium. §. dolo & ibi glo. in ver. ſed ſi fraudandi ff.
de pact. Impropriè dicitur dolus, cùm quis deci-
pitur non machinatione, ſed re ipſa tantum. l. ſi
quis cum aliter ff. de ver. oblig. vt renuntiatione
proxima dicam. Dolus propriè dictus, aut dat
cauſam contractui, & tunc contractus ſi ſit bonæ
fidei, ipſo iure corruit. l. & eleganter ff. de dolo. l.
Iulianus, §. ſi quis colludente, ff. de act. emp. l. in
cauſæ. ij. ff. de minori. l. iuriſgentiū. §. prætor ait
ff. de pact. ſecus ſi ſit ſtricti iuris, quia tunc per ex
ceptionem, vel per actionem dolus emendatur. l.
dolo. C. de inutil. ſtipul. l. metum. §. ſed quod præ
tor ait. ff. quod met. cau. Idemq; dicēdum eſt, cùm
dolus non dat cauſam contractui. l. Iulianus. §. ſi
venditor ff. de act. emp. l. ea quę in fi. ff. de contr.
emp. Hoc etenim caſu dolus dicitur incidens.
4 glo. & doct. in d. l. & eleganter. Doli autem actio
ita demum datur, ſi alia actio non eſt, ne ſcilicet
malitia ſua cuiq; ſit lucroſa. l. 1. in prin. ff. de do-
lo. malo. Et quoniam hac actione ignominię no-
ta inuritur. l. 1. ver. doli. ff. de his qui not. infam.
meritò à prætore decerni nō debuit, ſi alia ſit actio,
qua quis experiri poſsit. l. 1. §. 2. ff. de dolo malo.
Ex qua autē cā propoſita eſt de dolo malo actio, ex
eadē quoq; datur doli exceptio. l. 2. in prin. ff. de
doli excep. cuiuſmodi multas proponit ſpecies iuriſ
cō. in l. 2. cū ſeq. ff. de dolo malo. Sed inter actionē
de dolo, & exceptionē, hoc intereſt, vt hæc perpetuo
cōpetat, actio autē certo tēpore finiatur: ſiquidē
actor in ſua poteſtate habet, quādo iure ſuo vtatur
quā nō habet quādo cōueniatur is cū, quo agitur l.
purè. §. ſi. ff. de doli excep. l. ſi pactū. C. de except.
5 An autem renuntiari poſsit dolo malo, ne de
dolo agatur, vel ne doli mali exceptio obijciatur,
videamus. In qua re duplex conſtituenda eſt re-
gula. Prima eſt, dolum futurum remitti non poſ-
6 ſe. Dolo enim nondum comiſſo quis conuenire
non poteſt, ne ſi in futurum contingat quid dolo
malo fieri, aut dolū committi, de dolo nō agatur,
vel non excipiatur, tex. eſt in l. ſi vnus. §. illud nul
la. ff. de pact. l. contractus ff. de reg. iur. & ibi Dec.
n. 42. & Cagnol. n. 99. l. creditor. §. Lucius ff. man-
da. Dyn. regula contractus. in fi. de reg. iur. lib. 6.
Bald. l. & per iuſiurandum, §. cum qui ff. de accep
tilatio. l. ſi cum antea C. de arbit. in l. fin. C. de
contr. emp. in c. 1. num. 4. c. quintauallis. num. 18.
de iureiur. c. intellecto. num. 2. extra eo. Iaſ. l. cum
quid. num. 9. ff. ſi cer. pet. in l. ait prætor. num. 8.
ff. de iureiur. in l. ſi quis cum aliter num. 22. ff. de
ver. obl. l. ſi plagij. num. 7. l. quidam cum filium
num. 22. ff. eo. Oldra. conſ. 294. vltra iam dicta
num. 2. Roman. conſ. 90. viſo themate. in fi. Felin.
c. ſi diligenti num. 31. ver. ſecundò not. de foro
compet. Albe. l. ſed & ſi quis. §. quaſitum num.
24. ff. ſi quis cautio. Niconit. in repet. c. quoniam
contra. nu. 236. de probat. Trentacinq. varia. re-
ſolut. lib. 1. tit. de dolo. reſolut. 1. num. 10. Bart. &
doct. in l. Aurelio. §. Caius ff. de libe. lega. in l. ſi
quis cum aliter ff. de ver. obl. Corne. conſ. 156.
col. 3. conſ. 240. col. fin. lib. 4. Afflict. decil. 220.
num. 6. Natta conſ. 528. col. 2. num. 15. Alcia. reg.
1. præſump. 6. Socin. conſ. 121. num. 7. lib. 3. conſ.
201. abunde. col. 1. in prin. lib. 2. conſ. 62. col. fin.
conſ. 73. difficultatem num. 9. & conſ. 121. in cauſa
reclamationis. col. pen poſt med. lib. 3. Vnde in
compromiſſo quantumcunq; latiſsimè concipiā
tur verba, nunquam poteſt renuntiari dolo adhi-
bendo. Alex. conſ. 131. num. 12. lib. 2. Roman.
conſ. 90. num. 3. Ange. conſ. 172. laudum arbitra
toris. Abb. conſ. 70. num. 1. lib. 1. Boer. conſ. 24.
ad hæc. Dec. conſ. 533. num. 1. conſ. 632. nu. 13.
Grat. conſ. 30. viſis. num. 6. lib. 1. Ruin. conſ. 149.
lib. 4. Nam allegans laudum latum fuiſſe per
dolum audiri debet, non obſtante quacumq; re-
nuntiatione. Alex. conſ. 139. viſo puncto. lib. 7.
per totum. Butri. conſ. 24. num. 2. Signorol. conſ.
110. nu. 8. cum ſeq. Caſtren. conſ. 63. ad primum
lib. 2. Socin. conſ. 232. col. 4. in fi. lib. 2. Atq; non
valet pactum ne partibus liceat de dolo excipe-
re aduerſus laudum. Io. Bapt. tract. de arbit. lib. 7.
c. 11. Hincq; exceptio, dolo facis, ſemper opponi
poteſt, nō obſtante quacūq; renuntiatione, quādo
ex noua cauſa oritur exceptio poſt renuntiatio-
nem. Bald. conſ. 210. punctus. num. 3. ver. ſuper
ſecundo, & num 4. lib. 5. Sic quoq; futura ingra-
titudo remitti non poteſt. Valq. de ſucceſſ. creat.
lib. 3. § 21. limit. 1. num. 165. Namq; ingratitu-
do præterita remitti poteſt, non ēt futura. Curt.
iun. l. fi. nu. 32. & ibi Bolognet. nu. 98. C. de pact.
ſed de his latius, & opportunius ſuis locis dicam.
7 Ratio autem cur dolus futurus remitti ne-
queat illa eſt, quam docet iuriſc. in l. ſi vnus. §.
pacta. ff. de pact. Nam conuentio de dolo non
præſtando eſt contra bonam fidem, ac bonis mo-
ribus repugnat. l. 1. §. ſi conueniat ff. depoſi. &
d. §. illud. Siquidem per remiſsionē doli futuri
præberetur delinquendi occaſio, ac facilè quis ad
delinquendum, dolumq; committendum inui-
taretur. l. conuenire ff. de pact. dot. l. quidam de-
cedens. ff. de admin. tut. c. vt famæ. de ſent. ex
com. Fulgoſ. d. §. ſi conueniat Sed. defen. conſ. 77.
circa fin. ver. nec obſt. Signorol. conſ. 110. teſta-
tor. vbi inquit eſſe contra ius publicum, vt fiat
remiſsio doli futuri, quippe cum inuitentur
homines ad delinquendum. Dolus etenim quaſi
priuatū delictū eſt l. ex contractibus ff. de actio.
& oblig. l. in delictis §. cū dominus ff. de noxali.
Menoch. lib. 5. præſūpt. 3. in prin. Neq; valet pact.
per quod via fraudibus aperitur. Alba. cōſ. 253. n.
9. Adeò autem dolus in omni cōtractu præſtādus
eſt, vt licet aliæ conuentiones de re priuata ratæ
ſint, tamen hęc conuentio non eſt ſeruanda, ne in
depoſito quidem d. l. cōtractus, & d. §. ſi cōueniat.

Ne

Ne ſcilicet inciretur quis ad dolum committen-
dum. Nam, vt Terent. inquit, omnes deterio-
res ſumus licentia.

Videri tamen poteſt, vt iuriſc. in d. §. illud ad-
mittat pactum etiam de futuro dolo non præſtan
do, dũ ita ſcribit. Illud nulla pactione effici pôt,
ne dolus malus præſtetur, quãuis ſi quis paciſca-
tur, ne depoſiti agat, re ipſa id pactus videatur,
ne de dolo agat, quod pactũ proderit. Et hoc nõ-
nulli voluerunt. glo. in d. §. illud. Fulgoſ. conſ. 25.
ſpectabilis. n. 1. Sed ſecundum verum, & commu-
nem intellectum iuriſcon. in hac poſteriori con-
uentione loquitur de pręterito dolo remittẽdo.
Et ita voluerunt Bart. Caſtren. & Iaſ. in d. §.
illud.

8 Amplia modo, vt neq; etiam in vltima volun
tate remitti poſsit dolus futurus. Nã huiuſmodi
dolus remitti non poteſt, neq; per contractũ, neq;
per vltimam voluntatem. Signorol. conſ. 110. nu.
8. Quamuis etenim voluntas teſtatoris ſeruari de
beat ſicut lex ipſa. §. diſponat. authen. de nupt. ta-
men ea ita ſeruanda eſt, ſi fuerit iuri conformis, ſe
cus ſi ſit contra bonos mores, atq; inuitet ad
delinquendũ. Guid. Pap. q. 515. teſtator. Quaptop
ter ſi in teſtamento diſponatur, vt tutor non re-
neatur rationem reddere, & ſi contingat eum
condemnari ratione tutelæ, vt reſtituatur per
hęredem id, in quo condemnatus fuerit, tamen
adhuc tenetur, ſi quid dolo malo commiſerit, ne
ſcilicet tutor incitetur ad dolum malũ committẽ-
dum. Alex. conſ. 62. col. 2. lib. 4. Alcia. regu. 1. prę
ſump. 6. qui ita tenet contra Ange. & Curt. Piag.
de tut. & curat. q. 19. n. 3. Durãs de arte teſtan. tit.
7. caute. 2. n. 2. pupil. patrocin. Damhouder. tit. de
tut. & cur. rat. c. 3. num. 41. Bero. q. 21. Signorol.
conſ. 110. teſtator per totum.

9 Ampliatur præterea, vt nec cum iuramento
renuntiari poſsit. Bero. c. 1. num. 44. de conſtitut.
in cap. ſolicitè num. 43. de reſtitu. Spol. Humbert.
authen. ſacramenta puberum. nu 62. C. ſi aduer.
vend. Io. Bapt. de arbit. lib. 7. c. 11. per c. nõ eſt obli
gatorium. de reg iur. lib. 6.

10 Ampliatur quoq; vt renuntiari non poſsit etiã
tacitè Igne. d. l. contractus. n. 65. Caſtren. in d. §.
nulla. Et licet glo. in d. §. illud, & in l. iuriſgentiũ.
§ ſi paciſcar. in ver. ſed & ſi quis ff. de pact. contra
rium voluerit, tamen ſecundum omnes directè
contradicit tex. in d. §. nulla, vt per Igne. d. loco
Nam tex. in d §. illud, inquit, nulla pactione, hoc
eſt, nec expreſſa, nec tacita ſiquidem non verifica
tur negatiua nulla in pactione expreſſa tantum.
Deinde eadem ſubeſt ratio, ſcilicet ne detur occa
ſio delinquendi, etiam in tacita renunciatione.
Deniq; ſicut delictũ directè admitti nõ debet, ita
nec per obliquũ, vt per doct. ſupra citatos. Et hãc
ſententiã tenent Bart. & Ange. in d. §. illud. ſequi
tur Trentacinq. tit. de dolo. reſol. 1. lib. 1. n. 13.

11 Limita autem non procedere in culpa, etiam
lata. Nam hæc remitti poteſt, cùm per illam ne-
mo inuitetur ad delinquendum. Iaſ. d. §. illud nul
la. in fi. & ibi Caſtren. eſt tex. in d. l. contractus.
& ibi Dec. num. 43. Cagnol. num. 113. & Igne.
num. 68. eſt quoq; tex. in l. ſi vt certo. §. interdum
ff. commoda. in l. quidam hæredes, & l. qui
plures in fi. ff. de admin. tut. Alex. l. ſi mora. in
prin. ff. ſolu. matr. conſ. 66. viſo. in fi. lib. 2. Ri-
min. Sen. conſ. 309. num. 13 Ruin. in l. cum tale.
§. 1. ff. de cond. & demon. Seraphin. priuileg. iu-
ram. 108. nu. 11. Verùm lata culpa verſutiæ, quæ
dolo ęquiparatur remitti non poteſt, ſecus in la-
ta culpa deſidię, & ignorantiæ, quæ quidem dolo
non ęquiparatur. Cagnol. l. contractus. nu. 113.
ff. de reg. iur. Trentacinq. varia. reſolutio. lib. 1.
tit. de dolo, reſolut. 1. nu. 11. Cum etenim dolus,
vt iam dictum eſt, ſit quædam aſtutiæ executio,
culpa quæ ad negligentiam, non etiam ad uerſu-
tiam pertinet, non poteſt dici dolus.

Præterea ſi fuit negligens tutor in rebus pupil
li ſine ſui vtilitate, dicitur in lata culpa, non etiã
in dolo, ſecus ſi adeſſet vtilitas tutoris, quoniam
hoc caſu, lata culpa tranſiret in dolum. Fulgoſ.
conſ. 25. num. 3. Dec. conſ. 177. latè Roland. conſ.
49. num. 58. lib. 1. Nam ſemper negligentia vide-
tur dolus, vbi adeſt vtilitas negligentis. Fulgoſ.
d. conſ. 25.

12 Reſtringe præterea, vt dolus futurus, iſq; prę-
ſumptus remitti poſsit. Bald. l. 1. C. de vſufruc.
in fi. Felin. c ſi diligenti num. 31. de foro compet.
Butri. c. fraternitatis, & ibi Pet. Paul. Paril. num.
55. de teſti Dec. d. l. contractus. num. 43. & conſ.
418. col fin. Gabriel. conſ. 146. num. 19. lib. 1. & eſt
communis doct. ſententia, vt per Seraphin. priui-
13 leg. iuram. 108. num. 11. Hancq; differentiam in
ter dolum verum, & dolum præſumptum conſti
tuit Menoch. de præſumpt. lib. 5. pręſump. 3. nu.
11. Martin. Lauden. de crim. leſæ maieſta. q. 8. nu.
12. Niconit. in repet c. quoniam contra. de pro-
bat. par. 1. nu. 237. Trentacinq. d. reſolut. 1. n. 12.
Verùm contrarium alij renuerunt, Pau. de Caſt.
in d. §. illud & in l. quod Nerua. per illum text. ff.
depoſi. Ruin. in l. nemo poteſt. nu. 62. ff. de leg. 1.
Igne. d. l. contractus. num. 67. Crau. conſ. 705.
nu. 7. conſ. 762 num. 9. Cephal. conſ. 642. num. 5.
Ruger. conſ. 37. num. 6. lib. 1. Alij autem diſtin-
guunt, vt hæc poſterior opinio, ſcilicet, vt dolus
futurus præſumptus remitti non poſsit, tum pro-
cedat, cùm dolus in faciendo conſiſtit, ſecus vbi
conſiſtit in non faciendo: quoniam hoc caſu remit
ti poterit iuxta priorem ſententiam. Dec. d. l. con
tractus. n. 43. in l. actione in fi. C. de tranſact. conſ.
178. in cauſa num. 3. & conſ. 192. in caſu num. 4.
Poterit igitur hæc limitatio procedere, cùm do-
lus in non faciendo conſiſtit. Vnde videmus
teſtatorem remittere poſſe confectionem inuen-
tarij, atq; dolum præſumptum, qui conſiſtit in
non faciendo inuentarium, l. fin. C. arbit. tute.
Bart. & doct. in l. tutor qui repertorium. ff. de ad-
min. tut. trad. Dec. d. l. contractus. num. 43. &
d. conſ. 178. Cæterum vbi agitur de dolo prę-
ſumpto, qui conſiſtit in faciendo, is remitti non
poterit.

Nam dolus ad aſtutiam pertinet, atq; eſt aſtu-
tiæ quædam executio, vt ſupra diximus in
prin. ex ſententia D. Thom. ideò dolus prę-
ſumptus ex negligentia quadam non po-
teſt dici dolus, proindeque is remitti pote-

rit, cùm aliud dicendum sit in dolo præsumpto versutię, & astutiæ, qui quidem remitti non potest, cùm inter hunc dolum pręsumptum, & dolum verum nihil intersit. Quæ sententia mihi placet.

Sed & declara renuntiari posse per indirectum futuro dolo. Ias. d. l. actione. in fi. Alex. cons. 54. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 65. num. 10. Trentacinq. d. resolut. 1. nu. 15.

Item supradicta regula procedit quò ad dolum partis, cum qua contrahitur, secus quo ad tertium, qui nihil ex dolo consequitur. Nam is non inuitatur ad delinquendum ex commodo suo Fede. de Sen. cons. 125. in fi. Verùm contrarium videtur. Nam si arbiter dolosè pronuntiauit, petitur reductio etiam contra iuramentum, quia aliàs futurus dolus remissus fuisset. Geminian. cons. 68. num. 3. & hanc sententiam circa dolum arbitri communem dicit Butri. cons. 24. num. 2. vbi latè.

14 Altera regula est, dolum iam admissum remitti posse, quandoquidem hoc casu cessat ratio, ne quis inuitetur ad delinquendum. d. l. si vnus. § illud nulla, & ibi doct. & Bal. qui not. actionem pro dolo competentē remitti posse. l. Aurelio. §. Cai. ff. de libe. lega. Specul. tit. de renunt. & conclus. num. 25. vers. item exceptio doli mali. Bald. l. iurisgentium. §. si paciscar. nu. 3. ff. de pact. Dec. d. l. contractus. num. 45. in d. l. actione. col. fin. d. cons. 178. num. 3. Bald. cons. 227. proponitur. circa med. lib. 2. Osasc. decis. 143. col. 1. Paris. cōs. 90. num. 34. lib. 1. Nam cùm remittimus dolum iam cōmissum, remittimus actionem pro dolo competentem, ac iam nobis quæsitam, quę quidem remitti potest, ut per Bald. in d. §. illud nulla. Neq; propterea inuitamus aliquem ad admittendum eum dolum, qui iam cōmissus est. Atq; ita non publico, sed iuri nostro renuntiamus glo.
15 in l. si vnus. §. pacta. ff. de pact. Qua ratione remitti etiam potest dolus præsens, siquidem dolus nō infertur volenti. l. cum donationis, C. de transact. Corne. cons. 189. col. 1. ver. cum, ex enormi. lib. 1. Dolus ergo præteritus, & præsens remitti potest. Rimin. Sen. cons. 409. in fi. Decian. cons. 39. num. 153. lib. 2. Geminian. cons. 68. num. 3. cum seq. Nam & de præterito dolo paciscí, & transigere permissum est. l. 4. in fi. C. de transact. vt & de furto. l. iurisgentiū. §. si paciscar. ff. de pact. Sic quoq; de falso iam admisso transigere, & paciscí licet. l. pen. C. de transact. Sed & quod dolo gestum est, ratificari potest. l. Pōponius ff. de neg. gest. l. si ob turpem ff. de condict. ob turp. cau. His sanè casibus remittendo non lædimus ius publicum, siquidem neminem ad dolum admittendum inuitamus, sed remittimus ius nostrū priuatum, hoc est actionem pro dolo iam nobis competentem, proindeq; iuri nostro tantum non etiam publico renuntiamus, vt per glo. in d. §. pacta. Quinimo dolus præteritus à sciente remitti potest, nedum pręsumptus, sed etiam verus, tamq; expressè, quàm tacitè, & hæc est magis communis sententia, vt testatur Paris. cons. 49. num. 61. lib. 1. Et ideò stante statuto, quod eius dispositioni non possit renuntiari etiam cum iuramento, & quod renuntians cum iuramento pręsumatur dolo, & fraude inductus, si renuntiatum fuerit doli exceptioni cum iuramento, valebit renuntiatio, quia dolus verus, & præsumptus de præterito, etiam admissus potest remitti. Ruin. cons. 51. nu. 19 lib. 1.

16 Sed quod diximus dolum iam admissum remitti posse, non procedit, vbi renuntiatio fit in eodem contractu, & actu in quo dolus interuenit. Namq; hoc casu, qua ratione quis dolo inductus est ad contrahendum, eadem inductus censetur ad renuntiandum. arg. l. doli. ver. diuersum, ff. de nouatio, secus si renuntiatio fiat ex interuallo a sciente se dolo inductum fuisse, ita Roman. in l. si quis cum aliter. col. fin. ver. vltimo ff. de verb. oblig. Barbat. cons. 42. num. 7. ver. nec obstat. lib. 1. per glo. singul. in l. si patronus. §. patronum. ff. si quid in frau. patro. Nam dolus, qui remittitur cognitus esse debet à renuntiante, alioquin ignorās non remitrit. Bald. c. quintauallis. num. 32. de iureiur. Et hęc maximè procedunt in minore renuntiante doli mali exceptioni, quoniam is præsumitur eadem fragilitate renuntiare, qua inductus fuit ad contrahendum, arg. d. l. doli mali. ita Ias. in d. l. actione. num. 8.

17 Pręterea renuntiatio doli specialis esse debet. l. actione ver. nisi specialiter. C. de transact. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. Neq. sufficit generalis renuntiatio. glo. in l. Pomponius. ver. absit. ff. de neg. gest. Ias. d. l. actione. num. 8. & ibi Dec. nu 3. Trentacinq. varia. resolut. lib. 1. tit. de dolo. resolut. 1. Quo fit vt in generali renuntiatione non comprehendatur dolus. Oldra. cons. 37. q. 1. in fi. Craue. cons. 372. num. 5. Socin. cons. 190. num. 5. lib. 2. decis. Pedem. 58. nu. 33. Cephal. cons. 642. num. 87. Signorol. cons. 110. nu. 13. latè Decian. cons. 39. num. 14. & 69. lib. 2. Hincq; per generalem quietationem nunquam censetur dolus remissus. latè Mascard. tract. de probatio. ver. quietatio. conclus. 1253. num. 8. l. Aurelio. §. Caius. ff. de libe. lega. l. quidam decedens in prin. ff. de admin. tut. Dec d. l. contractus nu. 42. Dec. cons. 178. & cons. 192. Ferrat. caut. 51. Verùm remissa simpliciter actione, censetur item dolus remissus d. §. illud. vbi simpliciter remissa depositi actione, videtur & dolus remissus Trentacinq. d. resolut. 1. num. 4. doct. omnes in d. l. actione, & glo. in d. §. illud. inquit id non procedere in vltima volutate, cuius cōtrariū tenet Cuiac. d. §. illud. Nā remisso p legatū debito, dolū quoq; remissū esse ostēdit, quamuis in rationū reinessione diuersū sit, vt per eum. Idem tenet Castren. in d. §. illud nulla circa fin. vers. vltimo glo. hic. Et quoniā, vt supra dictum est, renuntiatio futuri doli non valet, ideo multo minus in generali renūtiatione cōphēditur dolus futurus, Trētacinq. d. resolu. 1. n. 10 Nā in cōtractibus, & liberationibus generalibus nūq̄ videtur remissus dolus futurus. Bald. cons. 186. ad euidentiam. lib. 2. Signorol. cons. 110. num. 13. In remissione quippe generali, non censetur remissus dolus futurus: primum quia nō censetur de eo cogitatum: deinde

quia

quia remissio est contra ius publicum, vt quæ ad delinquendum inuitat, vt per Signorol. d. cons. 110. Sed quãdo in generali remissione censeatur remissus dolus preteritus: ita distinguitur, aut dolus commissus fuit ab eo, cui propter dolum nihil adest, & hoc casu remissus videtur, & ita procedit glo. in. d. l. actione. Aut verò ei, qui dolum commisit aliquid adest, & tunc dolus non videtur remissus. ita disting. Bart. in l. Aurelio. §. Caius. ff. de libe. legat. q̃ distinctio approbatur, vt per Socin. cons. 159. in præsenti consultatione num. 19. lib. 2. & in remissione generali, quando includatur dolus, dixi etiam lib. 2. renunt. 1.

18 Ex his facilè liquet, quando operetur clausula renuntiationis exceptionis doli mali, quæ quidem communiter in omnibus instrumentis apponitur Butrigar. de renunt. de benefic. exceptionis doli mali. Scapp. de iure non scripto. lib. 4. c. 33. num. 8. Atq; videtur apposita de consuetudine notariarum. Menoch. cons. 37. num. 159. lib. 5.

CXXII. RENVNTIATIO Doli re ipsa, seu l. si quis cum aliter, ff. de verb. oblig.

SVMMAE.

1 *L. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. dispositio.*
2 *Dolus re ipsa.*
3 *L. si quis cum aliter intellectus.*
4 *Dolus ex proposito, & dolus re ipsa æquiparantur.*
5 *Dolo re ipsa renuntiari an possit.*
6 *Remedij d. l. si quis cum aliter renuntiatio specialis esse debet.*
7 *Renuntiatio d. l. si quis cum aliter, non trahitur ad enormissimam læsionem.*
8 *Dolo re ipsa renuncians, videtur renuntiare graui læsioni.*

DOli exceptio datur non tantũ ei, qui per machinationem, & dolum ex proposito circũuẽtus fuit, vt supra docuimus, sed etiam cùm nullo intercedente dolo ex proposito, ipsa res in se dolum habet. tex.
1 est in l. si quis cum aliter ff. de verb. oblig. vbi in secũda parte de dolo re ipsa melius habetur, quã alibi, vt per Castren. ibi. Nam dicta lex duas partes habet. In priori parte agitur de dolo propriè sumpto, qui tempore contractus intercessit. In secunda dolus nullus interuenit tempore contractus, sed ipsa res in se dolum habet. Vnde prima pars loquitur de dolo propriè sumpto, eoq; interueniente in ipso cõtractu ex proposito
2 ac machinatione stipulantis. Altera autem loquitur de dolo re ipsa, qui non venit ex proposito, sed causatiuè propter læsionem, quæ ex ipso contractu sequitur. Ias. d. l. si quis cũ aliter. in prin. Dolus autem re ipsa dicitur, cùm enormis læsio in contractu intercessit absq; machinatione, & proposito stipulãtis, vt not. Ias. in d. l. si quis cum aliter. in 3. not. Nam doct. cõmuniter læsionem vltra dimidiam appellant dolum re ipsa ad differẽtiam doli ex proposito, & machinatione: siquidem dolus qui re ipsa cõmittitur non venit ex proposito contrahentium, sed fit ex ipsa læsione, Castren. d. l. si quis cum aliter. in prin. Cùm igitur interuenit læsio enormis, datur exceptio doli mali, & remedium huius l. Corne. cons. 189. col. 5. ver. cùm ex enormi. lib. 1. Atq; ita doct. communiter intelligunt dictam l. si quis cum aliter, in eius secunda parte. Verùm alij aliter sentiunt. Nam secundum eos in prima parte legis agitur de dolo propriè sumpto, qui tempore contractus interuenit ex machinatione stipulantis: In secunda dolus non intercessit tẽpore contractus, sed solum versatur dolus, cùm agitur ex stipulatione, quæ in se dolũ, hoc est iniquitatem habet. ita Pinell. in l. 2. par. 1. c. 1. nu. 8. C. de resc. vend. Nam in prima parte, secundum eum, fuit dolus à principio conuentionis: in secunda tempore iudicij, & ideo pariter aduersus agentem doli exceptio datur, exemplum autem secundæ partis colligitur ex l. 2. §. circa. ff. de
3 doli excep. Verùm si aduersatur doct. omnes cõueniunt circa intellectum d. l. in secundo casu. Namq; cùm in contrahendo intercessit verus dolus ex stipulantis proposito, hoc casu statim orta est doli exceptio; Vbi autem res ipsa, seu ipsa stipulatio in se habet dolum, hoc est iniquitatem, & læsionem, nulla stipulantis machinatione interueniẽte; hoc casu si postea ex dicta stipulatione agatur, actor verum dolum in agẽdo committit, oriturq; doli exceptio, quæ prius nata non erat d. l. 2. §. circa, cum l. seq. & ita pulcrè trad. Pau. de Cast. in d. l. si quis cum aliter num. 3. Vnde doli exceptio, de qua habetur in secundo themate d. l. si quis cum aliter datur aduersus stipulantem, non vt qui in stipulando dolo fecerit neq; ex præterito dolo, sed ex præsente, & orto tempore iudicij. Licet etenim stipulans in stipulando nullum admiserit dolum, tamen dolo malo facit ex hoc, quod ex ea stipulatione, quæ in se habet iniquitatẽ, & læsionẽ agat. Hinc, vt not. Bald. in d. l. si quis cum aliter, num. 2. duplex est exceptio doli. Prima est, quæ oritur in principio contractus, & stipulationis. Altera est. quæ in iudicio. Atq; doli exceptio oritur, nõ solum ex dolo commisso tempore contractus, verum etiam ex commisso tempore petitionis, vt not. Cuman. in d. l. si quis cum aliter in prin. & ibi not. & Ias. in 4. not. doli exceptionem interdum oriri a principio ex dolo tempore contractus adhibito; interdum etiam ex postfacto, nimirum ex dolo petitionis tempore admisso, per d. l. a. §. circa, & §. generaliter. Nam & Bart. in d. l. si quis cum aliter. in fi. voluit cessante læsione per renuntiationem, cessare quoq; dolum tempore petitionis. Ex quibus constat d. l. si quis cum aliter in primo themate, loqui de dolo adhibito in ipsa stipulatione, & promissione ex machinatione stipulantis: in secundo autem, de dolo admisso per actorem tempore iudicij. Quare d. l. hos casus æquiparat, quo ad dandam

doli exceptionem, quādoquidem nihil interest dolum intercedere tempore stipulationis, & promissionis, siue tempore petitionis. Nam vtroq; casu stipulans dolo facit. Neq; refert, doli exceptionem competere, siue ratione doli preteriti, siue præsentis, atq; orti tempore iudicij

4 Ex d.l. autem doct. colligūt dolum ex proposito, & dolum re ipsa æquiparari: quoniam pro vtroq; datur doli exceptio, quamuis cùm dolus est ex proposito, exceptio oriatur à principio tempore conuentionis, vbi verò promissio in se dolum habet, exceptio oriatur ex post facto tempore petitionis. Itaque illud certum est doli exceptionem dari ei, qui grauiter læsus fuit in promissione per stipulationem aduersus stipulantē ex ea stipulatione agentem, vt habetur in d.l. si quis cum aliter in secunda parte, ibi, idem est.

5 Quæritur modò an renuntiari possit huic exceptioni doli, & videtur non posse, nam dolus ex proposito, & dolus re ipsa æquirantur, d.l. si quis cum aliter. Præterea dolus re ipsa etiam in iure futuro dicitur presumptus, vt per doct. in d.l. si quis cum aliter. Cephal. cons. 34. nu. 25. Qui quidem dolus dicitur verus, & proprius. Bart. l. quod Nerua col. 4. ver. debetis scire. ff. depos. Curt. Iun. cons. 141. nu. 6. & quemadmodum renuntiari non potest dolo vero futuro, vt supra renunt. proxima dictum est, ita nec præsumpto. His accedit, quod renuntiari non potest læsioni enormissimæ, vt dixi renunt. 102. quæ dolus est, & ita per supradicta voluit Trentacinq. varia. resol. lib. 1. tit. de dolo. resolut. 1. n. 14. Contrariū tenet Bart. in d.l. si quis cum aliter in fi. Nam vt ipse inquit, ex eo, quod quis renuntiat dolo re ipsa, atq; beneficio de presenti, cessabit dolus tēpore petitionis. Potest quippe renuntiari exceptioni doli resultāti ex enormi lesione. Corne. cons. 214. num. 3. vers. & insuper lib. 3. cons. 133. num. 8. ver. & insuper lib. eo. & cons. 179. num. 3. lib. 4. & quod possit renuntiari dolo re ipsa voluit Bald. l. cū antea. col. 2. C. de arbit. sequitur Dec. in l. actione. nu. 4. C. de transact. & quamuis idem Bart. cons. 90. in fi. ver. quartò insurgit dubium. videatur contrariū tenere, vt per Aretin. & Ias. d.l. si quis cum aliter, tamen idem videtur velle. Nam in d. cons. 90. Bart. loquitur de eo, qui renuntiat doli exceptioni, siquidem hoc casu non censetur renuntiatum remedio huius l. vt idem tenet in d.l. si quis cum aliter in fi. Huiusmodi enim remissio non præbet delinquendi occasionem, proindeq; renuntiatio permittitur. Felin. cap. si diligenti. num. 31. versic. secundò intellige. de foro compet. Non obstat modò, quod dolus ex proposito, & dolus re ipsa equiparantur, quoniam æquiparantur solùm ex hoc, quod pro vtroq; datur exceptio doli, vt supra dictum fuit. Neq; potest dici dolus præsumptus, quoniam læsio enormis continet errorem, & ignorantiam, vt dixi renunt. 102. Ad id, quod dicitur renuntiari non posse læsioni enormissime respondetur, renuntiari quidem posse lesioni enormi, non etiam enormissime, vt alibi dixi. Non obst. quoq; argumentum ex l. doli vers. diuersum, ff. de nouatio. de quo per Bart. d. cons. 90. quoniam, vt inquit Aret. d. l. si. quis cū aliter, procedit, quoties irritatur obligatio ex fragilitate personæ contrahentis. Cùm igitur propter enormem læsionem detur aduersus agētem doli mali exceptio, ex d. l. si quis cū aliter, certè sublata lesione per renuntiationem, si quidem ei renuntiari potest, vt suo loco dixi, cessabit dolus tempore petitionis, atq; doli exceptio vt per Bart. d. l. si quis cum aliter. in fi. Quod & dicendum erit, vbi renuntiatum fuit enormi læsioni. Nam sublata lesione cessat dolus, atque exceptio doli.

6 Verùm renuntiatio huius remedij, vt valeat debet esse spetialis, puta remedij, l. si. quis cum aliter. cum sim. vt per Bart. ibi, neq; secundum eum sufficit renuntiatio simplex exceptionis doli, quandoquidem hoc casu non censetur renuntiatum remedio huius l. idemq; tenet d. cons. 90. sequitur Corne. dictis consilijs 214. col. pen. vers. nec obstat quod. cons. 133. col. finali vers. nec obstat. & cons. 179. col. fin. tametsi contrarium voluerit Alex. cons. 42. num. 13. versic. nono, quia lib. 1. Nam clausulæ generales, quæ apponuntur ex stylo notariorum, non habent locum, vbi interuenit dolus re ipsa. Ios. Ludo. decis. Perusi. 18. num. 66. & 68.

7 Preterea intellige, vt renuntiatio huius remedij minimè trahatur ad enormissimam læsionem. Corne. cons. 189. col. fin. ver. nec etiam obstat lib. 1. sed vide etiā quæ dixi renunt. 102.

8 Itaq; qui renuntiat dolo re ipsa perinde est ac si renuntiaret graui læsioni, quoniam res ipsa, siue promissio tum in se dolum habet, cùm continet iniquitatem, seu læsionem, gl. in d. l. si quis cum aliter. Nam dolus hic accipitur pro læsione & damno absq; dolo ex proposito. Vbi verò renuntiatur remedio huius l. quæ quidem tribuit doli exceptionem aduersus agentem, propter dolum re ipsa, tunc licet directè renuntiari non possit doli exceptioni, vt dixi renuntiatione proxima; tamen indirectè renuntiatur. Siquidē qui vult renuntiare huic doli exceptioni, quæ datur propter læsionem, videtur velle renuntiare lesioni, quæ est suum necessarium antecedens, l. ad rem mobilem, ff. de procurat. renuntiatione autem læsionis, haud dubiè tollitur doli exceptio, quæ est suum consequens, vt per Bart. d. l. si quis cum aliter in fi.

CXXIII. RENVNTIATIO, Exceptionis simulationis.

SVMMAE.

1 *Simulatio quid.*
2 *Tit. C. plus valere quod agitur.*
3 *Simulationis exceptioni renuntiari an possit.*
4 *Renuntiatio simulationis exceptionis cur nō valeat.*
5 *Renuntiatio simulationis ex interuallo facta.*
6 *Simulatio apparens verè, vel præsumptiuè.*
7 *Iuramentum an tollat exceptionem simulationis.*

8 Iura-

8 Iuramentum simplex appositum post renunciationem simulationis.
9 Iuramentum promissorium, & iuramentum assertorium.
10 Iuramentum promissorium, an excludat exceptionẽ simulationis.
11 Iuramentum assertorium, an simulationis exceptionẽ tollat.
12 Iuramentum assertorium: cur tollat simulationem, promissorium non item.
13 simulatio propria.
14 Simulatio impropria.
15 Simulatio super facto:
16 Iuramentum an operetur, quando constat de simulatione.
17 Iuramentum assertiuum tollit exceptionem simulationis.

SImulationis materia, vt monet
Bal. in l. pri. num. 5. C. plus
1 val. quod agitur, vtilis est, &
quotidiana. Est autem simulatio imago quędam veri
superficium tantum habens,
atque medulla carens. Bal.
l. & qui C. de distract. pign.
Rimin. Iun. cons. 62. num. 6. lib. pri. & dicitur
vmbra sine effectu. Cuman. cons. 155. num. 2.
Hinc contractus simulatus dicitur coloratus, seu
depictus extrinsecus, cum intrinsecus careat substantia l. ab Anastasio vbi not. Bal. C. mandat.
atq; est tamquam corpus carens spiritu, siquidem
consensus remotus est ab actu Bal. d. l. prima nu.
7. vers. primo casu. Paris. cons. 54. num. 26. lib.
primo. Socin. cons. 65. num. 14. lib. primo. & cons.
264. num 4. lib. 2. Ias. cons. 170. num. 3. lib. 2. Nam
simulatio propriè loquendo dicitur quoties partes nihil agunt, idest ex eo, quod figuraliter agũt
nullum ius transfertur Bal. l. cum precib. C. de
probat. Et in l. si ex pretio C. si cert. pet & in rubr. C. depos. vbi inquit exceptionem simulationis ita demum obstare, si nihil in veritate agitur,
vel agitur aliquid inualidum, seu ineptè, secus
vbi aliquid verè agitur, in quo fundari potest
substantia contractus, licet caderet in speciem
alterius obligationis l. Lucius secunda, & ibi
Bart. ff. depos. & exceptio simulationis illa dicitur, quando promissio est facta simulatè ob causam non veram, vel minus iustam, & ita loquitur
tit. C. plus valere, quod agitur. Etenim simulatio
propriè dicitur, quando promittitur spe alicuius
futurę causæ, quæ postea non sequitur, alia tamen
causa in instrumento exprimitur, vel quando
pretextu alicuius præteritę, vel præsentis inhonestæ causę, vel quando verè nihil agebatur. Verùm si promittitur ex vna causa vera, & honesta,
ex alia tamen causa, tunc sanè non obstaret exceptio simulationis Bartol. in l. si sub specie, & ibi Ro
2 man. num. 72. C. de postul. Quod autem dicitur
in tit. C. plus val. quod agitur. non simpliciter verum est valere id, quod agitur, & si aliud in instrumento conceptum fuerit: sed ita accipiendũ
erit, vt scilicet valeat quod actum est, si modò, &
sine instrumento per se valere potuisset. Quod
si sine instrumento per se valere non potest, multo minus valebit, si simulato instrumento aliud
conceptum fuerit; Et in dicto tit. dicitur plus
valere, quod actum est, vt intelligamus si quod
actum est sine scripto valere potuisset futurum,
vt si scriptum simulatum accesserit, etiam nunc
valeat potius, quàm scriptum, & ita intelligitur
dicta rubr. C. plus val. quod agitur. Contractus
ergo simulatus nullus est ipso iure, quippe quia
deficit in substantia Bart. l. post contractum col.
secunda ff. de donat. l. filio C. de reuoc. ijs, quę in
fraud. cred. & l. iusiurandum §. procurator ff. de
iur. iur.
3 Sed videamus, an renuntiari possit exceptioni simulationis, cuius quidem renuntiatio quotidie in contractibus apponitur Rom. in l. si quis
cum aliter in fin. ff. de verb. oblig. In qua re Bart.
in l. nemo potest num. 11. ff de leg. primo. concludit renuntiationem exceptionis simulationis nõ
valere. Nam renuntiatio ne possit opponi simulationis exceptio, in eodem contractu apposita
non valet. Bartol. in d. l. nemo potest, vbi Alex.
Ias. Rip. cum Comàn. Bolognet. & alijs idẽ Bart.
cons. 65. factum tale in fin. & cum Bart. tenent
omnes Ias. d. l. nemo potest num. 41. Abb. Butr. &
Imol. in c. cum contingat de iur. iur. Castr. in l. fin.
nu. 5. C. plus val. quod agitur. & in l. si fallum C.
si quis alter. vel sibi. Rom. in d. l. si quis cum aliter
colum. fin. Socin. cons. 264. col. 6. vers. ex quibus
concluditur lib. 2. Felin. in c. si diligenti num. 28.
vers. nonum corrolarium de for. compet. Ruin.
cons. 137. num. 8. lib. 4. Paris. cons. 54. num. 33.
cons. 55. col. fin. lib. primo. Gabr. cons. 31. nu. 25.
lib. primo Curt. Iun. cons. 110. num. 15. Anton.
Canar. de execut. instrument. num. 30. Viu. opin.
425. num. 5. Grammat. decis. 76. num. 15. in fin.
Cepoll. de simul. contract. præsumpt. 26. nu. 179.
Rebuff. in constit. Galliæ tract. de restitu. art. primo. gloss 8. num. 9. Franc. Marc. q. 485. num. 11.
Mascard. de probat. conclus. 447 num. 24. Quam
sententiam communem esse testantur Vasqu. de
success. creation. lib. primo. §. 9. num. 17. & 31.
Paris. d. cons. 54. & 55. Rip. d. l. nemo potest nu.
68 vers. secunda conclusio, & ibi Crot. num. 27.
Trentacinq. var. resol lib. primo tit. de simular.
resol. prima num. 4. Farinac. de falsit. & simulat.
q. 162. p. prima nu. 17 ampliat. 4. Imo secundum
eum ibi huiusmodi renuntiatio magis arguit simulationem, si de ea apparere potest.
4 Ratio cur renuntiatio exceptionis simulationis nulla sit, atq; inefficax triplex adfertur à
Bart in d. l nemo potest. Et prima est: nam contractus simulatus cum deficiat in substantia, dici
non potest contractus l. imaginaria ff. de reg. iur.
l. simulatę ff. de rit. nupt. l. emptor. ff. de aqu. pluu.
arcen. sequitur Roman. d l. si quis cum aliter. col.
fin. simulatio quippe facit, vt deficiat consensus,
qui est substantia contractus l. prima ff. de pact.
quare non possunt efficere contrahentes, vt contractus valeat absq; consensu Bolognet. d. l. nemo
potest num. 138. Hinc exceptio simulationis nõ
censetur exclusa à statuto reijciente omnes
ex-

exceptiones Carol. de Grass. tract. de except. ad
form. stat. except. 12. Nam secundum eum ibi
num. 2. & num. 6. consensus defectus facit, vt
instrumentum simulatum non dicatur instrumē-
tum. Deinde renuntiatio simulationis excep-
tioni facta in eodem contractu continet repu-
gnantiam, siquidem contrahentes conuenire
videntur, quod contractus habeatur pro simu-
lato, & pro non simulato Bart. d. l. nemo potest,
& ibi Cuman. num. 3. Bologñet. num. 138. & alij.
Roman. d. l. si quis cum aliter col. fin. Et quam-
uis Ias. in d. l. nemo potest, improbare videatur
hanc rationem, tamen Rip. ibi respondet addu-
ctis per Ias. His accedit, cum simulatus sit con-
tractus, simulata quoq; erit renuntiatio, & pro-
inde nulla. Bart. d. l. nemo potest, & ibi alij.
Vnde si apponatur contractum esse simulatum,
non poterit de renuntiatione excipi, quia repli-
cari poterit eam quoq; esse simulatam gloss. in l.
si patronus. §. patronum. ff. si quid in fraud. pa-
tron. Bald. l. si diuersa C. de transact. Paris. cons.
86. num. 25. lib. 3. cons. 53. num. 13. & cons. 55.
n. 25. lib. 1. Rol. cons. 100. n. 135. lib. 4. Socin. Iun.
cõs. 77. n. 51. lib. p. cons. 62. n. 6. lib. 2. Rebuff. d.
gloss. 8. num 9. Roman. d. l. si quis cum aliter col.
fin. Decian. cons. 104. num. 34. lib. 2. Mascard. de
probat. conclus. 1265. num. 23. Carol. de Grass. d.
except. 12. num. 22. Praeterea lex praesumit quod
qua ratione quis inductus fuit ad simulatè con-
trahendum, eadem quoq; inductus fuerit ad re-
nuntiandum arg. l. doli vers. diuersum. ff. de
nouat. ita Roman. in l. si sub specie num. 56. C. de
postul. Cum autem renuntiatione, non tollatur
simulationis exceptio, tolli etiam non poterit
per statutũ Bald. cõs. 114. praemittẽdũ col. 2. lib. 4.

Intellige tamé, vt renũtiatio simulationis ita
demum simulata praesumatur, si in instrumento
appareant coniecturae, ex quibus contractus
praesumatur simulatus Mascard. de probat. con-
clus. 447. num. 27.

5 In renuntiatione autem, non in eodem con-
tractu, sed ex interuallo facta, diuersum obtinet,
quoniam ex interuallo validè exceptioni simu-
lationis renuntiari potest Bart. d. l. nemo potest
num. 11. per text. in l. 2. C. quod met. caus. in l. 4.
§. si ab ignoto. ff. de manumiss. quem text. ad id
adnotat Bal. in l. p. q. 10. C. si seru. exer. & ita
tenet Felin. d. cap. si diligenti num. 28. Alex. d. l.
nemo potest nu. 6. & ibi Rip. nu. 72. vers. istam
conclusionem. Roman. d. l. si quis cum aliter in
fin. & in l. si sub specie nu. 57. C. de postul. Rolan.
cons. 83. num 40. lib. 2. Ruin. cons. 66. num. p. lib.
4 Mascard. d. conclus. 447. nu. 46. & cõclus. 1265.
num. 27. Caepoll. de simulat. contract. praesumpt.
26 num. 179. Tennin. cautel. 137. num 21. &
caut. 251. num. 3. Franc. Marc. q. 483. num. 11.
Bologn. d. l. nemo potest num. 148. & ibi Rip.
num. 172. Trentacinq. dicta resol. prima num.
5. Farinac. de falsit. & simulat. q. 162. p. pri-
ma num. 26.

6 Sed quod dictum est, renũtiationem factam
exceptioni simulationis nihil operari, intellige
ita procedere, si de simulatione apparet, verè, vel
praesumptiuè; siquidem quoties de ea non ap-
paret, tunc renuntiatio non inducit simulationis
praesumptionem, facitq; vt ea non apparens mi-
nimè opponi possit Mascard. de probat. in verb.
contractus conclus. 447. num. 25. & 27. sequitur
Farinac. d. q. 162. num. 25. ver. limita p.

7 Verùm illud valde ambiguum est, an iura-
mentum tollat exceptionem simulationis. Quę
dubitatio quotidiana est, & ardua, vt inquit
Abb. in c. cum contingat num. 18. vers. annecto
nunc de iur. iur. & est passus quotidianus, &
vtilis, vt monet Alex. in l. nemo potest num 17.
ff. de leg. p. In hac igitur quaestione attendi de-
bet potissimum forma iuramenti vt docet Alex.
in l. Seius num 13. vers. sed putat. ff. ad l. falcid.
8 ex sententia Imol. ibi. Nam aut quis primùm
renuntiauit exceptioni simulationis, deinde
adiecit in fine instrumenti iuramentum simplex
de obseruando omnia, & singula in eo contenta,
& de non contraueniendo &c. & hoc casu non
poterit obijci exceptio simulationis, alias ve-
niret contra iuramentum Alex. d. l. Seius nu. 13.
post Imol. ibi. Verùm hanc sententiam impro-
bat Ias. in l. 2. col. fin. vers. intellige nisi. ff. de
iur. iur. Et primò cum deficiat consensus, iura
mentum nihil operatur l. fin. C. de non num. pec.
deinde qua ratione quis inducitur ad simulatè
contrahendum, & iurandum, eadem idem in-
ducitur ad renunciandum, ergo neutrum debet
obesse arg. l. doli vers. diuersum. ff. de nouat. &
9 iam dictum est supra. Aut vero non fuit renun-
tiatum simulationis exceptioni, sed in fine in-
strumenti in clausulis executiuis appositum fuit
iuramentum, & hoc casu rursus: aut iuramentũ
est promissorium, cum scilicet quis simpliciter
iurat omnia, & singula in istrumento contenta
obseruare, & non contrauenire &c. aut vero iura-
mẽtum est assertiuum, seu assertorium, videlicet
cum quis iurat omnia, & singula vera esse &c.
Bal. cons. 398. quaestio talis. nu 3. vers. conclusio
lib. pri. Namq; iuramentum secundum Card.
in clement. pri. de iur. iur. q. pri. est animae obli-
gatio ad aliquid asserendum, vel obseruandum
10 Deum in testem vocando. Videamus igitur
circa iuramentum promissorium, an illud tollat
exceptionem simulationis, & sanè dicendum
est iuramentum non excludere exceptionem
simulationis, quoniam iuramentum non fir-
mat contractum simulatum, & est nullum gloss.
est in l. emptione C. plus val. quod agitur.
quae quidem singularis est in iure, vt per Ang.
ibi. Abb. in c. ad nostram col. p. de iur. iur. Ias.
in l 2. col. fin. vers 6. & vltimo. ff de iur. iur. Go-
mez. in l. 45. Taur. nu. 27. & non est alibi secundũ
Ang. in l. p. in fin. C de doc. caut. non num. & quã
glossam auream vocat Franc. Curt. in auth. sa-
cram. pub. nu. 65. vers. quinto limito. C. si aduers.
vend. notabilemq; inquit Imol. in d. l. Seius num.
3 & Caepoll. de simulat. contract. presump. 7. nu.
108. atq; est communiter approbata, vt inquit
Alc. in c. cum contingat. num. 188 vers circa se-
cundam speciem, de iur. iur. Mouetur autem d.
gloss. hac ratione, nam huiusmodi iuramentum

est

ftecontra legem, ergo feruari non debet l. non dubium C.de legib. l. fi ancillam C.de contrah. empt. Sed hæc ratio non eft bona, vt rectè aduertit. Alc.d.num.188.& mox dicam.

11 Circa fecundam fpeciem iuramenti, cum quis iurat omnia, & fingula in iftrumento contenta vera effe &c. Dicendũ eft iurantẽ nõ poffe opponere fimulationis exceptionem DD. in l. nemo poteft vbi Alex.num. 16. verf. fecus dicit Imol. num. 2. Crott. in repetit. num. 47. verf. fallit tamen .ff. de leg. primo, & inferius dicam.

12 Ratio diuerfitatis, cur iuramentũ affertiuum tollat fimulationis exceptionem, iuramentum verò promifforium non item, illa eft, quoniam iuramentum, quo quis promittit nõ cõtrauenire in contractu fimulato appofitum, fimulatum eft, ficut ipfe contractus. Ang. in dicta l. emptione vnde, ficut deficit confenfus in cõtractu fimulato, ita is deficere quoq; videtur in iuramento, quod illi accedit. Illud autem certum eft quod iuramentum non operatur, nifi quatenus confenfus fit præftitus dicta l. fin. Bart. in l. fi quis pro eo nu. 15. ff. de fideiuffor. ou llãq; vim remoto confenfu obtinet Crauett. conf. 144. num. 16. & conf. 192. nu. 6. quam rationem approbat Abb. in c. cum contingat num. 18 & ibi alij de iur. iur. Iuramentum fanè promifforium contractui fimulato adiectum cenfetur fimulatum, ficut ipfe contractus dicta l. fin. gloff. fing. in dicta l. emptione, & ibi Ang. Franc. Curt. in auth. facrã. pub. nu. 65. verf. quinto limito C. fi aduerf. vẽd. vbi inquit id effe perpetuò notandum. Imo huiufmodi iuramentum cum non habeat confenfum, dicitur carere anima, vt inquit Caftr. in l. fi quis pro eo ff. de fideiuffor. quem refert Iaf. in l. 2. col. vltima. ff. de iur. iur. At veniens contra iuramentum affertiuum detegit fe periurum, & cum iurauerit omnia, & fingula vera effe, debet, dum fimulationẽ opponit, repelli tamquam periurus, atq; allegans turpitudinem fuam. Bar. in l. ius iurandum, quod ex conuentione. §. procurator, num. 3. ff. de iur. iur. habetur in c. inter dilectos de donat. Abb. Butr. & Alciat. in d. cap. cũ contingat. DD. in d. l. nemo poteft in 4. q. Bart. & ibi Iaf. in lect. p. nu. 46. verf. ratio huius decisfionis Imol. in c. ad noftram de empt. & vendit. & in l. Seius num. 3. ff. ad l. falcid. vbi inquit, quod opponens fimulationem, dicitur venire contra iuramẽtũ, ex quo iurauit omnia in inftrumento contenta, fequitur ibi Alex. nu. 13. Petrucc. in l. prima nu. 286. ff. de iur. iur. ex quibus rectè fit, vt qui fimulatè iurauit obferuare contractum fimulatum excufetur à periurio, quoniam deficit confenfus, fecus fi iurauit omnia, & fingula in inftrumento contenta vera effe, quoniam hoc cafu periurauerit. Decian. tract. crimin. lib. 6. c. 11. num. 29.

Duplex igitur regula conftitui poteft. Prima eft quod iuramentum promifforium fimpliciter in contractu fimulato appofitum nõ tollit exceptionem fimulationis, fi de ea appareat varè, vel præfumptiuè, & hanc regulam tradit Farinac. tract. de falfit. & fimulat. q. 162. num. 67 & ad id eft gloff. in d. l. emptione, vbi voluit iuramentum fimulato contractui adiectum, vti nullum non obftare, neq; operari Butr. d. cap. cum contingat num. 16. verf. hæc vera in quantum. Angel. in d. l. emptione. Imol. in d. l. nemo poteft nu. 2. verf. item adde vbi Gutter. num. 383. Iaf. in l. 2. col. fin. ff. de iur. iur. & in d. l. nemo poteft num. 44. Gomez. in l. Taur. 45. num. 27. Cæpoll. de fimul. contract. præfumpt. 7. nu. 109. Rimin. Iun. conf. 467. num. 60. cum feq. lib. 4. conf. 565. num. 42. lib. 5. Trentacinq. var. refol. lib. p. tit. de fimulat. refol. p. num. 6.

Verùm iuramentum promifforium fimplex limitari debet fecundum intellectum partium l. fin. C. de non num. pec. vnde fufficere videtur, vt is, qui fimpliciter iurauit non veniat aduerfus id, quod verè geftum eft, fiquidem hoc cafu obijci non poterit fimulationis exceptio. Imol. d. l. Seius nu. 3. verf. fi autem fimpliciter, fequitur ibi Alex. num. 13. verf. refert etiam hic.

Et quod dictum eft fatis effe, vt obferuetur quod verè geftum eft, quafi quod ad id iuramentum ipfum referatur, non etiam ad id, quod fimulatè concipitur, intellige procedere quando id, quod tacitè, & verè agitur per fe validum eft abfq; iuramento, hoc fanè cafu iuramento nõ obftante, allegari poterit fimulationis exceptio, & fatis erit fi impleatur contractus, qui tacitè, & non fimulatè agitur, non quidem ex vi iuramẽti, fed quoniam is contractus per fe validus eft Ruin. d. conf. 132. num. 16. verf. nec prædictis etiam obftat. Trentacinq. d. refol. p. num. 8. verf. quartus, & vltimus. Planè vbi conftat iuramẽtum interpofitum fuiffe ad effectum, vt feruetur folum id, quod verè agitur, non autem, vt impleatur id, quod fimulatè concipitur, tunc fanè iuramentum feruandum erit circa id, quod verè agitur Trentacinq. d. num. 8. vbi inquit iuramẽtum promifforium fimpliciter præftitum in dubio referri folum ad cautam expreffam, atq; ad contractum apparentem.

Sed vt intelligi poffit an, & quando iuramẽtum promifforium fimpliciter præftitum firmet

13 contractum fimulatum, fciendum eft, quod duplex eft fimulatio, fcilicet, propria, & impropria. Prima eft, cum inter partes agitur, quod aliquis contractus non intelligatur factus. Altera eft quoties verè agitur aliquis contractus, & alius fimulatur Bart. in l. emptor. ff. de aqu. pluu. arcẽ. & in l. poft contractum. ff. de donat. Primo cafu iuramentum nihil operatur, cum confenfus in totum abfit, nam ficut contractus eft fimulatus, fic & iuramentum erit fimulatè præftitum, & ita procedit, quod inquit gloff. & ibi DD. in dicta l. emptione, & declarat Ruin. conf. 132. num. 4. lib. 4. fequitur Trentacinq. dicta refol. p. nu. 6.

14 Altero cafu, cum verè fit aliquis contractus, fed alius fimulatur, iuramentum operatur, & obligat ad id, quod verè agitur, quoniam in eo partes confenferunt iuxt. fententiam Abb. in d. c. cum contingat, nam fecundum eum ibi quamuis allegari poffit fimulatio ad effectum, vt quis non

teneatur

teneatur obseruare id, quod est expressũ, tamen tenetur ad obseruantiam eius, quod tacitè, & verè actum fuit. Super hoc tamen aduertendũ erit, quod consuluit Ruin. d. consi. 132. num. 15. vers. sed tamẽ in casu nostro. Vbi secundum eum verba iuramenti solum referri debent ad ea, quę in instrumento exprimuntur, & ad contractum expressum, & apparentem, non autem ad eum contractum, qui tacitè agitur; siquidem is non videtur contineri in instrumento, neq; in eo exprimi, sed tacitè inest ex mente partium. Nam ecce vbi partes simulant contractum permutationis, cum tamẽ verè agant, vt sit contractus venditionis, ad hoc, vt euitent dispositionem statuti loquẽtis de retractu rei venditę; hoc sanè casu iuramentum de non contrauentendo solum refertur ad contractum permutationis expressũ, & non ad venditionem, quæ tacitè agitur, nisi aliter constet de mente contrahentium, vt paulo superius dictum est. Nec obstat quòd iuramẽtũ operetur, vt actus valeat omni meliori modo, & saltem obliget ad implementum contractus, qui verè agitur; quoniam mens iurantis fuit solum se adstringere ad obseruantiam contractus apparẽtis ad effectũ, vt tolleretur ea præsumptio, quòd scilicet senserit de alio contractu tacito, proindeq; simulatio detegi nõ posset Ruin. dicto cons. 132. num. 15. vers. nec obst. quod iuramentum. Minusq; obstat, quòd dicitur satis esse, vt obseruetur, quod verè gestũ est; quoniam, vt iam dictum est, id procedit quoties id, quod tacitè agitur, est per se validum absq; iuramento. Vbi igitur alius contractus agitur, & alius celebrari simulatur: tunc si de iure ex causa, quæ verè agebatur iusta fuit obligatio, non impeditur per simulationem acquisitio ex ea causa, quæ verè agebatur, l. emptĩ fides. C. de contrah. empt. vbi cum is, qui donare intendens, vendere habita fide de pretio simulauit: tũc reiecta pretij petitione perfecta erit donatio, & habetur in l. ex pretio. C. si cert. pet.

15 Præterea quod dictum est, iuramentum interpositum super contractu simulato non valere, procedit, quoties simulatio est super facto, quia tunc iuramentum nõ valet, & ita loquitur gloss. in dicta l. emptione, secus quando est veritas facti, sed est simulatio solum personæ, vt in l. 2. §. si ab ignoto. ff. de manumiss. ibi etenim valet iuramentum propter veritatẽ facti, ita declarat Ias. in l. 2. col. fin. ff. de iur. iur.

16 Quibus accedit, quod supradicta regula procedit, quoties iam constat de simulatione: siquidem hoc casu iuramentũ non operatur, neq; tollit exceptionẽ simulationis. Abb. in c. ad nostram notab. 3. & ibi alij de empt. & vendit. Ratio est, quoniam iam constat de vitio contractus, quod tolli nulla ratione potest, vt per Menoch. consi. 376. num. 29. diuersum est secundum eum, quando sumus in dubio an contractus sit simulatus, vel non, quia hoc casu iuramentum operatur, vt tollat simulationis præsũptionem.

17 Altera est regula, quòd iuramentum assertiuum tollit exceptionem simulationis, vndè is qui iurauit omnia, & singula in instrumento contenta vera esse &c. non poterit postea simulationis obiectionem, obijcere: quam regulam ponit Seraph. priuileg. iuram. 59. & ad limitationem prioris regulæ circa iuramentum promissorium trad. Farinac. d. q. 162. num. 83. limit. 6. tradunt Bart. in l. fin. lect. prima vers. quæro quid si in instrumento. C. de non num. pecun. Abb. in d. cap. cum contingat, & ibi Butr. num. 16. vers. hæc vera, & ibi Imo. Alex. in l. Seius nu. 13. vbi Imo. ff. ad l. falcid. cons. 36. viso themate nu. 3 vers. plus videtur, & cons. 132. viso instrumento lib. 2. Ias. in d. l. nemo potest lectura prima num. 46. vbi not. id esse valde vtile, & quotidianum in practica, & ibi Rip. nu. 75. Grammat. decis. 45. num. primo, & decis. 89. num. p. Ruin. cons. 32. num. 5. lib. 4. Afflict. decis. 60. vbi inquit hanc esse veram conclusionẽ Mancin. de iuram. p. 4. effect. p. q. 11. num. 5. Bauer. de virtute iuram. nu 116. vers. sexagesimo quarto. Gomes. in §. item si quis in fraudem num. 2. vers. & idem dicas Instit. de act. Socin. Iun. cons. 50. nu. 3. lib. p. Rol. cons. 47. num. 31. vers. nec habet obstare. lib. 4. Mascard. de probat. conclus. 447. num. 23. Mars. Sing. 474. contractus. nu. 2. vers. limita tamen. Cępoll. de simulat. contrac. præsumpt. 7. num. 109. vers. quod tamen intellige. Petrucc. in l. prima num. 286. ff. de iur. iur. Trentacinqu. var. resol. lib. pri. tit. de simulat. resol. p. num. 6. Nam vera, & communis est Doctorum sententia, quòd is qui iurauit in instrumento omnia, & singula in eo contenta vera esse & c. non potest opponere exceptionem simulationis Rol. cons. 93. num. 22. lib. p. Seraph. d. priuileg. 59. num. 8. vers. patet igitur, vbi inquit hanc esse communem opinionem, quod & inquit Alc. in dicto cap. cum contingat num. 180. vers. & communis conclusio est; Hancq; esse magis receptam sententiam testatur Osasch. decis. 42 nu. 6. vers & licet contraria opinio, & dixi lib. 5. c. 4. in num 64 vers. altero casu. Quamuis etenim recepta sit Doctorum conclusio, quod iuramẽtum non firmat contractum simulatum, vt supra dictum est, tamen ea limitatur, vt locum non habeat, cum quis iurauit in instrumento omnia, & singula in eo contenta vera esse. Rol. d. cons. 47. num. 31. vers. nec habet obstare. Nam huiusmodi iuramentum est de directo contra simulationem, negatq; eam factam fuisse, atque ideo excludi simulationis exceptionem. Bologner. d. l. nemo potest num. 146. Neq; supradictę regulę obstare videtur gloss. in d. l. emptione, quę voluit quòd iuramentum non confirmet contractum simulatum, quandoquidem ea procedit, quoties quis simpliciter iurauit non contrauenire Butr. in dicto c. cum contingat num. 16. vers. hæc vera in quantum.

Quę sanè regula vsq; adeò procedit, vt à dicto instrumento peti non possit absolutio, Doctores in dicta l. nemo potest, vbi Aret. reprehendit Imol. qui contrarium tenuit. Alex. d. cons. 132. Grammat. decis. 45. num. 5. Rol. dicto num. 31. vers.

vers. & in tantum est vera. Petruc. in l. prima nu. 286. ff. de iur. iur. Seraph. dicto priuileg. 59. num. 2. Iuramentum quippe assertiuũ excludit simulationis exceptionẽ, non obstante simulatione à iuraméto iuxt. verã cõclusionẽ Afflict. decis. 60. & secundum Ang. in dicta l. emptione, non expedit à tali iuraméto absolutionẽ petere, tametsi cautũ sit, si petatur, vt per eũ. Nã, vt inquit Aret. in d. l. nemo potest col. 6. vers. vltimò adde, eo ipso quod quis petit se à iuraméto absolui, quia falsum, se periurum allegat, atq; turpitudinem suam, vt per eum. Alex. d. cons. 132. num 3.

Sed contrarium tenet Imol. nimirum, vt à tali iuramento peti possit absolutio, sed vide Alc. in d. cap. cũ contingat nu. 184. vers. aduerte. Farinac. d. q. 62. nu. 72. & 89. Et vide quæ dixi lib. 5. c. 4. num. 65. vers. quintò non procedit.

Non procedit supradicta regula in iuramento ex interuallo apposito, Cæpoll. de simulat. contrac. præsumpt. 7. num. 110. vers. item intellige. Farinac. d. q. 162. num. 73. Nam quando prius factus fuisset contractus, deinde ex interuallo istud iuraméntũ interuenisset, tunc vidẽtur partes à contractu vero recessisse, & per iuramẽtum voluisse quòd contractus simulatus valeret. Alciat. in d. cap. cũ contingat nu. 192. limit. 3 arg. l. 2. C. quod met. caus. Siquidẽ ex iuramento, quod interuenit ex interuallo, censentur partes recedere à simulatione, & velle, vt valeat contractus simulatus, q; facere possunt, cũ posterior voluntas præualeat Bart. in l. pacta nouissima C. de pact. & in l. cũ seruus ff. de cõdit. & demõstr. & faciũt, quę alibi dicta sunt de renũtiatione ex interuall. appos.

Præterea supradicta regula non procedit respectu tertij, vel hæredis, qui non iurauit, namq; hi non prohibẽtur opponere simulationis exceptionem Osasch. decis. 42. nu. 7. Menoch. cons. 39. nu. 75. l. nemo potest nu. 393. Farinac. d. q. 162. nu. 71. Trentacinq. d. resol. p. num. 6. vers. tertiò non procedit. Gutier. in d. l. nemo potest nu. 387. vsq; ad num. 393. dixi lib. 5. c. 4. num. 65 Farinac. dicta q. 162. num. 70. Bolognet. d. l. nemo potest nu 147. vers. secundam Alc. d. cap. cum cõtingat num 188. vers. quarta declaratio.

Non procedit etiam quando simulatio fuit detecta Farinac. d. q. 162. nu. 87. vbi inquit hanc declarationem esse cõmuniter receptam, veluti quãdo probationes super simulatione iam essent receptæ Alex. in d. l. nemo potest num. 57. & ibi Bolognet. nu. 147. idẽ Alex. in d. l. Seius, & cõs. 89. lib. 2. Felin. in cap. si diligenti num 28. de for. compet. & dixi d. cap. 4. nu. 65. vers. limita tertiò Vel quando quis fuit admissus ad probandum simulationem, & turpitudinem Paris. cons. 54. num. 91. lib. p. Mascard. in d. conclus. 447. num. 40. Natt. cõs. 305 num. 9. lib. 2. Bauer. de virtute iuram. nu n. 116 Etenim post detectam simulationem licitum est eam allegare Petruc in l. p. nu. 286. ff. de iur. iur. Gutier. in d. l. nemo potest nu. 397. Alciat. d. c. cum cõtingat. num. 188. Trentacinqu. d. resol. p. n. 6. vers. hęc cõmunis opinio tit. de simulat. Sed an sufficiat sola protestatio ne probationes admittãtur vide Mancin. de iuram. p. 4. effec. p. q. 11. num. 51.

Sed & is qui iurauit potest allegare turpitudinem suã, cũ ostendit aduersariũ carere actione Anchar. c. inter dilectos de donat. Paris. cons. 54. num. 86. lib. primo.

Limita etiam, vt opponi possit simulatio, non obstante iuramento replicando, vt dixi d. c. 4. num. 65. vers. limita secundò Minusq; procedit quoties iurãs repeteret solutum virtute simulati contractus Guter. d. l. nemo potest num. 398, Trentacinqu. d. resol. p. num. 7. vers. quartò non procedit, & dixi dicto num. 65. Non procedit quoq; dicta, regula si denũtiaretur per viam denuntiationis euangelicæ, vt dixi d. nu. 65 vers. quartò non procedit, & tradit Trentacinq. dicta resol. prima. num. 7. vers. quintò non procedit. Declara etiam prædictam regulam procedere in contractu simulato, nõ autem in contractu vero, sed in fraudem vsurarum Bal. d. l. emptione num. primo. sequitur Farinac. dicta. q. 162. nu. 76. limit. 3. Postremò non procedit supradicta regula, quando simulatio interuenisset ex parte iurantis tantũ, quia tunc iuramentũ valet, atq; interpretatur secundũ mentẽ recipientis Alciat. dicto. cap. cum contingat. num. 194. vers. quartò limitatur.

CXXIV. RENNTIATIO

Exceptionis non numeratæ pecuniæ.

SVMMAE.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ duplex.*
2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ priuilegiata est in mutuo, & in dote.*
3 *Ratio cur in mutuo, & in dote exceptio non numeratæ pecuniæ sit priuilegiata.*
4 *Mutui causa,*
5 *Facilitati debitoris in causa mutui occuritur auxilio exceptionis non numeratæ pecuniæ.*
6 *Exceptioni non numeratę pecuniæ, quæ non est priuilegiata, renunciari an possit.*
7 *Exceptio non numeratæ pecuniæ priuilegiata. an renuntiatione tollatur.*
8 *Renuntiatio exceptionis nõ numeratæ pecuniæ quid operetur.*
9 *Pactum de non petenda numeratione.*
10 *Confitens se reuera recepisse.*
11 *Renuntiatio exceptionis nõ numeratæ pecuniæ cum iuramento.*
12 *Iurans soluere pecuniam mutuatam, vel mutuum reddere.*
13 *Renuntians cum iuramento exceptioni non numer. pecu quibus remedijs se tueri possit.*
14 *Renuntiatio exceptionis ex interuallo facta*
15 *Confessio, & renuntiatio operatur præsumptionem iuris, & de iure.*
16 *Renuntians cum iuramento exceptioni non numeratæ pecuniæ poterit repetere, & agere.*

F Inter

INTER contractus simulationes
de quibus supra dictum est con-
numeratur etiam exceptio non-
nummeratæ pecuniæ. Ias. in.l.
qui pecuniam col. prima. ff. si
cert. pet. Menoch. de præsumpt.
lib. 2. præsumpt. 48. num. 5 Hęc
1 autē exceptio duplex est vulgaris scilicet seu nō
priuilegiata, & ea quæ est priuilegiata seu, ano-
2 mala. Priuilegiata est hęc exceptio in mutuo,
& in dote, in quibus vtimur iure singulari. In
alijs autem contractibus vtendum est iure com-
muni: Nam confessio in uniuersum statim præ-
iudicat nisi contrariū probetur. Gloss. fin. Instit.
de litterar. oblig. Bald. in contractibus num. 4.
C. de non numerata pecun. Felin. c. si cautio nu.
45. & 54. de fid. instrum. Idq; generale est, vt
extra causam mutui vel dotis ex confessione dę
recepto numeratio pecunię probetur Mascat.
de Probat. conclus. 1115. num. 14. Potestq; quā-
docunq; opponi exceptio non numeratæ pe-
cuniæ. l. puræ in fin. ff. de excep. doli. Qua sane
opposita tenetur deinde excipiens probare pe-
cuniam minimè numeratam fuisse, cum & aliàs
semper teneatur reus probare exceptiones op-
positas. l. in exceptionibus. ff. de probat. Bald.
d. l. in contractib. l. pecunię. C. de solut. Verùm
ea exceptio, quę est priuilegiata habet quędā spe
cialia, vt scilicet proponi nō solū possit in modū
exceptionis; verum etiam in modum actionis
Castr. in rub. C. de non numerata pecun. Prę-
terea illud est speciale in ea, vt sit temporalis,
atq; competat debitori intra biennium, cum
reliquæ ferè sint perpetuę dicta l. puræ. in fin.
Sed cum dicitur exceptionem non numeratæ
pecuniæ intra biennium locum habere, id ita
accipi oportet, vt debitor intra biennium oppo-
nens non teneatur probare non fuisse factam nu-
merationem, secus post biennium; Quoniam
tunc auditur debitor volens probare pecuniam
non fuisse solutam. Gloss. in. l. in contractibus
in verb. nullo modo, & ibi Bald. C. de non num.
pec. & est cōmunis opinio, vt per Natt. consil.
305. num. 3. Cum in cæteris contractibus sem-
per opponere possit hanc exceptionem probādo
aduersus suam confessionem. Bald. in l. si ex cau-
3 tione. q. 9. C. de non num. pec. Ratio differen-
tiæ illa est, quia in mutuo, & in dote sæpius
contingit cautionem emitti spe futurę nume-
rationis Rebuff. tract. de Chyrogragh. & Schedul.
num. 35. Rei sanè familiaris angustia, & libido
matrimonium contrahendi facit, vt præsumatur
facilitas confitentis, se recepisse, quod non re-
cepit, siquidem in mutuo, confessio debitoris
non præiudicat statim confitenti, propter facili-
tatem indigentis pecuniarum, qui de facili
confitetur, vt id pecuniarum, quo indiget à cre-
ditore corradat. Quę facilitas cōsideratur quoq;
in confessione ex causa dotis, quæ quidem ema-
nata præsumitur ex facilitate, & magno deside-
rio contrahendi matrimonium. Port. Instit. de
litter. oblig. num. 13. Pecuniarum quippe in-
digentes, manibus, pedibusq; conantur, vt mu-
tuas pecunias, quib. egent sumant, proindeq;
spe futurę numerationis facilè captantur. Quod
& obtinet in ijs, qui anguntur desiderio matri-
monij; quoniam hi facilè confitentur spe fu-
turæ numerationis, vt tandē optatis amplexibus
4 fruantur. Atq; vt de causa mutui prius dicamus
solent creditores, mutuam pecuniam dantes,
quia beneficij causa nullaq; necessitate obstri-
cti dant, & ne sibi damnosum sit officium suum
ante omnia sibi prospicere, & petere à futuro
debitore, vt is prius cautionem exponat, &
tradat, qua agnoscat se illam summam rece-
pisse, vt sibi de pecunia reddenda rectè cautum
sit, ostenduntq; se aliter non numeraturos;
Debitor autem, pecunia indigens, cautionem
recusare non audet, sperans se deinde recepturū,
quod creditor promisit. Vnde exposita cautione
multa postea incidūt sine iniquitate creditoris,
siue ex alijs accidentibus, quominus non nu-
5 meretur pecunia Lex igitur huic facilitati oc-
currere volēs optima ratione induxit hoc bene-
ficium, quamuis imputandum videatur ipsi de-
bitori, quod facilis fuit ad cauendum se recepis-
se, quod non recepit, tamen id procedit in eo, cui
liberum fuit pecuniam non accipere. At eum
qui pecuniam accipere voluit qua maximè in-
digebat, & metuit, ne non acciperet, si recusaret
prius dare cautionem, certè necessitas rei fami-
liaris excusari debuit. Sic & aliàs semper excu-
sat necessitas l. si fideiussor. §. primo. ff. qui sa-
tisd. cogantur. l. 2. §. si quis tamen. ff. si quis cau-
tionib.
6 Exceptioni non numeratæ pecuniæ, quæ vul-
garis est, & non priuilegiata renunciari potest
cum id generale sit, vt exceptionibus compe-
tentib. renuntiare quis possit. c. ex parte &
ibi notat. de offic. deleg. & dixi super Re-
nunt. 34. Cessat porro his casib. qui sunt extra
causam mutui vel dotis. ratio facilitatis. Bald.
in l. pecuniæ in fin. C. de solut. Natt. consil.
196. col. 2. Atq; hæc procedunt in debitore.
Cæterum creditor confitens recepisse ex causa
solutionis, quod re vera non recepit inconti-
nenti sibi non præiudicat, sed post triginta
dies, quod temporis interuallum conceditur,
vt opponere possit exceptionem pecuniæ non
solutæ. l. in contractib. §. super cæteris. vbi Bald.
& Salic. C. de non num. pec. Quod notan-
dum esse, & de facto se habuisse inquit. Aret.
Instit. de litterarum oblig. in Gloss. debere
Rebuff. in constit. Galliæ. de Chyrograph. &
Schedul. num. 14. & Mascard. de probat. conclus.
1115. num. 15. cum seq. & num. 19. Nam licet
in confessione facta ad obligandum distingua-
tur inter causam mutui, & alias, vt dixi, tamen
in confessione, quam facit creditor ad debitoris
liberationem non distinguitur, ex qua causa esset
creditor, sed confessio creditoris ad liberandum
non statim pręiudicat, sed post triginta dies.
Verùm aliud postea statuitur pro debitore, vt
scilicet, transactis triginta diebus, non possit op-
poni exceptio à creditore, etiam si vellet pro
bare contrarium, nempe numerationem factam

non

nou fuisse. Ratin diuersitatis inter debitorem, & creditorem est fauor liberationis. Creditor quippe quietando liberat, cum debitor sua promissione se nbligat; Vnde sicut granatur in hoc creditor, ita æquum est eum in alio iuuari. Bald. & Castr. in dicto. §. super cęteris.

Huic quoq; exceptioni renuntiari poterit: quoniam in eo cessat ratio facilitatis, quæ consideratur in mutuo, & in dote. Natt. dicto consil. 596. col. 2. vers. quod si in oppositum. Quinimò in omnibus contractibus extra causam mutui vel dotis non est necessaria renuntiatio huius exceptionis, vt in deposito tradit Cęphal. consil. 603. num. 36. Etenim depositum præsumitur naturale, cum in eo renuntiatum fuit exceptioni non numeratæ pecuniæ Bald. consilio 236. visu instrumento num. 4. lib. 5.

Hactenus dictum est de confessione debitoris, vel creditoris extra causam mutui, vel dotis, nunc accedendum est ad exceptionem priuilegiatam in causa mutui; nam de exceptione non numeratæ dotis postea dicam. Rennnt. seq.
7 Quæritur igitur, an huic exceptioni in causa mutui renuntiari possit, in qua quæstione variæ fuerunt Doctorum sententiæ. Verùm communiter receptum est, renuntiationem huius exceptionis non obstare, quin is qui fuit confessus, possit exceptionem obijcere, & ita tenent Cyn. Bart. Bald. Salic. & alij in lege si ex cautione. C. de non numerat. pecun. Ias. in §. fuerat. num. 8. vers. tertiò principaliter. Instit. de act. in. l. qui pecuniam num. 2. ff. si cert. petat. Felin. cap. si diligenti num. 29. de foro compet. & in cap. si cautionum. 48. & ibi Abb. num. 8. de fide instrum. Aret. Instit. de literarum obligationibus in prin. num. 54. & ibi. Port. circa finem. vers. quæritur, & in. §. idem iuris. vers. capio quintum, Instit. de exceptio. Bald. consil. 197. lib. 3. Socin. consil. 80. col. pen. lib. primo Alciat. in cap. cum contingat num. 175. de iure iurand. in l. pacta quæ cōtra. C. de pactis. Corne. consil. 52. col. secunda lib. primo. Bald. consil. 196. Quædam mulier. lib. 3. Iur. Iun. in l. 2. §. fin. num. 2. ff. si cert. pet. Trigo. singul. 120. & hanc opinionem communem esse inquit Alex. consil. 35. lib. primo. consil. 179 num. 3. lib 2. Suarez. in. l. post rem iudicatam. num. 26. ff. de re iud. Couaru. variar. resolutionum. lib. 2. cap. 4. num. 3. Rebuff. de Chyrograph. & Schedul. art. 2. num. 27. Rimin. Sen. consil. 140. num. 31. lib. primo. Vasqu. de success. creat. lib. primo. §. 9. num. 22. Villalob. in Commu. verb. renuntiatio num. 2. & hanc esse communem Doctorum sententiam testatur Bellenci. in repet. c. si cautio. nu. 127. de fide instrum. Gutter. de contractibus iuratis. capitulo. 57. num. 10. Turzan. commun. opin. 76. Mascardus. de probat. conclus. 361. num. 19. & conclus. 695. num. 14. ampliat. 2. Coler. de processi. exequutiuis. parte prima. cap. x. num. 199.

Est igitur concludendum non valere hanc renuntiationem, tametsi tabelliones, qui communiter ignorant vim renuntiationū opponere soleant. Port. Instit. de litterarum oblig. circa fin. Non est tamen omittendum, quod ex dispositione statutorum Mediolani cap. 50. Creditor nō obstante renuntiatione exceptionis non num. pecuniæ, cogitur iurare se dedisse, vel debitor cogitur referre.

Quæ sane opinio ex eo suadetur, quod hac exceptione occuritur pręsumptæ facilitati eorū, qui pecunia indigent: Vnde qua facilitate debitor cogēre rei familiaris necessitate, cautionē facile dat creditori eadem met quoq; renuntiat exceptioni nō numeratę pecuniæ. l. doli. §. diuersum. ff. de nouat. Cyn. in l. in contractibus num. 3. C. de non numerata pecun. Etenim debitor qua facilitate confitetur, eadem quoq; renuntiat eodem tempore. Bart. Bald. Angel. Salic. & Fulgos. in l. si ex cautione. C. de non num. pecun. Alciat. in d c. cum contingat. num. 265.

Præterea hęc renuntiatio si valida foret induceret creditores, quorum odio datur exceptio ad fraudandum debitores, & ab illis indebitè extorquendum pecuniam, planè non numeratam, vel non totam, contra legem conuenire. ff. de pact. dotal. & l. illicitas. Sed & hæc exceptio, cum nō sit fauore debitoris, sed odio creditoris, quoniam debitor indigens pecunia dabit eam cautionē, quam voluerit creditor, nō potest ipse debitor illi renuntiare. Bart. in dicta l. si ex cautione. num. 11.

8 Et quamuis gloss. in dicta. l. si ex cautione & Azo voluerint renuntiationē operari saltem vt transferat onus probandi in debitorem, qui aliàs probare non tenetur, vt per Salic. in dicta lege si ex cautione. quam sententiam plures sequuntur, vt per Rebuff. de Chyrograph. & Schedul. art. secundo num. 30. tamen contrarium voluit Dec. in lege qui pecuniam in fin. ff. si cert. pet. Imo magis recepta opinio est, vt non obstante renuntiatione, debitor fundatam habeat intentionem eatenus pro se, quatenus creditor non probet contrarium. Felin. in capitulo si cautio, & ibi Io. Imol. de fid. instrum. vbi inquit hanc sententiā esse de iuris rigore veriorem, & ita tenent communiter Doctores, vt per Corne. cons. 293. num. 7. lib. 4. & quod debitor renuntiando exceptioni non numeratæ pecuniæ non propterea releuet creditorem à probatione numerationis, & quod omninò non valeat renuntiatio, tenent. Bart. Bald. & alij in dicta. l. si ex cautione, & ibi Salic. num. 7. & communem testatur Alex dicto consil. 179. nu. 3. Aret. Instit. de litter. oblig. in prin. num. 14. Abb. in dicto. cap. si cautio, & ibi Felin. nu. 49. Et quod renuntiatio huius exceptionis hodie nihil noceat debitori, communis est opinio, vt per Sicard. in dicta l. si ex cautione num. 10.

9 Amplia modo supradicta procedere, etiā si cū renuntiatione pactū factū esset de nō petēda numeratione. Bald. l. in cōtractib. q. 3. de non num. pecun. vel renuntiatū esset spei futurę numerationis, vt per eum d. loco. q. 4. Rebuff. tract. de Chyrograph. & Sched. art. 2. num. 29.

10 Amplia etiã, vt exceptio opponi possit, licet quis confessus fuerit, se re vera recepisse, non autem spe futuræ numerationis. Ias. in l. qui pecuniam. ff. si cert. pet. Mascard. de probat. conclus. 361. num. 18.

11 Limita non procedere si renuntiatum fuerit huic exceptioni cum iuramento. Bart. l. fin. C. de non num. pecun. Angel. in l. si ex cautione, & l. in contractib. C. eodem. Felin. in cap. si cautio, num. 50. ver. secundò intellige. de fid instrum. Ias. in l. qui pecuniam num. 5. ff. si cert. petar. Soc. dicto consil. 80. lib. primo Corne. consil. 61. num. 5. lib. 3. & est commun. Bursar. consil. 306 num. 15. Port. Instit. de litter. oblig. in fin. Marsil. Singul. 327. & est communis opinio, vt per Gutter. de contractibus iuratis. cap. 37. num. 10. Capell. Tolos. q. 375. Coler. de processib. exequutiuis d. cap. 10. num. 212. vers. fallit, secundò Bauer. de virtute iuramenti. num. 46, vers. 31. Sicard. dicta l. si ex cautione in fine, & ibi Emanuel. Costa. limitatione. 1. Malc. de probat. conclus. 361. num. 19. Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 89. num. 2 & priuileg. 60. num. 15. Humbert. authent. sacramenta puberum, nu. 64. C. si aduersus vendit. Suarez. in communib. verbo exceptionis Mascard. dicta conclus. 361 num. 22. & conclus. 695. num. 19. Petruc. in l. prima num. 157. vers. addatis ff. de iur. iurand.

Sed contrarium nempe, quod non valeat renunciatio etiam cum iuramento, voluit Aret. in. §. primo instit. de except. num. 37. ea potissimum ratione, quod creditor inuitaretur ad nó numerandum, & proinde ad delinquendum. l. conuenire. ff. de pact. dotalib. deinde per tex. in
12 l. fin. C. de non num. pecun. Iurans tamen soluere pecuniam mutuatam, vel mutuã reddere, nó poterit opponere exceptionem nó numeratæ pecuniæ, siquidem in hac promissione iuro me eã pecuniam rediturum, in est ex verbis conditio, nimirum si accepero. text. est in l. fin. C. de non num. pecun. & ibi gloss. quæ lex licet non exprimat super qua re interpositum fuit iuramentum, intelligi tamen debet secundum gloss. ibi, quod appositum fuit super promissione reddendi pecuniam, & ibi tenent comm. Doctores, & hæc est comm. sententia, vt testatur Gutter. de contractib. iuratis cap. 37. num. 1. Vbi igitur in iuraméto à debitore interposito intelligi potest conditio, puta si acceperit, vel si pecunia numerata fuerit, tunc iuramentum non tollit exceptionem non numeratæ pecuniæ, vt per DD. in dicta l. fin. secus autem vbi in iuramento non potest intelligi ea conditio, quoniam tunc iuramentum tollit exceptionem, vt cum apponitur in renuntiatione, & similibus, vt per DD. in dicta l. fin. Felin. in c. si cautio, num. 45. cum seq. de fid. instrum. Gutter. de contractib. iuratis dicto cap. 37. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 60.

Verum supra dicta limitatio, nempe, quod renuntiatio cum iuramento operetur, non est tuta, & ipse aliter sentio, vt dixi supra lib. 5. cap. 4. num. 58.

Non est tamen omittendum, quod Ias. in. §.
13 fuerat num. 85. 86. Instit. de actionib. tradit duo remedia, quibus renuntians cum iuramento tueri se poterit, & de remedio, vt opponatur simulationis exceptio, habetur per Marsil. singul. 327. & Trigon. singul. 120 & an possit opponi doli exceptio tradit Alber. in l. si ex cautione num. 3. C. de non nu. pecun. & ibi Angel. num. 5.

14 Declaratur secundò renuntiationem tum non valere, cum apponitur in ipso contractu, secus si ex interuallo post contractum argum. l. Titius. ff. de pignorat. actio. Ias. in dicto. §. fuerat. num. 80. vers. tertiò principaliter, & quamuis contrarium tenuerit Salic. in d. l. si ex cautione, tamen hæc est communis sententia, Ias. in dicto. §. fuerat. Abb. in dicto c. si cautio. col 6. vers. dic etiam ibi. Fœlin. num. 49. vers. & hoc intellige. Bart. dicta lege si ex cautione, num. 7. & ita comm. tenetur. Couarru. variar. resolutionum lib. 2. cap. 4. num. 3. Aret. Instit. de exceptionibus. §. primo num. 36. vbi testatur de commun. Alex. consil. 179. num. 3 lib. 2. Tiraq. de Retract. conuen. in præfat. num. 7. Aufrer. ad decisionem Tolosanam quæst 375. Gomez. in l. Tauri 53. nu. 52. vers. sed adde. Hancq; esse communem tradit Sicard. in dicta l. si ex cautione num. 12. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 60. num. 14. Coler. de processib. exequutiuis. cap. 10 num. 210. vers. quæ conclusio. Mascard. de probat. conclus. 361 num. 23. & conclus. 695. num. 15. vers. istud vero. Cum igitur ex interuallo renuntiatur, fit vt renuntians, etiam non obstante iuramento, possit obijcere intra biennium hanc exceptionem, sed deinceps grauatur onere probandi non fuisse numeratam pecuniam, ad quod aliàs non tenebatur, vt dixi supra, post biennium vero omnino excipere non poterit, obstante ipsa renuntiatione, tametsi possit iudicis officium implorare, ita Felin. in dicto cap. si cautio num. 49. Sed de renuntiatione ex interuallo facta vide quæ dixi supra lib. 4. cap. 7.

15 Limitatur tertiò, vt ex dicta confessione cum renuntiatione oriatur præsumptio iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, nisi per aduersæ partis confessionem, ita singulariter Marsil. singulari. 222. & singul. 327. num. 1. & consil. 48. in causa. Rebuff. de Chyrograph. & Sched. art. 2.

16 Postremò declara, quod licet is qui renunciauit cum iuramento exceptioni non numeratæ pecuniæ, non possit excipere, tamen facta solutione, repetere poterit, & agere Bart. l. fin. C. de non num. pecun. Fulgos. consil. 192. Quidam col. pen. in prin. Preterea quamuis vxor presumatur acquisiuisse ex bonis mariti, tamen quando maritus confitetur augumentum dotis, & renuntiauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, tunc huiusmodi renuntiatio, facit cessare præsumptionem, quod de bonis mariti facta sit acquisitio. Signorol. cons. 67. in quodam instrumento. num. 2. vers. nec huic obstat.

CXXV. RENVNTIATIO, Exceptionis non numeratæ dotis.

SVMMAE.

1 *Exceptio non numerata dotis.*
2 *Confessio dotis facta à marito.*
3 *Exceptio non numeratæ dotis, an renuntiatione tollatur.*
4 *Renuntiatio exceptionis non numeratæ dotis, quando valeat.*
5 *Confessio, et renũtiatio facta ante cõtractas nuptias.*
6 *Renuntiatio, & cõfessio facta constante matrimonio.*
7 *Renuntiatio, an facta sit ante matrimonium, vel post maximè interest.*
8 *Renuntiatio exceptionis nonnumeratæ dotis facta cum iuramento.*
9 *Confessio emanata ante contractas nuptias, an noceat etiam creditoribus.*
10 *Tacitè etiã renũtiatur exceptioni nõ numeratæ dotis.*

QVOD supra diximus de exceptione nõnumeratę pecuniæ, idẽ quoq; receptũ est in exceptione dotis nõnumeratæ. l. in contractibus in fine C. de nonnum. pecun. vbi Salic. notat. Felin. c. si cautio n. 79. vers. fallit p. de fide instrum. Nam queadmodũ in contractu mutui datur exceptio non numeratę pecunię, l. si ex cautione. §. fin. C. de non num. pecun. ita in contractu dotis datur exceptio dotis non numeratæ l. prima l. fin. C. de dote. cau. nonnum. Vnde
1 hæc exceptio opponi potest à marito, vel eius hæredibus, intra limitatũ tempus. l. fin. et auth. quod locum. C. de dote cau. nonnum. Qua opposita onus probandi dotem verè receptam fuisse reijcitur in mulierem, vel eius hæredes l. prima, C. de dot. cau. non num. quę enim facilitatis suspicio est in mutuum recepturo, ea est & in confitente se dotem recepisse, vt sponsa tandem potiatur, vel vt vxori indulgeat, vt per Felin. dicto c. si cautio num. 78. vers. secunda conclusio. Quod ergo speciale est in mutuo, vt excipiens non teneatur probare, vt supra diximus, idem est in dote, vt mariti confessio non probet numerationem exceptione opposita, & licet aliàs reus teneatur oppositam exceptionem probare, tamen probatio incumbit vxori, vel hæredibus dotem verè fuisse receptam Glos. in l. si ex cautione, verbo, probare in fin. C. de dot. cau. non num. Mascard. de probationib. conclus. 1115. num. 14. verb. numeratio.

2 Confessio igitur dotis à marito facta non probat veram numerationem nisi concurrentib. indicijs. Bald. in rub. C. de priuileg. dot. num. 6. Salic. in. l. si mater. C. de contrahend. empt. Alex. consil. 18. lib. 3. & consil. 26. lib. 2. Cranet. cons. 40. Itaq. in l. si vnquam in verbo donatione num. 88. C. de reuoc. donat siquidem præsumitur eam emanasse sub spe futuræ numerationis. l. p. C. de dote caut. non num. vel causa donationis. l. p. C. de donat. ant. nup. vbi autem præsumitur facta sub spe futuræ numerationis competit exceptio non numeratæ dotis. l. fin. cum authent. sequenti. C. de dote caut. nõ num. & vbi inmi potest hæc coniectura, cessat pręsumptio donationis. Soc. in l. p. n. 75. ff. solut. matrim.

3 Exceptio nonnumeratę dotis tollitur renuntiatione, siquidem vbi renuntiatũ fuit, ea amplius opponi nõ potest. Gloss. in d. l. fin. Soc. in d. l. p. num. 76. Ferrar. in form. libelli, quo vxor agit ad dotem. glos. omninò, Crauet. cons. 125. num. 2. Gozad. cons. 42. num. 13. Bellonus. cõs. 15. nu. 10. Natt. consil. 438. nu. 8. Cephal. cõs. 474. num. 6. & num. 24. Menoch. consil. 7. num. 8. Quæ quidem renuntiatio exceptionis nonnumeratæ dotis communiter apponi solet per notarios in omnibus instrumentis, vt per Ferarium in d gloss. omninò in prin.

4 Verùm sciendum est huiusmodi renuntionem ita demum valere, si facta fuerit non in eodem instrumento confessionis dotis, sed post ex interuallo, vt supra dictum est de exceptione non numeratæ pecuniæ, siquidem eadem facilitate quis renuntiabit huic exceptioni, qua confessus fuit, se id recepisse nomine dotis, quod minimè recepit, arg. l. doli mali. §. diuersum. ff. de nouat. Bart. & alij in. lege. si ex cautione & ibi Bald. C. de non numerat. pecun. Soc. in l. pri. num. 76. vers. quam conclusionem. ff. solut. matrim. Gutter. in. l. nemo potest nu. 382. ff. de leg primo. Crauet. consil. 849. nu 8. Rimin. Sen. consil. 216. num. 14. lib. 2. Menoch. de pręsumpt. lib. 3. pręsumptione. 12. nu. 17. Campeg. de dote. parte prima principali, quęstione 54. Bald. Nouell. de dote parte x. priuileg. p. nu. 5. Tametsi gloss. fin. in l. p. C. de dote caut. non num. & ibi Bart. & in dicta l. assiduis simpliciter teneat renuntiari posse, & Bald. in *l.* Papinianus ff. de donat. inter uir. & vxor. teneat de iure renuntiari non posse, secus de consuetudine.

5 Supradictaq; ità vera sunt, si confessio, & renuntiatio fiat ante contractas nuptias, secus si constante matrimonio, quia tunc renuntiatio facit, vt non præsumatur confessio facta spe futuræ numerationis, sed donandi animo, vti suspecta, & in fraudem legis non valet, præsumiturq; donatio Bald. l. p. num. 4. C. de priuileg. dot. & ita magis cõmuniter receptũ esse inquit. Alex. consil. 142. col. prima lib. 5. consil. 165. dubitatur num. 9. vers. item de causa. lib. 6. & ibi Apostilla in verb. donandi. Soc. in l. p. nu. 100. ff. solut. matrim. & ibi Bald. de Bartolinis nu. 201. Bulgar. nu. 48. Crot. in l. si constante. nu. 147. vers. secunda conclusio. ff. solut. matrim. Roland. consil. 93. col. p. lib. p. Gozad. consil. 28. nu. 21. Couarru. variar. resolut. lib. p. cap 7. nu. 4. Baptista à S. Blasio de priuileg. dotium. centur. 3. priuil. 296. Riminald. consil. 216. lib. 2. Menoch. d. pręsump. 12. nu. 51. Bolog. consil. 18. nu. 4. Brun. consil. 71. num. 14. Cæpal. consil. 286. num. 9. Alba. consil. 653. num. 6.

6 Sed quod diximus confessionem,& renunciationem factam cõstante matrimonio nõ valere, declaratur etiã procedere si confessio facta fuerit ante matrimoniũ,& eo cõstãte, uir renuntiauerit huic exceptioni, itá declarat Bald. Nouell. de dote. parte.x. priuileg. p.nu.7. vers.quid autem si talis confessio; Secus tamen dicendũ est, si dos ante matrimonium promissa fuerit, deinde post cõtractum matrimonium maritus confessus fuerit cum renuntiatione huius exceptionis: hoc etenim casu recepta est Doctorum opinio, vt confessus fuerit nõ animo donãdi, nec spe futuræ numerationis, sed quia veré recepit, vt per Menoch. qui ad id plures citat d. præsuptione. 12, num. 53. Et quamuis Socin. in d.l. p. num. 102. videatur contrarium tenere, tamen aduertẽdum est, quod ibi loquitur de confessione dotis facta ante matrimonium, vt mox dictum est: At hoc loco loquimur de promissione ante matrimonium, & confessione post matrimoniũ, vt ita intelligit Menoch. dicta præsumptione. 12. num. 55. Cum ergo renuntiatue ante matrimonium huic exceptioni, tunc sané ea opponi amplius non potest, quoniam tunc cessat præsumptio, quod confessio facta fuerit spe futuræ numerationis, quæ aliás pręsumeretur Menoch. d. pręsump. 12. num. 8. & 17.

7 Multum ergo interest, an renuntiatio facta fuerit ante contractum matrimonium, vel post: quoniã primo casu cessat pręsumptio cõfessionẽ emanatam fuisse spe futurę numerationis, quod aliás non præsumeretur si renuntiatum non fuisset, atq; ideo nocet ipsi marito, qui fuit cõfessus, nec nõ eius hæredibus. Menoch. dicta præsumptione 12. nu.8.& 17. Bulgarin. in reper. l. p. num. 48. ff. solut. matrim.

8 Declara non procedere cum renuntiatum fuit cum iuramento. Socin. l. prima. num. 83. vers. secundo limita. ff. solut. matrim Ias. §. fuerat num. 82. Instit. de actionibus. Menoch. dicta præsump. 12. num. 29. Campeg. de dote dicta quæst. 54. Nam hæc renuntiatio non valet nisi cum iuramento. Corne. consil. 284. num. 2. lib. primo.

9 Sed dubium esse potest an confessio emanata ante cõtractas nuptias noceat etiã creditoribus, & vt noceat tenet Aret. §. fuerat num. 15. vers. vel etiam clarius. Instit. de actio. per distinctionẽ Bald. in l. prima C. de priuil. dotis. Bar. in dicta lege assiduis, & esse communem opinionem, & communem practicam secundum opinionem Bartoli tenet Bulgarin. in l. prima nu. 50. vers. communis tamen opinio ff. solut. matrim.

Quod veró non noceat creditoribus tenet Socin. d. l. prima num. 89. Menoch. d. pręsump. 12. num. 5. nisi extarent aliæ coniecturæ, ex quibus appareret dotem veré adnumeratam fuisse, vt per eum. Verum concludendum est, quod huiusmodi exceptio non nocet creditoribus, quãdo maritus exceptioni renuntiauit. Roland conf. 31. num. 42. consil. 85. num. 42. lib. p. sequitur Trentacinq. variar. resolutionum lib. 3. tit. de pignorib. resolut. 9. n. 19. Suarea. in l. post rem iudicatam num. 5. ff. de re Iudic. Bald. nouell. de dot. parte 10. principali num. 11. Couarruu. variar. resolutio. c. 7. num. 6. Gomes. in l. Tauri num. 52. Afflic. decis. 402. num. 11. Tiraq. de retract. lign. §. primo glos. 18. nu. 88. Constante autem matrimonio, si maritus renuntiauerit, renuntiatio non valet, quin possit hęc exceptio opponi, quia hoc casu non potest dici maritum confessum fuisse spe futurę numerationis, cum renuntiauerit huic exceptioni. Cessante itaq; hac pręsumptione, dicẽdum est, id fecisse animo donandi, quod prohibetur inter coniuges. Socin. l. p. num. 100. ff. solut. matrim. Alex. d. consil. 142. num. 5. in l. si diuortio. ff. de verb. oblig. cons. 165. col. pen. lib. 6. Crot. d l. si constante num. 102. Ruin. cons. 137. col. prima lib. primo, & alij quos refert. Menoch. dicta præsumpt. 12. num. 51.

Et hoc casu non præiudicat marito, nec creditoribus. Alex. dicto consil. 141. vbi inquit hanc opinionem esse magis communem. Crot. l. si constante num. 147. vers. secunda conclusio. ff. solut. matrim. Roland. á Vall. cons. 93. col. 1. lib. 1. Gozadin. cons. 28. num. 21. Couaruu. variar. resolut. lib. 1. cap. 7. num. 4. Paris. cons. 86. num. 36. lib. 3. Limita tamen tribus modis, vt per Crot. dicta l. si constante, & Menoch. vbi supra in prin. Nam & aliás semper, cum confessio, vel renuntiatio exceptioni dotis non numeratæ, nõ præiudicat ipsi marito, nec etiam præiudicabit creditoribus, vt per eos ibi.

Quod declara procedere vbi maritus cõfessus fuit recepisse dotem ab vxore, secus si fuit confessus recepisse ab alio, itá Bald. cons. 456. Se[illegible] col. 1. lib. p. Bellon. consil. 48. num. 5.

Amplia procedere, vt etiã futuris creditoribus non obsit. Bald. in Rub. C. de ijs qui in fraud. credit. quẽ sequitur Aret. d. §. fuerat col. 8. vers. aduertas tamen, & Rube. consil. 119. num. 2. Ruin. cons. 137. col. 2. lib 4

Verùm hæc renuntiatio præiudicat fisco, vt teneatur ad solutionẽ dotis cõfessę, vbi renũtiatũ est exceptioni. Paul. de Castr. l. si marito in prin. ff. solut. matrim. Nati. cons. 28 col. p.

10 Et non modo expressé, verùm etiam tacité renuntiatur huic exceptioni, nimirum ex lapsu temporis ad opponendum, Bald. cons. 349. in fin. lib. 3. Cephal. cons. 286. num. 11. & cons. 474. num. 7. & num. 24. Sané si maritus intra tẽpus constitutum non opposuerit exceptionem, sibi præiudicat, & tunc dos dicitur vera, non autem confessata. Socin. d. l. pri. nu. 75. ff. solut. matrim. Crauet. cons. 40. num. 6. Afflict. decis. 402. num. 10, Roland. cons. 85. nu. 42. lib. 2. Menoch. cons. 7. num. 10.

CXXVI. RENVNTIATIO, Exceptionis Rei non traditæ.

SVMMAE.

1 *Exceptio rei non tradita.*
2 *Exceptio rei non traditę opponi potest in executione, etiam stante statuto reijciente omnes exceptiones.*
3 *Exceptio rei non tradita cur semper opponi possit.*
4 *Exceptio rei non tradita intelligitur exclusa à statuto reijciente omnes exceptiones.*
5 *Constitutum, vel Precarium, an liberet à traditione.*
6 *Clausula in instrumento, & quam terram tradit &c.*
7 *Exceptioni rei non tradita renuntiari an possit.*
8 *Instrumentum quando dici possit liquidum.*
9 *Pactum, quod conductor soluat pensionem, etiamsi non haberet possessionem rei.*
10 *Renuntiatio exceptionis rei non tradita, quid operetur.*
11 *Geminatio cõfessionis cessare facit hãc exceptionem.*
12 *Renuntiatio facta ex alia causa quam mutui, vel dotis.*

EST & alia exceptio rei non traditæ, quę obijci potest aduersus eum, qui rem quampiam tradere tenetur, & non tradidit, vel partem tãtum tradidit, qua propter venditor, qui tradere tenetur. l. emptorem. §. p. l. p. in princip. l. ex empto in princip. vers. & in primis, & §. & ex empto. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. empt. Fabian. de Monte de empt. & vendit. 6. quæst. princip. q. 8. vbi latè, aduersus eum agentem ad pretium opponere
1 poterit emptor exceptionem rei non traditę, si res vendita adhùc tradita non fuerit, vel minus integrè tradita fuerit. l. qui pendentem. ff. de act. empt. l. ex ijs prædijs. C. de euict. Alex. cons. 27. in princip. lib p. per tex. in. l. diles. §. sed sunt. ff. de ędil. ędict. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. Nam quemadmodum emptor repellitur petendo rem venditam sibi tradi, nisi integrum pretiũ soluerit, dicto. §. offerri, ita venditor ita demum rectè agit ad pretium, si rem venditam integrè tradiderit. dicta l. qui pendentem, & dicta. l. ex ijs prædijs. Dec. cons. 119. num. p. Fabian. dicta q. 8. num. 42. Idemq; dicendum est, si res libera non tradatur, l. qui rem, vbi Bal. C. de euict. Dec. dicto cons. 119. col. prima. vers. & idem. Similiter, quia locator tenetur rem tradere conductori. l. ex conducto in princip. ff. de locat. & conduct. ideò exceptio rei non traditæ obstat locatori petenti mercedem Bart. in l. si quis domum. ff. locat. not. Bald. dicta l. ex conducto in principio. Natt. cons. 360. istis fratribus. Caroc. de locat. & conduc. p. 2. cap. 80. num. 11. Nam quemadmodum in emptione & venditione agi potest, vt res tradatur, & peti potest interesse l. prima in principio l. ex empto. § fin. ff. de act. empt. ita in contractu locationis Bart. dicta l. si quis domum in princip. & sufficit eum contra quem agitur simpliciter excipere, quod rei vendita, vel locata, sibi tradita non fuit, neq; aliud probare tenetur, sed ipse actor probare debet se rem tradidisse l. actor vbi Salic. nu. 7. C. de probat. Carol. de Grass. de stat. excludẽte omnes exceptiones excep. 13. num. 17. Secus si cõuentus diceret, q rem habuit, sed actor postea eam rem abstulit, quoniam hoc casu tenetur
2 opponẽs probare, vt per eum. Quinimò exceptio rei nõ traditæ opponi potest, etiam in executione Felin. cap. cum Ioannes col. 11. de fid. instrum. Castr. cons. 143. lib. 2. Dec. cons. 119. Et quamuis emptor condemnatus fuerit ad pretij solutionem, poterit tamen adhuc opponere exceptionem rei non traditæ. Natt. cons. 360. num. 7. Fabian. de Monte d. q 8. num. 42. Quod quidem procedit etiam stante statuto, quod instrumenta habeant executionem paratam. Dec. dicto cons. 119. Quare emptor contra quem petitur executio instrumenti, etiam guarẽtigiati pro consecutione pretij poterit opponere exceptionem rei non traditæ Bald. d. l. ex ijs prædijs. sequitur. Benedict. de Barz. tract. de guarẽtig. q.
3 16. & rõ est secũdũ Bald in d. l. ex ijs prędijs, quoniam exceptio, quę oritur ex eodem contractu sicut actio, priuilegiata est à statuto, vt ipsa actio. Quia igitur hæc exceptio patet ex instrumento producto, atq; colligitur ex natura ipsius actus aut contractus, vt per Felin in cap. ex parte 2 n. 12. & ibi Dec. num. 19. vers. decimo fallit. de off. deleg. poterit emptor, vel conductor aduersus vẽditorem, vel locatorem ad pretium agentẽ, & habentem paratam executionem ex vi instrumenti, etiam guarentigiati, contra quod non potest opponi exceptio, impedire executionem, obijciendo rem nondum traditam fuisse, etiam non obstante statuto, quod excludit omnes exceptiones. Alex. l. si duo patroni §. si quis iurauerit num 4. ff. de iur. iur. in l. si ię licet num. 2. C. de collat. cons. 20. num. 2. lib. 6. Dec. in c. ex parte 2. num. 20. circa finem. de off. de. eg. & cons. 119. num. p. Corn. cons. 191. num. 8. cons. 297. per totum lib. 3. Canar. de execut. instrum. q. 27. num. 60. Guid. de Suzzar. de instrum guarentig. num. 10. Benedict. de Barz. de guarentig. q. 16. Carol. de Grass. de stat exclud. omnes exceptiones excepr. 13. num 8. Coler. de process. execut. p. 4. c. primo num. 83. vbi inquit hanc esse veriorem, & magis communem, vt communem quoq; refert Alex. in d. §. si quis iurauerit num. 4. quamuis contrarium tenuerit Bartol. in dicta
4 l. si duo. §. si quis iurauerit num. 3. Hęc quippe exceptio, quoniam oritur ex eodem instrumento, non intelligitur exclusa a statuto reijciente omnès exceptiones Bald. l. peremptorias vers. quęrit. C. sentent. rescind non posse. in l. prima. C. de iur. & fact. ignor. l. ex ijs prædijs. C. de euict. & in l. si traditio. q. 3. C. de act. empti. Canar. dicta q. 27. Natt. cons. 305. col. prima. Dec. dicto cons. 119. col. p. Caroc. dicto cap. 80. num. 18. Rimin. Sen. cons. 89. col. prima vers. secundò, censeturq; prilegiata à statuto, vt ipsa actio. Alex. cons. 95

&

possessio in locatione videtur solum considerari respectu perceptionis fructuum. Dec. dicto cons. 312. Quod tamen ità accipiendum erit, si conductor non haberet possessionem absq; facto, & culpa locatoris.

10 Operabitur tamen huiusmodi renuntiatio in vim confessionis, quę sanè nocebit, nisi renuntians, & confitens euidenter ostendiderit rem traditam minimè fuisse, quare nulla stante renuntiatione, venditor probare tenebatur traditionem. Fulgos. dicto cons. 192. col. 2. vers. nam non aliter.

11 Cessat tamen hæc exceptio, vbi confessio est geminata, quoniam ex geminatione inducitur renuntiatio. l. cû fidem. C. de non num. pec. Felin. in c. si cautio de fid. instrum. Crauett. cons. 272. num. 18. & latè dixi lib. 4. c. 6.

12 Renuntiatio igitur, & confessio à debitore facta ex alia causa, quàm mutui, vel dotis, statim prȩiudicat. l. generaliter C. de nô num. pec. Ratio diuersitatis, quoniam in mutuo, vel dote sæpius contingit confessionem emitti spe futuræ numerationis, & traditionis, quàm in cæteris contractibus. Hinc in mutuo, & in dote longius tempus conceditur ad excipiendum, cùm in cæteris contractibus non tam facilè emittatur cautio spe futuræ causæ, sed ratione præteritæ, vel præsentis, atqui ideo lex non ità prȩsumit supra dictis casibus spem futuræ traditionis. l. nam ad ea ff. de leg. Bald. & Alber. in l. generaliter. C. de nô num. pec. idem Bald. in l. si ex cautione. q. 9. C. eodem, Natt. cons. 305. col. prima, & dictum est supra ad renuntiationê exceptionis non num. pec. & non numer. dotis. Et quoniã huiusmodi exceptio non est priuilegiata, vt in mutuo, vel dote, ideo ante biennium, & post quandocumq; opponi poterit, & opponens probare tenetur exceptionem. l. purè in fin. ff. de except. dol. Vbi autem renuntiatio, vel confessio facta fuit à creditore ex quacumq; causa confitenti, tunc opponi potest infra triginta dies tantum exceptio rerum non traditarum. l. in côtractibus. §. super cęteris, vbi Bald. & Salic. C. de non num. pec. quod notandû inquit Aret. Instit. de litter. oblig. in gloss. debere. Ratio autem differentię, quod renuntiatio, vel confessio facta fuerit à debitore, vel à creditore, illa est, quoniã lex præsumit debitores egentes faciliores esse ad confitendum, vt pecunias recipiant, quàm creditores, vt per Pott. §. p. Instit. de litter. oblig. num. 15.

CXXVII. RENVNTIATIO.

Except. implem. non sequuti.

SVMMAE.

1 *Exceptio implementi non sequuti.*
2 *Exceptio implementi non sequuti datur contra agentem, etiam si quis iurauerit.*
3 *Exceptio implementi non sequuti, non censetur reiecta à statuto excludente omnes exceptiones.*
4 *Renuntiari, an possit exceptioni implementi non sequuti.*
5 *L. si quis maior C. de transact.*
6 *Dispositio l. si quis maior, an renuntiatione tollatur.*
7 *Recipiens residuum implementi contractus, an renuntiare censeatur.*

IN contractibus, in quibus agitur de vicissim aliquid præstando, vel faciendo, semper inest tacita côditio si sibi adimpleatur, ac fides seruetur, imò in iuramento promissorio semper illud tacitè intelligitur, si iuranti impleatur, fidesq; seruetur. l. cum proponas. 2. C. de pact. c. peruenit el. 2. de iur. iur. Crott. cons. 75. num. 12. cons. 86. num. 9. Bero. cons. 144. num. 11 lib. p. Rol. cons 53. nu. 27. lib. p. Et ideò si quis ex parte sua non impleuerit, eidem ęquum est non impleri. c. peruenit de iur. iur. l. cum proponas C. de pact. gloss. in c. cum Beatus 45. dist. ibi, nedum incautè subdita membra percutiût, ipsa quoq; debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahant. Hinc infertur generaliter, quòd ex contractibus quis agere non
1 potest, nisi prius ipse impleuerit, aliàs agêti sêper obstabit exceptio implementi non sequuti. l. Iulianus. §. offerri, vbi Doct. ff. de act. empt. l. quęro §. inter locatorem. ff. locat. vbi Bart. inquit illû textum esse notandum ad omnes contractus. l. ædiles in fin. ff. de ędil. edict. l. filię licet. C. de collat. Bart. l. ita stipulatus num. 41. ff. de verb. oblig. l. in illa. ff eod. Alex. cons. 101. circa finê lib 2. cons. 49 col. 2. lib. eodem, cons. 41. col. 2. in fin. lib. 3. cons. 79. lib 4. cons. 66. nu. 24. cons. 52. col. 2. lib 6. Aret. cons. 70. in causa, num. 2. vers. secundò dicimus. Crauett. cons. 14. Viso nu. 18. vers. prima conclusio cons. 151. nu. 10. cons. 192. num. 15. Paris. cons. 3. num. 57. lib. primo. Corn. cons. 106. num. 5. lib. primo. Rol. cons. 53. num. 27 lib p. Menoch. cons. 55. in principio. Tiraq. de legib. connub. gloss. p. p. 13. num. 42. Mascard. de probat. conclus. 1388. num. 7. cum seq. facit tex. in l. si non fuerit. ff. de iur. iur. & ibi not. gloss. & in l. si in emptione. §. item si emptor. ff. de act. empt. trad. Bald. in c. p. tit. qualiter dominus prop. feud. priuetur, quod qui non facit, quod debet non recipit, quod oportet, per tex. in dicta l. si non fuerit, & not. idem Bald. per illum textû in auth. dos data C. de donat. ante nupt. quod qui differt facere quod debet, non potest petere quod ei debetur, & in c. primo. §. vlt. in fin. tit. de form. fidelit. quod qui fidem non præstat, eam sperare non debet, per tex. in d. l. quęro. §. inter locatorem, & frustra petit qui quod debet non implet. c. frustra de reg. iur. lib. 6. Non absimili ratione agi non potest ex conditionali promissione, nisi prius impleatur conditio ipsa. l. legata ff de condit. & demonstr. Cęphal. cons. 207. num. 51. Rimin. Iun cons. 319. num. 59. lib. 4. Turrer. cons. 44. num. 32. lib. 2. Ex defectu quippe implementi omnia corruunt, Menoch. cons. primo num. 364. & actor probare tenetur se ex parte sua impleuisse, priusquam iudicium ingrediatur

Rub.

Rub.conf.30.num.4. Menoch. dicto conf.primo num.369. Quare in contractu locationis, & conductionis receptissima est conclusio, non dari ex ea actionem, nisi prius sequuto implemento vt firmat Caroc.tract.de locat.& conduct.p.2.c. 80.num. 11.vbi plures citat. Agensq; ex transactione prius probare debet, se ex ea adimpleuisse Mascard.dicta conclus.1388.in prinp.Neq; naturalis quidem obligatio competit ei, qui ex parte sua non impleuit Ias.l.iurisgentium. §.sed cum nulla num.3.ff.de pact. Nam qui non impleuit, & tamen petit sibi impleri, præsumitur in dolo, & mala fide Mascard. dicta conclus. 1388. num.8. Tennin. caut. 145.num. 11.cum seq. Et non implens renuntiare videtur cõtractui, eiusq; beneficio. Decian. conf 60.nu.44.lib.2. Burlat. conf.101.num.16. Mascard. dicta conclus. 1388. num. 9. Cautus igitur sit agere volens, vt primum impleat, deinde agat Cæphal. conf.586. num. 19.

Imo si actor non ostendiderit se impleuisse ex parte sua, non potest aduersarium in mora constituere. Roman.conf.144.num. 5.refert. Rip. l. quod te num.55.ff.si cert.pet.refert. & sequitur Mascard.conclus.1388.num. 30. quod maximè procedit, quando ageretur ad pœnam non implenti appositam, quia tunc debet actor clarè probare se impleuisse, adeò quod non est locus iuramento in defectũ probationis Bald. l. si quis maior C. de transact. Menoch. conf.55.num.11. Tennin. caut.145.num. 26. Mascard. dicta conclus. num. 55. Et non solum actor non potest agere, quando non constat impleuisse, sed etiam si est dubium an impleuerit. Corn.conf.345.col. 2. lib. primo Alb. conf. 591. num. 6. Ipse ergo actor probare tenetur se impleuisse ex parte sua Carol.de Grass. de stat. exclud. omnes exceptiones except. 13. num. 51. & actor probare debet impletam fuisse conditionem Carol. de Grass. ibidem.except. 33.num.15.

2 Hæc exceptio aduersus agentem datur etiam si quis iurauerit c. iurauit vbi Doctores de iur. iur. Ias.in l.cum proponas 2. & ibi Dec. num. 5. C. de pact. Corn.conf.4. n. p.lib.4 Barbar.conf. 36 col.20 lib.2.Cæphal.conf.66.nu. 27. Rolan. conf. 53.num 30. lib.primo.Menoch. dicto conf. 55.num.10.Caroc.de locat.& conduct.p.2.c. 80. num.16. Mascard.dicta conclus.1388. num. 20. Carol. de Grass. dicta except. 13. nu.40.Tennin. caut. 145.num.31.

3 Neq; censetur hæc exceptio reiecta, etiam stãte statuto excludẽte omnes exceptiones. Bart. l.prima.§ & parui.ff.quod vi,aut clam.Crauett. conf.127.num.14. conf. 151.num. 10. conf. 248. col.pen. vers.non obstat.Corn. conf.69.num. 17. lib.p.Rol.conf.53.num.32.lib. p. Menoch. dicto conf.55.num.3.& de præsumpt.lib.2.præsumpt. 48.num. 15.vers. & simile.Caroc. de locat. & conduct. dicto cap 80.num.18.Coler.de process. exequut. parte 4.c. primo. num. 83. Mascard. dicta conclus. 1388.num. 21. Carol. de Grass. dicta except. 13. num. 37. Potestq; opponi hæc exceptio per reum, etiam si soluere promisisset omni molestia, & exceptione remota Alex.cõs. 95.num.2.lib.2.Socin.conf.51.nu.7. lib. primo. Natt.conf.51.num.18.conf.25.num.2,conf. 123. num.6.& conf.474. num. 25. Rol. conf.40. num. 40. lib. 2. & exceptio conditionis non impletæ non censetur reiecta à statuto excludente omnes exceptiones Carol.de Grass.except.33. in princ.

Imo etiam contra executionem, & instrumẽtum habẽs executionem paratam obijci poterit implementi non sequuti exceptio Corn. conf. 79.num.17. lib. primo.Crauett. conf. 151.num. 10.vers.alibi scribit. Menoch.conf. p. num. 367. & conf. 55.num.4.quoniam hæc exceptio impedit paratam executionẽ. Coler. de process. execut.p 4.cap. primo fall. 10. Mascard.de probat. conclus.1388.num. 46. vbi refert hanc esse communem. Et contra obligationem cameralem opponi poterit actorem minimè obseruasse promissa Mast. ad form.oblig. cam. p. 4. q. prima num.7. Turret.conf.74.num.38.lib.p.

Et ne obijci possit hæc exceptio, implementũ debet esse sécutum, etiam quoad minimũ Bal. in l.iurisgentium.§.adeò vers.pacta conuenta, secundo notab ff.de pact.in l.vltima C.commod. Alex.l.filiæ licet C. de collatio. Rub.conf.30. num.4.Menoch. conf. primo num.368.Caroc.de locat.& condu. p.2. c.80.num. 22.Cephal. conf. 66.in fin.Rol.conf.53.nu.29.lib.primo.Menoch. conf. 55. num. 6.Namq; vt agens audiatur implere debet vsq;ad minimam partem Carol. de Grass.dicta except. 13. num.39. & num. 45. Et vbi quis in aliquo modico, vel minimo deficit circa implementũ incidit in pœnas. l. si quis maior C.de transact. vt per DD.ibi. Nam propter minimam partem contractus non impletam ab actore, etiam quòd pars illa non respiciat substantialia ipsius contractus, si actor agere voluerit, illi obstabit adhuc exceptio implementi non sequuti Bald.l.pacta conuenta, secundo notab. ff.de contrah.empt.Tiraq. tract.de iudic.in reb. exig.feren.cas.37.vbi monet id esse æterna memoria dignũ, siquidẽ opponi põt hæc exceptio tam circa substantialia, q̃ circa accidẽtalia Mascard. d.conclus.1388.nu.10.Carol.de Grass.d.except. 13.num.43.Neq;sufficit, quòd actor probet se impleuisse pro parte, quoniam oportet perfectè, integrè,& in totum implere Mascard. d. cõclus. 1388.num. 25. Quinimò ipse iudex ex officio reijcere potest eum, qui ex parte sua non impleuit latè Rom. conf. 244. Crauett. conf. 151. num. 10.Cæphal. conf.589. num. 9. quoniam iudex ex officio tenetur hanc exceptionem non oppositam supplere, cùm oriatur ex eo fõte, quo nascitur petitio Rom.d.conf.244.nu.5.Mascard. dicta conclus.1388. num. 23. Carol. de Grass. d. except.13.num.53. Bald. Fulgos. Dec. & alij in l.filię licet C.de collatio. Dec. conf. 441. num. 7. Ias.conf.9.num 13.lib.primo.Boc. de interdicto vti possidetis cap. 21.num.28.Decian.conf.primo num.68.lib.3.Ioann.de Amie. conf. 112.nu. 4. Vnde si venditori ad pretium agenti non opposuerit emptor hanc exceptionẽ poterit ipse iudex actorem ex officio repellere Frecc.de præsentat.

sentat. instrumentorum p.7.q.2. nu. 4. quoniam necesse non est, vt actor excludatur excipiendo, cum ipse actor se excludat, dum non probat implementum, vt per eum num. 12. Neq; impedimentum excusat agentem, aut facit quin agenti obstet hæc exceptio, etiamsi agens impeditus fuerit quominus impleret Dec.l. cum proponas secunda, tertiò notab. C. de pact. Crauett. cõs. 151.num.10.vers.& adeò.Menoch.cons. p. num. 367.cons.55.num.5.Caroc. de locat.& conduct. p.2.c.80.num.17.Carol deGrass. dicta. except. 13.num.44.Mascard.dicta conclus.1388.nu.43. & tenetur implere etiam cessante ea causa, propter quam quis quid facere tenetur Dec.d.l.cum proponas nu.4. vers. secũdo ampliatur Mascard. dicta conclus. 1388.num.60.Grass. dicta except. 13.num.42. Minusq; quis soluendo pœnam liberatur ab implemento non sequuto, sed illi obstabit exceptio.l.qui fidẽ. ff.de transact. Bart. l.cum pater. §. libertus. ff.de leg. 2. Menoch. cons. primo.num. 364. Neq; poterit quis agere ad pœnam, nisi pro parte sua perfectè impleuerit Rolan. cons. 53.nu.28.lib.primo, quod quidem procedit etiamsi in cõtractu apposita fuerit clausula, quod pœna soluta, vel commissa contractus firmus maneat, quoniam hæc clausula non prodest non implenti. Bart. & alij dicta.l. qui fidem Mascard. dicta conclus. 1388.num.49.

Vt autẽm quis impleuisse dicatur; vt rectè agere possit, ne obstet hæc exceptio, non sufficit verbalis oblatio, quoniam verba non sufficiunt, vbi facto opus est Bal.tit.si de feud. fuer.contr. inter domin. & agnat. §.liber. Rolan. dicto cõs. 53.num.34. Mascar.d.conclus. 1388. num. 52. Neq; sufficit, quòd dicatur in instrumento, dedit, tradidit, &c., vt quis impleuisse dicatur Corn. cons. 245.lib. 4. Natt. cons. 360. sequitur Mascard. dicta conclus. 1388.num. 34. Carol. de Grass. dicta except.13.num.47. Minusq; sufficit agenti probare se deposuisse id quod dare tenetur, nisi etiam interuenerit realis oblatio; quod maximè procedit si agens ea cõditione deponeret, vt reus ita demum accipiat, si ex parte sua impleuerit; quoniam per hanc depositionem intelligitur impleuisse ex parte sua Mascard. d. loco num.56. Debetq; impleuisse ante cœptum iudicium, & ante oppositionem implementi non sequuti, aliàs oppositione facta, captoq; iudicio non admittitur implementum Bec. cons. 45. nu. 50.lib.primo.trad. Arct.cons.123.num.6.refert, & sequitur Mascard.dicta conclus.1388. nu. 60. Aut igitur actor vult implere ante oppositionẽ factam, & potest etiam cœpto iudicio: aut postea, & hoc casu non potest Menoch.de arbitr.iudic.q. 26.nu.6.Carol. de Grass.dicta except.13.nu. 56. Sed & actor probare tenetur se impleuisse, etiam quando dies adiecta est obligationi per reum adimplendæ Mascard. dicto loco num.36.

Hęc exceptio dicitur exceptio litis finitæ, atq; impedit litis ingressum Ias.in.§.actionum.num. 139.Instit. de action. Crauett.cons.127.num. 14. vbi latè, cons.191.num.16.& cons.248.col. pen. vers. non obstat. Menoch.cons.p. num.365.cons. 55.nu.2.per text.in l.Iulianus.§.offerri.ff. de act. empti. per quem inquit ibi. Castren. quòd hæc exceptio dicitur litis finitæ impediens litis ingressum, & latè declarat Cephal.cons.586.num. 22. Mascard. dicta conclus. num. 41. tantaq; est vis huius exceptionis, vt dicatur opposita ipso iure, neq; requiritur oppositio partis. Bal.Fulgos & Dec. in l. filię licet C.de collatio. latè Rimin. Iun. cons. 52.num.11.lib.primo Carol. de Grass. dicta except.13. num. 52.

4 Sed videamus quomodo exceptio implementi non sequuti renuntiatione tollatur, & quod renuntiari possit huic exceptioni, non est cur dubitetur, cùm et remittens possit donare pretiũ, vel rem. Dubitari autem potest si renuntiatum fuerit huic exceptioni, vel pactum fuerit de nõ opponendo hanc exceptionem, quomodo huiusmodi renuntiatio, & pactum intelligatur: Et sanè videtur, vt ita accipi possit, ne renuntiãs possit obijcere actori hanc exceptionem, dum agit, quominus ipse actor prius consequi possit id, ad quod agit, non obstante exceptione, non tamen excluditur conuentus, quin possit postquam actor consequutus fuerit quod petijt, agere & ipse ad implementum, ad quod facit quod inquit Io. Andreas in cap. 3. de iur. iur. quod ea regula frangenti fidem, fides frangatur eidem, non procedit, quando pactum fuit, quod non obstante cõtrauentione nihilominus implere teneatur pro parte sua. Potest igitur quis ab initio paciscì, vt si egerit ad implemẽtum pars aduersa non possit opponere exceptionem implementi non sequuti, sed etiam quod prius non impleuerit possit rectè agere. Sed non propterea videtur renuntiasse actioni, & iuri agendi ad implementum Bald. l. sed & si quis. §. quęsitum. num. 23. ff. si quis caution. vbi renuntians exceptioni non videtur renuntiare actioni. Nam ab initio conueniri potest, vt prius emptor venditori tradat pretium, vel etiam contra, vt prius emptori res tradatur. Cuiac. obseruation. lib. 23. c.15. ad finem, vbi quærit vter prior implere debeat emptor, an venditor, & demum consulit melius esse, vt in contractu conueniatur nominatus quis prius implere debeat, vt tollatur omnis dubitatio, quæ oriri possit. Vnde etiam donator petendo, quod sibi impleatur, censetur remittere exceptionem implementi non sequuti Salic. l.commissoriæ C. de pact. inter empt. & vendit. Crauett.cons. 151.num.8.vers.quinimo. Et hęc exceptio implementi nõ sequuti, numquã videtur remissa, vel reiecta Bartol. in l.p. §. & parui.ff.quod vi, aut clam.latè Menoch.cons. 55. in princip. sequitur Surd. cons. 359. num. 32.

5 Et quoniam ad materiam implementi maximè pertinet dispositio.l.si quis maior.C.de transact. quæ quidem procedit tam aduersus eũ, qui contra pacta, vel transactiones iuramento firmatas putauerit esse veniendum, quam aduersus eum, qui non impleuit promissa cum iuramento, quatuor incommoda aduersus contrauenientes statuendo, nimirum, vt infamia notentur, actionem amittant, pœnam promissam pendant, deniq;

deniq; vt commodum, si quod ex ea transactione ceperunt restituant, quę sanè dispositio non tantum in transactione locum habet, sed etiam in quolibet alio contractu, vt per DD. ibi, vbi Bertazzo. in repetit. q. 15. num. 250. vbi respondet ad argumenta coutraria, & est communis sententia. Tennin. caut. 145. num. 21. & communem esse testantur. Dec. cons. 452. num. 7. Port. lib. 2 comm. conclus. reg. 10. ampliat. 4.

6 Hæc autem incommoda, vel pœnę dictæ. l. si quis maior, cessabunt ex renuntiatione si quidem valet pactum, vt non implens, vel contraueniens non incidat in pœnas periurij, & dictæ. l. si quis maior, vt concludit ibi Cagnol. num. 214. & refert ibi Bologner. num. 103. vers. quarta dubitatio est. Et quod non habeat locum dispositio dictę. l. si quis maior, quando illi renuntiatum fuit trad. Borgnin. decis. 43. uum. 31. vers. sexto. p. pri. Vnde potest quis renuntiare exceptioni implementi non sequuti, vt non obstante exceptione agenti etiam non implenti impleatur, & contractus firmus maneat, etiam si impletum non fuerit, quoniam hoc casu solum remittitur ordo implendi.

7 Etsi is, qui poterat agere ad pœnas d. l. si quis maior receperit residuum implementi contractus, censebitur remisisse pœnas dictæ. l. si quis maior Bertazz. ibi in repetit. num 777. q. 54. vbi inquit hanc opinionem esse æquissimam, quamuis contraria in puncto verior sit: Nam & venditor, qui lapso tempore conuento protestatur se nolle stare contractui, nisi sibi soluatur, censetur remittere non implementum. Angel. cons. 373. col. pen.

CXXVIII. RENVNTIATIO,

Iuris prohibentis relinquere, & l. hac edictali. C. de secund. nuptijs.

S V M M AE.

1 *Probibitio ne relinqui possit.*
2 *Probibitioni ne relinqui possit, an renuntiari possit.*
3 *Maritus ex dispositione pluriũ statutorum non potest relinquere vxori.*
4 *Probibitionis, ne maritus relinquat vxori, ratio.*
5 *Statuto probibenti an possit maritus renuntiare.*
6 *Testator an possit renuntiare prohibitioni, ne possit relinquere.*
7 *Hæres an renuntiare possit probibitioni.*
8 *L. hac edictali C. de secund. nuptijs.*
Dispositio dictę l. hac edictali respicit fauorem filiorum, & tollitur eorum renuntiatione.
10 *Pactum inter virum, & vxorem in fraudem dictæ. l. hac edictali non valet.*
11 *Filij prioris matrimonij, an possint renuntiare dispositioni dictæ l. hac edictali.*
12 *Filij consentientes, quod mater transeat ad secunda vota, an renuntiare censeantur.*
13 *Statum Mediol. quod ascendentes non possint meliorare descendentes.*
14 *Statutum Nouariæ quod mulier non possit fraudare filios.*

ET si libera debeat esse vnicuiq; facultas de rebus suis disponẽdi post eius mortem l. prima. C. de sacros. eccles. l. captatoriæ. ff. de leg. primo l. in conditionibus. ff. de conditionib & demonstrat. l. si fratres. §. idem respondit. ff. pro socio. §. disponat auth. de nupt. Tamen in-
1 terdum ius ex causa cœrcet hanc liberatem, prohibens nihil omninò relinqui quibusdam personis, eisq; auferens passiuam testamenti factionem gloss. in. §. legari Instit. de leg. aut verò libertatem constringit relinquendi, prohibens ne relinqui possit vltra certã summam. Prohibetur autem, vt nihil omninò relinquatur in pœnam, & odium ipsius prohibiti, cùm pœna censeatur, vt quis incapax hæreditatis reddatur, vt not. Ias. in. l. si is qui hæres, per illum. tex. ibi pœnas. ff. de vulg. & pupill. inferens secundum Castr. statutũ disponens, vt quis sit incapax hæreditatis esse pœnale. Aut verò sit prohibitio restringens facultatem disponendi ratione cùm rerum, cùm personarum, veluti cùm prohibentur relinqui bona immobilia personis non subditis, vt habetur in Constitutionibus Dominij Mediol. tit. de pœn. §. collegijs. Deniq; constringitur libertas ratione personarum, veluti cùm ex statuto prohibetur maritus relinquere vxori vltra certam summam, cui dispositioni consonat. l. hac edictali in principio. C. de secund. nupt.

2 Vbi autem personæ capere prohibentur ipsarum odio, non etiam fauore testatoris, vel hæredum, non potest testator, vel hæres huiusmodi prohibitioni renuntiare, etiam cum iuramento; quoniam huiusmodi personę sunt omninò incapaces, perpetuaq; est causa prohibitionis, vt dictum est renuntiat. duodecima. Quare prohibitioni ne spurijs relinqui possit renuntiari minimè potest, etiam cum iuramento. Crauett. cons. 229. col. 4. Ruin. cons. 69. diligenti. num. 20. lib. 3. Decian. cons. 83. num. 23. lib. 5. Gallia ad stat. Alexandr. in verbo, non possit, q. prima. num. 37. est sanè huiusmodi prohibitio, nullo priuato fauore inducta, sed ob publicam honestatem, atq; vtilitatem, vt per Decian. dicto cons. 83. Imo hæredes, & filij legitimi non possunt consentire, vt spurijs relinquatur cõtra prohibitionem iuris Crauett. dicto. cons. 229. col. 4. vers. amplius etiam. Qua ratione etiã renuntiari non potest dispositioni prohibenti rem immobilem relinqui personę non subditæ, vt habetur in dicta. §. collegijs: siquidem ea dispositio non respicit priuatum fauorem, sed publicum.

3 Ex dispositione præterea plurium statutorum Italię non potest maritus relinquere vxori vltra certam quantitatem. Nam ex statuto Mediolanensi nõ potest maritus relinquere vxori vltra quartam partem bonorum suorum computata

gitima.

æstimatione vsusfructus alimentorum, & cæterorum relictorum, vt eius meminit Dec. conf. 196. in casu proposito. Brun. de stat. art. primo. q. 4. num. 39. Alba. conf. 266. num. 23. & conf. 41. Ex statuto Ciuitatis Papiæ vir non potest relinquere vxori nisi vsumfructũ, vt meminit Petr. Ferr. in forma libelli quo vxor agit ad dot. verb. dedit. & legauit. nu. 2. Crauett. conf. 766. Ceph. conf. 59. lib. primo. Cort. Iun. conf. 6. lib. 1. Natt. conf. 463. Paul. de Monte pico in repetit. auth. præterea. num. 42. C. vnde vir. & vxor statuto Parmæ non potest maritus relinquere vxori vltra centum libras, vt super eo consulit Alex. cõs. 128. lib. 7. conf. 26. num. 4. lib. 2. Bursat. conf. 189. Cephal. conf. 414. Ioann. Crott. in rubr. ff. de acquir. possess. num. 31. sed & ex statuto Pisarũ restringitur libertas mariti in relinquẽdo. Bald. conf. 204. & conf. 330. lib. primo. Dec. conf. 540. Alba. conf. 88. nec non statuto Ciuitatis Mutinæ, vt per Cephal. conf. 408. & de statuto Reginæ Ciuitatis trad. Rom. conf. 39. Nam & ex statuto Alexandriæ maritus non potest relinquere vxori vltra solidos vigiuti, vt latè super eo scripsit Gallia. Statutum autem Nouariæ patriæ meæ disponit, non posse maritum relinquere vxori nisi vsumfructum dimidiæ partis bonorum suorum, & libras quinquaginta, vt super eo resp. Plot. conf. 17. quod etiam reperitur inter consilia diuers. vltim. vol. conf. 168. lib. primo. Deniq; communiter per statuta Italiæ dispositum est, quod maritus non possit relinquere vxori nisi vsumfructum, vt testatur Ias. in l. si is qui num. 5. ff. de vulg. & pupill.

Horum statutorũ plures adferuntur rationes, vt latè recenset Gall. de stat. Alexandr. præfat. 5. Tamen vera ratio illa est, quam tradit Bartol. in l. prima. nu. 32. C. de summ. Trinit. & ibi Salyc. ne scilicet amore vxoris Maritus se spoliet, & decipiatur, & hanc Bartoli rationem sequuntur plures, vt tradit Gall. dicta præfat. 5. num. 16. & num. 39. vbi hanc rationem ipse quoq; sequitur, attestans eam vti magis communem cõmuniter receptam esse, & hanc sequitur Rom. conf. 39. nu. 2. Brun. de stat. art. primo q. 4. nu. 39. hancq; communiter a Doctoribus assignari tradit. Alba d. cõs. 88. nu. 2. & ita tradunt DD. per l. 1. ff. de donat. inter. uir. & vxor. super quã ratione fundata est quoq; dispositio. l. hac edictali in princip. C. de secund. nupt. de qua inferius dicam. Natt. conf. 463. num. 2. Quocirca huiusmodi statuta valent per dictam l. hac edictali in principio, in ratione sui, vt inquit Alex. cõs. 128. nu. primo. lib. 7. Quin etiam iure antiquo Voconia lex lata fuit de coercendis mulierum hereditatibus, de qua trad. D. August. de Ciuit. Dei. lib. 3. & meminit Pecch. de testam. cõiug. lib. primo. cap. 1. nu. 3. Zas. in catal. leg. antiqu. Riual. Histor. iur. ciuil. & pontific. num. 170. vbi refert Q. Volumnium Trib. pleb. legem tulisse, nè quis hæredem mulierem institueret, & M. Catonem istas leges oratione luculenta suasisse. Ratio itaq; statuti coercentis libertatẽ relinquendi vxori illa est, quæ traditur in d. l. 1. ne scilicet maritus amore vxoris insaniens se spoliet, & profusa facilitate in relinquendo vtatur. Omnia sanè cogit amor. cui accedunt, & artes vxoris, quæ continuè habitans cum marito facile illum amore insanientem decipere potest. Vxores porrò suaptè natura auarissimæ semper inhiant bona mariti, nihil prætermittentes, quantum eniti possunt, vt maritum in testando præsertim obsequentem habeant. Quinimò semper lateri mariti adhærentes non desinunt blanditijs, vi assiduæ orationis iteratis precibus, querelis, ac lacrymis delinire, suadere, orare, & ad miserationem mouere vsq; adeo, donec à maritis hæreditates, seu legata hereditatem exhaurientia expresserunt, ac extorserũt. Amor quippe facit, vt facilè decipiatur maritus ab vxore fœmineis dolis instructa, vt considerauit etiam Iuris cons. in dicta. l. prima. ff de donat. inter uir. & vxor. Cui fragilitati, & facilitati mariti optima ratione occurrunt iura municipalia, quę prohibent maritum tantum, non etiam vxorem: quoniam, & si mutuus sit amor inter uirum, & vxorem, tamen, vt agnationi, & familiarum dignitati semper fauent statuta: ita prouident ne mariti proprietatem relinquãt vxorib., sed vsumfructum tantum, ne bona testatoris transeant in alteram familiam Pecch. de testam coniug. lib. primo. cap. pri. & lib. 4. c. p. Voluntas sanè mariti vltra dispositionem statuti relinquentis, nõ censetur libera, sed quasi coacta vi amoris, qui omnia cogit, ac persuasionum, cum persuadere sit plus quam cogere. l. 1. §. quòd autem. ff. de seru corrupt.

Ex quibus facilè constat huiusmodi prohibitionem minimè inductam fuisse odio ipsarum mulierũ, vt voluit Petr. Ferr. in form. libell. quo vxor agit ad dot. in gloss. dedit. & legauit circa princip. Socin. conf. 74. difficultatem. col. 2. lib. 3. Plot. conf. 17. nu. 29. & num 48. sed ob fragilitatem mariti, quoniam hoc casu nulli mali mores vxoris odio habentur, & considerantur, sed amor tantum, quo facilè adduci potest maritus ad relinquendum immoderatè, vt amor ipsius est itẽ immoderatus. Cum plura itaq; à iure beneficia inducta fuerint, vt occurratur fragilitati, vt suo loco dixi, meritò & statuta consulunt maritorum facilitati. Desinant autem mulieres conqueri de iniquitate horum statutorum, siquidem non fuerunt inducta odio ipsarum, sed vt subueniant maritis amore immoderato facilibus ad immoderatè relinquendũ: Nam huiusmodi statuta cõiecturam faciunt in illis locis, quibus vigẽt, vxores quam maximè amari ab eorũ uiris, cùm is amor causam dederit statuto, nec non vxores maximè excitare viros ad amandum.

Statuto autem ità disponenti maritus renuntiare non potest: quoniam qua ratione maritus induci potest ad relinquendum immoderatè, & vltra certam summam, eadem quoq; induci poterit ad renũtiandum dispositioni statuti. Bald. conf. 336. lib. p. Crauett. conf. 766. col. p. Plot. conf. 17. num. 47. Gallia super stat. Alexandr. in verbo, non possit q. prima num. 5. Natt. conf.

463.num 9 Menoch. conſ. 918. num. 15. Nam & aliàs diſpoſitioni prohibenti renunciari non poteſt. l. prima, & 2.C. ne fideiuſſ. dot. dent. Bald. dicto. conſ. 336. Crauet. dicto. conſ. 766. Gali. dicta. quæſt. prima. num. primo. Deinde maritus non poteſt facere, quòd leges, & ſtatuta locum non habeant in ſuo teſtamento. l. nemo poteſt. ff. de. leg. primo. Deniq; cum ſtatutum editum fuerit, vt occuratur fragilitati mariti, illi renunciare nõ poteſt, vt hac in ſpecie trad. Natt. conſ. 463. nu. 3. Menoch. conſ. 11. num. 24. in fin. & latè dixi de Renunciat. iuris ob fragilitatem conceſſi. Et quod diximus de teſtatore, idem dicendum eſt de hærede, qui non poteſt viuente teſtatore renunciare diſpoſitioni ſtatuti Gali. dicta. q. prima,

6 Sed dubitari poteſt an teſtator renunciare poſſit cum iuramento, & plures voluerunt renunciationem etiam iuratam non valere, cum ſtatutum editum fuerit odio vxorum. Plot. conſ. 17. num. 29. & nu. 50. Gallia. d. q p. num. 14. Sed ipſe exiſtimauerim relictum cum iuramento valere ſi quidem, & donatio inter virum, & vxorem nulla alia ratione prohibetur, quàm ne mutuo amore inuicem ſe ſpolient coniuges, & tamen eã cõfirmat iuramẽtũ, vt dixi Renunciat. 89. Sic & minor renunciat cũ iuramẽto ætatis beneficio, & reſtitutionis in integrum ob fragilitatem conceſſo, vt alibi dixi, & facit auth. ſacram. puber. C. ſi aduerſ. venditio. & dixi. lib. 5. cap. 4 Neq. dicẽdum eſt ſtatutum nõ reſpicere fauorem mariti; cũ poſt illius mortẽ tantũ prohibitionis effectus trahatur, ſed hæredum, vt inquit Cranet. conſ. 766. nu. 2. Barbat. conſ. 12. lib. p. Plot. inter. cõſ. crimin. lib. p. conſ. 130. num. 49.

7 Sed an hæres poſt mortem teſtatoris renunciare poſſit, dubitari poteſt, & Plot. conſ 17. num. 50. voluit hæredem renunciare non poſſe etiam cum iuramento, cum ſtatutum inductum fuerit odio vxorum, quòd & trad. Gallia. d. q. prima, nu. 24. & 29. Quoniam prohibitio non reſpicit fauorem heredis, ſed teſtantis principaliter, vt per eum. d. num 24. & 29. nec non fauore publico, vt. num. 31. cum ſequenti. Verùm ego teneo hæredes poſt mortem mariti renunciare poſſe, quoniam tunc effectus prohibitionis reſpicit eorum fauorem, & ita voluit Barbar. conſ. 12. lib. primo. vbi voluit poſſe hæredes renunciare, etiã viuente teſtatore, quòd ego faciiè non admiſerim, vt mox dicam. Et quòd hæredes renũciare poſſint voluit Alciat. conſ. 10 nu. 10. verſ. contra hanc concluſionem. tom. 3. lib. 8. quoniam ſecundũ eum ſtatutum reſpicit fauorẽ hæredũ Barbat. d. conſ. 12. Bald. l. p. in fin. verſ. ſed quæro. C. de ſecund. nupt. & ſuper ſtatuto Parmenſi ita conſuluit Burſat. conſ. 189. num. 66. & Plot. ſuper ſtat. Nouarienſi. conſ. 130. num. 49. inter conſ. crimin. lib. primo. Nam ſciendum eſt ſtatutum reſpicere principaliter fauorem teſtantis, vt eius voluntas ſit libera, cum ſatis dicatur id fieri in mei præiudicium, quod fit contra voluntatem meam. l. fin. ff. de vſu, & habitat. qui fauor principaliter ſpectat ad teſtatorem, non etiam ad hæredem. Verùm poſt mortem teſtatoris, prohibitionis effectus reſpicit ipſum heredem tantum, atqui ideo poſt mortem hæres renunciare poterit, & non ante. Eſt itaq; concludendum maritum non poſſe ſimpliciter renunciare diſpoſitioni ſtatuti; idemq; dicendum eſt de hærede renunciante ante mortem teſtatoris. Maritus autem renunciare poterit cum iuramento, Deniq; poſt mortem teſtatoris non prohibetur hæres renunciare, quoniam eo tempore agitur de ſuo fauore tantum, atq; de effectu prohibitionis.

8 Similiter. l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. diſponit, quòd pater, vel mater habens liberos prioris matrimonij, & tranſiens ad ſecũda vota, non poteſt aliquo modo, vel pacto plus relinquere, aut donare Secundo cõiugi, quã relinquit ſingulis liberorũ prioris matrimonij, ita vt habeatur reſpectus ad illum filium, cui minimum reliquit, concordat tex. §. optimè auth. de nupt.

9 Cuius ſanè legis diſpoſitio reſpicit fauorẽ filiorũ Bart. d. l hac edictali in fine Anchar. cõſ. 151. ex prædicto themate. col. 2. Paril. cõſ. 71. nu. 51. lib. p. & ideo illi renunciare nõ poteſt, etiã cũ iuramẽto parens relinquens, vel donans, cũ nõ poſſit renunciare fauori, qui minimè inductus fuit eius gratia Bart. in. d. l. hac edictal in illũ. tex. in. verbo omni circũſcriptione, & in. d. §. optimè. nu. 6 per tex. ibi nulla machinatione, quę Bartoli doctrina cõmuniter eſt recepta Pariſ. d. cõſ. 71. nu. 51. ſequitur Bertrand. in repetit. dictæ. l. hac edictali in principio. nu. 43. Bald. conſ. 22. quædam domina. lib. 5. & conſ. 161. lib. p. Dec. conſ. 246. col. prima. ſequitur. Crauet. conſ. 259. col. 3. Curt. Iun. conſ. 230. num. 19. lib. 3. Rol. conſ. 59. num. 7. lib. 4. Menoch. conſ. 4. num. 6. Franc. Marc. q. 26. p. 2. Gail. obſeruat. 40. num. 12. lib. primo. Cunon. tract. de pact. lib. primo. cap. 16. num. 130.

10 vbi inquit ità communiter tradi. Neq; enim valet pactum inter virum, & vxorẽ in fraudem dictæ. l. hac edictali Ruin. conſ. 112. num. 8. lib. p. minuſq; valet confeſſio etiam iurata nouercæ, vel vitrici in præiuditiũ liberorũ prioris matrimonij, etiamſi ſint hæredes, vt per Franc. Marc. dicta q. 26.

11 Filij autem prioris matrimonij renunciare poterunt huic diſpoſitioni, vti inductæ eorum fauore: Verùm per ſimplicem agnitionem, & petitionẽ relicti, etiãſ acti cũ onere plus non petẽdi filius primi matrimonij non videtur renunciare remedio huius legis, vt p Bald. d. l. hac edictali in princip. nu. 27. verſ. iuxta hoc quæro. per tex. ibi, tamquã nõ ſcriptũ. ſequitur Bertrand. d. l. hac edictali. verſ. ſi verò plus. num. 8. vbi inquit hãc eſſe indubitatã concluſionem, vbi extenditur id etiam procedere, ſi cũ agnitione legati interueniat refutatio, ſiue quietatio etiã generalis; intelligendo tamen, vt per eum, quando tempore renunciationis nõ erat ius quæſitũ ipſi filiæ, quia nondũ tranſiuerat parens ad ſecunda vota: ſecus ſi renunciationis tempore iam erat quæſitum ius ipſi filię per tranſitũ parentis ad ſecundas nuptias, quoniã tũc huiuſmodi generalis renũciatio

nocebit

nocebit filio scienti tamen hoc remedium sibi competere, vt per eum, de qua re vide quę dixi supra de legitima.

22 Vnde si filij primi matrimonij consentiant quod mater transeat ad secunda vota, censentur renuntiare beneficio dictæ.l. hac edictali Io. de amicis consf. 3. Nam secundò nubens de cõsensu filiorum primi matrimonij euitat pœnas in fauorem dictorum filiorum introductas Io. Garon. de secund. nupt. circa finem vers. secundũ remedium, & quod filij consentientes secundis nuptijs censeantur renuntiare trad. Menoch. cõs. 255. num. 20. Sed contrarium velle videtur Io. Garon. dicto loco. & Gabr. tit. de secund. nupt. conclus. 4. num. 48. ampliat. 25. Nam vbi prohibitio, ne relinqui possit, respicit fauorẽ alicuius, is poterit prohibitioni renuntiare, & consentire, vt relinquatur. Barbat. consf. 12. col. 7. vers.
23 & si dicatur lib. p. & ideo statuto Mediol. disponenti, quòd ascendentes non possint meliorare descendentes renuntiari poterit, cum editum sit
24 fauore descendentium, vt sint æquales. Non absimili ratione renuntiare poterunt filij statuto Nouariæ disponenti, quòd mulier nõ possit fraudare filios, quia illud videtur fauore ipsorũ filiorum inductum. Menoch consf. 456. num. 27.

CXXVIIII. RENVNTIATIO, Iuris disponentis generalem renuntiationem non valere.

SVMMAE.

1 *Specialis renuntiatio interdum requiritur.*
2 *L. sed & siquis. §. quæsitum intellectus.*
3 *Renuntiari, an possit dispositioni dicti. §. quæsitum.*
4 *L. omnes. C. de pręscript. 30. annorum.*
5 *L. si quando. §. & generaliter. C. de inoff. testam.*

Regulariter constituenda non est differentia inter generalem renuntiationem, & specialem: siquidem, & aliàs videmus generalẽ dispositionem idẽ operari, quod specialis. l. si duo in fine, vbi Bartol. ff. de administr. tutorum. in. l. si chorus. ff. de leg. 3. in. l. omnes vbi Bald. & Angel. C. de pręscript. 30. annorum not. gloss. & DD. l. sed & si quis. §. quęsitum. ff. siquis caution. gloss. magna in. l. si is qui ff. de iure. fisci. Socin. & alij in. l. prima. ff. de vulg. not. in. cap. 2. de off. ordin. & in cap. 2. de coniug. leprosorum, & nuncupatim, quod generalis renuntiatio idem operetur, ac renuntianti præiudicet, quòd ipsa specialis tenet Cumã. cõs. 7. col. penult. cõs. 8. circa mediũ & cõs. 24. col. fin. Grat. cõs. 29. nu. 10. lib. 2. Tiraquel. in. l. si vnquã in præfat. nu. 116. C. de reuocãd. donat. Surd.
1 cõs. 43. n. 4 & latè dixi lib. 4. c. 2. Verũ id perpetuũ nõ est, quoniam interdum exigitur specialis dispositio, & non sufficit generalis gloss. in l. siquis mihi bona. §. sed verum. ff. de acquir. hæred. & in. d. §. quæsitum vbi DD., & quòd generalis renuntiatio non operetur est. tex. in. l. prima. ff. siquis in ius vocatus non ierit, in fine, in illis verbis: nisi suo priuilegio specialiter renuntiauerit, & in. dicto. §. quæsitum, ibi, si specialiter causæ exceptionum expressæ sint, quibus
2 à promissore spõte renuntiatum est; circa cuius intellectum dubitatur primum, an dispositio dicti. §. quæsitum loquatur de casibus fortuitis tantum, vt scilicet renuntiatio generalis casuum fortuitorum non præiudicet renuntianti, an verò loquatur non tantum de casibus fortuitis. sed etiam de alijs exceptionibus, ac defensionibus, quæ reo in iuditio competere possunt. Altera est dubitatio, an tex. in. d. §. quęsitum, loquatur de generalitate iuncta cũ speciali, vel de generali renuntiatione sola absq; speciali expressione. Quoad primũ dubiũ dispositio dicti. §. quæsitum intelligitur duob. modis, Primùm, vt loquatur de casibus fortuitis tantum, pro qua opinione ea ratio adfertur, quod hoc titulo. ff. siquis caution. agitur quando quis per casum fortuitum in iudicio sistere non potuit, vt habetur in. gloss. rubric. ff. eodem. Alter intellectus est, vt loquatur de omnibus exceptionibus, cũ textus ibi dicat, ne vlla exceptio, atq; generaliter loquatur de omnibus exceptionibus, nec refert, quòd, per totum titulum peculiariter tractetur de casibus fortuitis, quoniam imò ibi etiã de alijs exceptionibus agitur, vt ibi legere est, & hunc intellectũ approbat Ias. in. d. §. quęsitum col. p. Quò pertinet ratio huius, tex. cur speciale sit in prætorijs stipulationibus, quod generalis renuntiatio non operetur, quæ illa est ne scilicet contra mentem, & æquitatem Prætoris vllus decipiatur sub generalium verborum obscuritate, vt per Bart. & omnes in. d. §. quęsitum, & ibi Ias. col. penult. vers. pro ista parte: quæ sanè ratio procedit non tantum in casibus fortuitis, sed etiam in cęteris exceptionibus, idemq; videtur tenere Bald. in. l. pacta nouiss. in fine. C. de pact. vbi tenet dispositionem dicti. §. quæsitum loqui de defensionibus futuris, & incertis, in quibus generalia verba non sufficiunt. Secundum primum intellectum traditur regula, quòd generalis casuum fortuitorum renuntiatio in iudicio facta minimè valeat, sed casus specialiter sint exprimendi: & secundum alterum intellectum regula esse potest, quod generalis renuntiatio exceptionum in iudicio non præiudicat renunciantis.

Circa secundã dubitationẽ dispositio dicti §. quęsitũ rursus intelligitur duobus modis, vt per gloss. ibi, in verbo, cõueniri in fine. Prim' est, quòd si specialiter renũtiatũ fuerit aliquib' exceptionib', & postea subijciatur generalis clausula, quod ea nihil operetur, & exponitur secũdũ hunc intellectũ textus ibi, exceptio deserta, vt sit casus nominatiui, hoc est exceptio nõ specificata. Altera lectura est, quod in. d. §. quæsitũ ponatur casus, quãdo interuenit generalis renuntiatio tantum, vel specialis tantum, non etiam vbi vtraq; simul, & exponitur textus, ibi deserta promissione, vt sit casus ablatiui, & hanc esse verã lecturã tradit

1 Bald. in. d. §. quæsitū. Tamen vterq; intellectus approbatur à DD. vt per Iaſ ibi. num. 13. quam-
2 uis Salyc. in. l. prima. C. de commod. reprehendat primam lecturam. Io. de Imol. in cap. p. de commod. ſequitur cōmunem ſententiam, gloſſ. in. d. §. quæſitum. quam ſequuntur communiter DD. ibi, vt per Iacob. à S. Georg. & Caſtr. qui inquit vtramq; lecturam eſſe bonam; tametſi ſecunda clarior ſit, & melior: Non defuerunt tamē, qui exiſtimant generalem renuntiationem tùm valere, cum iungitur ſpeciali Dyn. in cap. contractus circa finem de reg. iur. lib. 6. ſequitur Guido Pap. q. 367. & hanc opinionem eſſe tutiorem, & æquiorem trad. Bald. conſ 4. lib. primo, & ita tenet Butrigar. de renunciat. iur. in fin. per tex. in. dictn. §. quæſitum. Quicquid autem ſit circa ſupradictos intellectus, illud certum eſt in dicto. §. quæſitū diſponi, quod generalis renuntiatio non præiudicat renuurianri.

3 Videamus modo num renuntiari poſſit diſpoſitioni dicti. §. quæſitum, nimirum, vt generalis renuntiatio valeat, nō obſtante eius diſpoſitione, vel quacumq; alia, & hanc quæſtionē latè diſputat. Iaſ. in. dicto. §. quæſitum. num. 19. vbi refert Gullielm. de Cuneo. & Andr. de Piſis tenere, vt renuntiari non poſſit; ſiquidem diſpoſitio dicti §. quæſitum procedere videtur fauore publico, cui renuntiari non poteſt. Præterea videtur tradi pro forma, vt ſpeciarim renuntietur, vt in textu ibi, ita & ſi, vt ponderat ibi Rub. num. 8. & ideo videtur renuntiari non poſſe, per ea, quæ ſupra de forma dixi. facit etiam, quòd diſpoſitio videtur prohibitoria, cui non poteſt renuntiari, vt notatur in. l. prima C. ne fideiuſſ. dot. dent. facit quoq; l. doli mali. §. diuerſum. ff. de nouat. Nam ea facilitate, qua quis ex generali renuntiatione decipi poteſt, eadem quoq; facilè renunciabit legi diſponenti generalitatē minimè nocere renuntiāti.

Verum contrariam ſententiam tenet Alber. in. d. §. quæſitū, vt ſcilicet renuntiari poſſit, idq; communiter obſeruari tradit; quoniam illud ibi conſtitutum fuit priuato fauore, ne videlicet ſub generalium verborum obſcuritate quis facilè capiatur, quod ſanè cum volenti fit, ceſſat dolus. l. cū donationis. C. de tranſact. l. prima. §. vſq; adeo. ff. de iniurijs. Neq; dicendum eſt, quod in dicto. §. quæſitum pro forma tradatur, vt ſpecialis fiat renuntiatio, quoniam id pro forma tradere lex dicitur, cum diſponit aliter fieri non poſſe, vt not. Bartol. in. l. de his, circa medium ff. de tranſact. Minuſq; dici poteſt quod huiuſmodi diſpoſitio ſit prohibitiua, cum ſimpliciter dicat non valere, ſecus ſi diceret, non poſſit, cum hoc verbum poſſit, negatiuè prolatum, neceſſitatem inducat. gloſſ. in cap. primo. de reg. iur. lib 6. Præterea ibi non ſimpliciter prohibetur, ſed excipitur partium conſenſus, ibi niſi ſpecialiter renuntiauerit, quo ſanè caſu renunciari poteſt, per regulam in auth. generaliter, vbi Bald. in ſecund. notab. C. de epiſc. & cleric. & in cap. nonnulli. col. prima. de reſcript. Quam Alberici ſententiam ſequitur. Iaſ. in dicto. §. quæſitum. num. 19. cum ſequenti. Guter. de contract. iuratis. c. 24. num. 5. vbi ita obſeruari teſtatur, vt poſt generales renuntiationes apponatur renuntiatio legis diſponentis generalem renuntiationem non valere, vt per Butrigar. de renuntiat. iur. in fin. & Rub. in. dicto. § quæſitum num. 13. tenet renuntiationem valere. Renuntiatio igitur illa, quæ dicitur renunt. &c. & ſpecialiter iuribus dicentibus generalem renuntiationem non valere, ſumitur ex diſpoſitione dicti. §. quo traditur generalem renuntiationē non valere.

4 Sed quid ſi partes renuntiarent quod volunt haberi pro expreſſis, & ſpecificatis omnia, & ſingula, quæ ſpeciali egent expreſſione, ac ſi ſpecialiter, & nominatim expreſſa fuiſſent, vt habetur in. l. omnes. C. de præſcript. 30. annorū. Et non valere hanc renuntiationem, ſed exigi adhuc ſpecialem renuntiationem tenet. Bartol. in. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut. in opp. de dicta. l. omnes. ſequitur. Iaſ. ibi col. p. & num. 28. Alex. num 8. Angel. num. 4. & Rub. nu. 20. Bœr. q. 3. num. 10. & ratio eſt, quia partes nō poſſunt fingere, quod expreſſum non eſt, licet ſecus ſit in lege, & in Principe, qui eſt lex animata in terris, vt in d. l. omnes; quiq; poteſt fingere, quod expreſſum non eſt. c. illa de elect. & cap. primo. de tranſact. & hanc diſtinctionem ſequitur Tiraquel. de legib. connub. gloſſ. 7. circa finem, vbi vide.

5 Hinc per renunciationem iuris dicentis generalem ranuntiationem non valere, niſi ſpecialis præceſſerit videtur, renunciari diſpoſitioni leg. ſi quādo. §. & generaliter. C. de inoff. teſtam. vt per Socin. Iunior. conſ. 136. num. 22. lib. primo. ſequitur. Menoch. conſ. 71. num. 19. & huc pertinent, quæ dicam Renuntiat. proximè ſequenti.

CXXX. RENVNTIATIO.

Iuris requirentis expreſſionem.

SVMMAE.

1 *L. omnes. C. de præſcript. 30. annorum.*
2 *Partes non poſſunt fingere, vt non expreſſum pro expreſſo habeatur.*
3 *Pactum non valet, vt caſus non expreſſi, pro expreſſis habeantur.*
4 *Renuntiari non poteſt iuri diſponenti, vt aliquid exprimatur.*
5 *Cap. qui ad agendum de procurator. lib. ſexto.*
6 *Expreſſio priuato fauore requiſita.*

INterdum lex, vel conſtitutio exigit aliquid ſpecialiter, & nominatim exprimi, vt quid certi de ea re habeatur, & tunc dubiū eſſe poteſt, an partes facere poſsint, vt id pro expreſſo habeatur, quod minimè expreſſum eſt. Nam lex haud dubiè id facere

poteſt

potest, vt habetur in. l. omnes C. de præscript.
30. vel 40. annorum in illis verbis, tamquã si per
hanc legem specialiter, ac nominatim fuissent
enumeratæ; quoniam lex fingere potest, vt id,
quod expressũ nõ est pro expresso habeatur. c. illa
de elect. c. primo. de transact. Tiraq. de legib.
2 connub. gloss. 7. num. 204. At in priuato aliud
dicẽdum videtur, cum homo id fingere nequeat
cap. qui ad agendum de procuratoribus lib. 6.
quòd sanè procedit, cum talis clausula apponi-
tur à priuato, quando huiusmodi clausula nihil
operetur in casibus, in quibus requiritur specia-
3 lis expressio, vt per Tiraq. d. num. 204. Vnde si
partes conuenirent, quòd in renunciatione casuũ
fortuitorũ haberi volũt pro expressis, & specifi-
catis omnes casus, qui occurrere possunt, pactum
non valet Angel. in l. sed & siquis. §. quæsitum.
circa finem, vers. quid autem si. ff. siquis cautio-
nibus per illum tex. in verbo, specialiter. Pro
qua sentententia facit textus in cap. qui ad agẽ-
dum. de procur. lib. 6. & quamuis idem iuris
sit, vt aliquid sit expressum, vel pro expresso
habeatur. l. 3. §. hęc verba, & ibi not. Ang. ff.
de negot. gest. tamen istud haberi pro expresso
venit ex interpretatione, vt per gloss. & Ang.
ibi. sequitur Felin. in cap. nonnulli col. 7. vers.
prima est de rescript. Nam quoties lex pro for-
ma requirit, vt quidpiam exprimatur, nõ potest
partium renuntiatio tollere eam formã Fulgos.
in dicto. §. quęsitum. num. 11. vers. dubitat An-
gelus. Quicquid igitur fit in legibus, vel in re-
4 scriptis Principum per dictam. l. omnes. illud
certum est, quòd in contractib. & in pactis non
operatur renuntiatio iuris disponentis, vt quid-
piam exprimatur: siquidem non possunt partes
fingere, vt nõ expressum pro expresso habeatur
Io. de Selua de benefic. p. 3. quæst. 14. num. 15.
5 per tex. in dicto. cap. qui ad agendum, vbi si cõ-
stituo procuratorem generaliter, & ad omnia,
etiamsi ea requirerent speciale mandatum, dicta
verba non operantur, vt censeatur habere
mandatum etiam in causis, quæ speciale man-
6 datum exigunt. Et hęc quidem procedunt, vbi
lex pro forma requirit expressionem nullo pri-
uato fauore, secus vbi expressio exigitur fauore
partium, quoniam tunc iuri requirenti expres-
sionem ad priuatum fauorem renuntiari pote-
rit, vt Renuntiat. 50. iam dictum est, Sed vide
etiam quæ dixi Renuntiat. 159.

CXXXI. RENVNTIATIO

Denuntiandi necessitatis.

S V M M AE.

1 *Denuntiatio quid operetur.*
2 *Denuntiandi necessitas causatiua.*
3 *Denuntiatio cuius fauorem respiciat.*
4 *Denuntiandi necessitas remitti potest.*
5 *Pactum de vendendo pignore absq; denuntiatione.*
6 *Clausula absq; requisitione creditoris.*

DEnuntiatio in plerisq; casibus ideò
exigitur aut vt is cui, denunciandũ
est certior fiat, vel etiã vt incitetur
ad quidpiam faciendũ, vt per Bart.
& DD. in. l. nõ solum. §. morte. ff. de
oper. non. nuntiat. Primo casu denũ-
1 tiatio circa actũ futurũ operatur, vt excludat ab
ipso denuntiante suspicionẽ fraudis, & doli atq;
operatur, vt actus dicatur factus palàm, non etiã
clàm. Circa autem actum præsentem vel præte-
teritũ tollit denuntiatio in eo, cui fit, omnẽ igno-
rãtiæ prętextũ. Altero casu ex denuntiatione, is
cui denuntiatur incitatur ad aliquid faciendũ
ad cõmodũ ipsius denuntiãtis. Bart. & alij in. d.
2 §. morte. Hæc autẽ denũtiandi necessitas dici-
tur causatiua, & ideo conductor in casu. l. item
quæritur. §. exercitu. ff. locat. denuntiare tenetur
locatori, ne ex locato teneatur. item ei denũtiare
debet sterilitatem, vt potestà fiat remissio mer-
cedis. d. §. exercitu. Thesaur. decis. 108. vbi testa-
tur Senatũ ità sæpè iudicasse. Prçterea emptor
denuntiare tenetur litem euictionis venditori,
vt de euictione regressum habeat. l. emptor. C. de
euict. sed & creditor priusquã pignus vẽdat de-
nuntiare debet debitori l. si cõuenerit vbi DD.
3 ff. de pignorat. act. Denuntiatio principaliter fit
fauore eius, cui denuntiandum est, vt is certior
factus de aliquo euẽtu illi occurrere valeat, nẽpe
vt vẽditor prius admonitus ab emptore euictio
nis casũ vti magis instructus defendere possit. l.
si fundo. §. fin. ff. de euict. Quo fit, vt denuntians
debeat admonendo incitare eũ, cui denuntiatur
Alciat. in. l. detestatio. n. 19. ff. de verborũ signifi-
cat. Hincq; emptor debet litẽ denuntiãdo vendi-
torẽ incitare, vt defendẽdæ causæ adsit. Bart. in
d. §. morte. nu. 48. quẽ sequuntur cõmuniter DD.
vt per Bolognet. ibi nu. 197. & nu. 199. vers. quare
4 concludas. Vbi igitur denuntiatio respicit fa-
uorem eius, cui fieri debet, certè potest is fauori
suo renuntiando denuntiandi necessitatẽ remit-
tere Rub. d. §. morte. nu. 443. & ibi Bologn. num.
209. & est tex in. l. Herennius in principio ibi, si
pacto ei remissa esset denuntiandi necessitas, &
ibi gloss. ff. de euict. Et quod venditor remittere
possit emptori necessitatem denuntiandi litem,
5 satis diximus Renuntiat. 106. Sic quoq; valet
pactum de vendendo pignore, nulla præcedente
denuntiatione, vt not. Bartol. in. l. Titio. §. fin.
ff. ad minicip. & in. l. si cõuenerit, vbi Castr. nu.
5. ff. de pignorat. act. per. tex. in. d. l. Titio. §. fin.
trad. Felin. in cap. ex litteris. nu. 8. vers. sexto fal-
lit de constitut. & Gabr. in suis comm. tit. de
citat. conclus. pri. num. 238. Nam ex eo, quòd
denuntians necessitatem denuntiandi habet, fa-
cilè colligitur denuntiationem non esse benefi-
cium inductũ fauore ipsius denuntiantis, siquidẽ
beneficia non adstringunt, sed volentibus tantum
conceduntur. l. inuito. & ibi. Dec. & Cagnol. ff. de
reg. iur. in quam sententiam. Senec. de benefic.
lib. 2. ità scribit: semper profectò importunum
est beneficium, quòd inuito datur, ideoq; nihil
inter hoc beneficium, & odium interest.
Neq; dicendum est, vt denuntiatio ex æquitate

fieri debeat, & si ea pacto remissa sit, vt per Re-
buff, in constit. Gallię. tract. de dilat. gloss. vnica
num. 39 Quoniam cessat æquitas ex pacto: nam
& iuramentum habet vim denuntiationis, &
ideo vbi iuratum est, in contractu non exigitur
denuntiatio, vt dixi suo loco.
6 Vnde valet illa clausula, & vt debitor ipso
iure in mora constituatur, videlicet, in Kalend.
Ianuarij absq; omni requisitione creditoris Co-
ler. de process. execut. p. prima. c. 10. num. 27.
Sic quoq; intimationi appellationis potest ap-
pellatus renuntiare, cum illius fauore inducta
fuerit. Lancellot. de attent. p. 2. cap. 12. limitat.
3. num. 36.

CXXXII. RENVNTIATIO, cauendi, & satisdandi necessitatis.

S V M M AE.

1 *Renuntiatio non tollit necessitatem fideiussionis præstandæ.*
2 *Renuntiare potest is, cuius commodum respicit cautio.*
3 *Hæres renuntiare potest, ne vsufructuarius caueat.*
4 *Cautio legatorum inducta fuit fauore testatoris.*
5 *Cautio quæ exigitur nullo priuato fauore.*
6 *Hęres cur remittere possit cautionem legatorum.*

VBI quis ex legis, aut constitu-
tionis dispositione satisdare,
vel cauere debet, quoniam vi-
detur eo casu satisdationem, vel
fideiussionem de necessitate
exigi, etiam si minimè petita
fuerit Ias. cons. 191. placet mihi
lib. 2. ac requiti pro forma actus,
1 ideo dicendum est hoc casu renuntiationem, &
remissionem partis minimè tollere necessitatem
fideiussionis, & cautionis pręstandæ, quæ vide-
tur esse de forma, cum formæ à lege traditæ re-
nuntiari minimè possit, vt alibi dictum est. Sed
contrarium dicendum videtur, nam vbi lex
requirit fideiussionem præstari, id profectò exi-
2 git ad alterius vtilitatem, ac securitatem, atqui
ideo videtur, vt pars cuius commodum respicit
cautio renuntiare possit per tex. in l. peto. §. fra-
tre, ibi, quod si cautio non fuerit ab eo, qui primo
loco admissus est desiderata. ff. de leg. 2. per quē
tex. inquit Castr. ibi, quòd statutum disponens
appellantem debere præstare fideiussorem de
restituendis expensis, & aliter processum factū
nō valere intelligi debet, si fideiussio fuit petita,
& non præstita, & facit tex. in l. 2. §. primo. ff.
quorum legatorum, vbi tex. ita inquit. Nō ergo
offerre debet satisdationem, sed petenti satis-
moram non facere: & sententiam Castr. circa
statutum requirentis fideiussionē sequitur Natt.
cons. 685. extat vetus, lib. 4. & Cauagnol. ad De-
cret. Montisferr. decret. 13 §. 10. quod est no-
tandum ad declarationem Constitutionum Me-
diol. tit. de appellat. Vbi igitur satisdatio requi-
ritur fauore cuiuspiam, is certè renuntiare pote-
rit suo fauori, gloss. in l. scire C. vt in possessio-
3 nem legatorum. Vnde videmus hæredē renun-
tiare posse, ne vsufructuarius caueat. gloss. in. l.
pactum inter hæredem, & ibi Ias. num. 10. ff. de
pact. & habetur in, d. l. scire, nec non legatarium
renunciare posse fauori suo: nimirum nè hæres
satisdet legatorum nomine l. pactum inter hęre-
dem. ff. de pactis. Cuius legis argumento tradit
ibi Bald. quod creditores remittere possunt vsu-
rario necessitatem cauendi ei impositam ex di-
spositione cap. quāquā de vsuris lib. 6. & idem
inquit Castr. in d. l. pactum inter heredem nu. 3.
sed contrarium tenet Ias. ibi num. 8. quoniam in
d. cap. quamquam illud dispositum videtur, non
fauore creditorum, sed potius vsurarij manife-
sti, & ideo in huiusmodi cautione necesse non est
citari creditores, vt per eum. Quare licet vsu-
fructuarius non faciat fructus suos, nisi cautio-
nem præstiterit de vtendo arbitrio boni viri, ta-
men si sciente, & patiente proprietario v lus est,
etiam non præstita cautione facit fructus suos
4 Castr. in l. peto. §. fratre in fin. ff. de leg. 2. Sic
etiam quoniam cautio legatorum inducta fuit
causa tuendæ voluntatis defuncti, & proinde fa-
uore ipsius testatoris, meritò poterit ipse te-
stator eam remittere. cum quilibet possit fauori
suo renuntiare Castr. in l. 2. C. vt in possession. le-
5 gatorum. Sed quando cautio exigitur non fa-
uore priuato, sed ob publicam vtilitatem, velu-
ti, ne quis inuitetur ad delinquendum, tunc ea
sanè remitti non poterit, vt in l. scire C. vt in
possess. legatorum. vbi ideo ea cautio ibi remitti
non potest, quia habet inclusam clausulam do-
lum malum abesse, abfuturumq; esse, proindeq;
doli remissio inuitaret ad delinquendum, vt cō-
6 muniter tradunt ibi DD. Si hoc igitur verùm
est, dubitari potest, cur hæres eam remittere po-
test, & gloss. in dicta l. scire duplicem adfert ra-
tionem. Prima est, quia huiusmodi cautio exi-
gitur fauore hæredis, nō autem ipsius testatoris,
atq; ideo illi testator renuntiare non potest, quē-
admodum potest ipse hæres, quæ gloss. est cōmu-
niter approbata, vt inquit Guid. pap. cons. 63.
num. 4. sed hæc ratio non placuit Bart. in l. pactū
inter heredem num. 3. ff. de pact. per l. vnum
ex familia. §. si rem. ff. de leg. 2. cum possit testa-
tor renuntiare fauori heredis, vt proprio, ac dis-
ponere de rebus hæredis, vt de proprijs Bartol.
l. nemo potest. ff. de leg primo opposit. 3. Imò d.
gloss. est communiter reprobata Crauett. cons.
174. num. 10. Altera ratio est, quia per huius-
modi remissionem vsufructuarius inuitaretur
ad delinquendum, & hanc sequitur Bart. dicta l.
pactū inter heredem. Sed si vera est hęc ratio
dicendum est neq; ipsum hæredem posse hanc
cautionem remittere, siquidem hæredis quoq;
remissio pręberre potest occasionem delinquēdi
vt considerat Ias. in. d. l. pactum inter heredem
num.

num. 10.& in.l.quæ de legato.num: 21. ff. de.leg. p. cum tamē videatur, vt hęres posſit remittere dicta.l.ſcire, vbi dicitur hanc cautionem teſtamento remitti minimè poſſe, ergo à contrario ſenſu ab ipſo hęrede remitti poterit. Tertia opinio eſt Aug. in dicta l. pactum inter hęredem, qui voluit hanc ſatisdationē, neq; remitti poſſe ab hærede, quoniam hoc caſu inuitaretur etiam vſufructuarius ad delinquendum; ſed, & hanc opinionem reprobat Fulgoſ in dicta.l. pactum. inter.& inquit rationem diuerſitatis eſſe hanc,& hæc erit quarta ratio, quoniam illæ cautiones remitti tantum poſſunt per teſtatorem, quæ gratia tuendæ eius voluntatis inductæ fuerunt; ſed quoniam cautio huiuſmodi non fuit inducta fauore teſtatoris gratia tuendæ eius voluntatis, ideo illam remittere non poteſt teſtator, hæres autem poteſt, cum eius gratia inducta fuerit. Sed & hęc ratio patitur difficultatem, vt prima. Quinta ratio adfertur per Alciat. in.l. nemo poteſt. ff. de. leg. primo, quod hæres remittendo non pręſtat occaſionem delinquendi, vt teſtator, cum hęres ipſe viuat, qui ſtatim prouidere poterit. Verùm & hæc ratio conſiderari poteſt, vbi remittit teſtator, quia etiā ſi is remiſerit, poterit hęres viuens prouidere. Sed de hac re vide, quæ dixi lib. 3. cap 6.

CXXXIII. RENVNTIATIO

Iuris exigētis in obligationib. cuiuſpiam conſenſum, præſentiam, vel decretum.

SVMMAE.

1 *Statuta exigentia in obligationibus cuiuſpiam conſenſum, præſentiam, vel decretum.*
2 *Statutum requirens conſenſum, vel decretum in obligationibus, fauorabile eſt, & æquiſſimum.*
3 *Solemnitati conſenſus renunciari an poſſit.*
4 *Filiusfam. renunciare an poſſit conſenſus per patrē præſtando.*
5 *Renunciari an poſſit cum iuramento ſolemnitati præſtandi conſenſum,*
6 *Statuti prohibitio directa la perſonam.*
7 *Solemnitas conſenſus non inducta fauore eius tantum, qui obligatur.*
8 *L. cum hi in principio ff. de tranſact. diſpoſitio.*

ET ſi iure commuui mulier obligari poſſit, & donare etiam abſq; præſentia, & ſcientia uiri.l. velles C. de reuoc. donat. tamen ſecus eſt ex lege Longobarda, vt per gloſſ. ibi: & apud omnes ferè Italos ex eorū ſtatutis interdicta eſt mulieribus cōtrahendi poteſtas, abſq; viri, vel proximorum conſenſu Bald. in d. l. velles. Angel. de Vbald. conſ. 353. num. 1. & teſtatur Tiraquell. de legib. connub. gloſſ. 8. nu. 4. & l. prima. num. 71. fragilitas quippe, & conſilium inualidum mulierum, nec non minorum imperfectum cōſilium fecit, vt ex plurium ſtatutorum diſpoſitione mulieres, vel minores contrahere non poſſint abſq; propinquorum conſenſu, vt per Bald. in cap. 2. num. 9. de probat. facit text. in. l. cuius bonis, circa principium. ff. de curator. furioſi, in illis verbis, vel propter ſexus, vel propter ętatis infirmitatem.

2 Sunt autē ſtatuta ſic diſponentia fauorabilia, & æquiſſima. Bald. l. 2. nu. 59. C. de reſcind. vendit. Bero. conſ. 176. num. 4. lib. primo. Tiraq. d. gloſſ. 8. num. 214. Cott. in memor. verba ſtatuta Italiæ, Virgin. Boccac. in conſtitut. March. gloſſ. 8. nu. 4. Lamberteng. de contractib. eorum. &c. in pręfatione nu. 4. quoniam ſunt excluſiua doli, fraudis, & metus. l. tranſactionē. C. de tranſact. Aret. conſ. 2. num. 18. inductaq; ſunt principaliter, vt occuratur ſexus, vel ætatis infirmitati, cuius ratione mulier vel minor in obligationibus facilè in captionem incidere poteſt Alex. l. prima. §. fuit quęſitum. nu. 9. ff. ad Trebell. Iaſ. in. §. omnium. num. 38. ad finem. Inſtit. de actionib. Tiraquel. de legib. connub. gloſſ. 5. no. 35. & 156 Lamberteng. dicto tractatu, in pręfat. num. 3. & ad finem q. 56 nu. 179. Boccac. in. conſtit. Marchiæ. gloſſ. 3. num. 9., & gloſſ. 8. num 2. Illud ſanè certum eſt, quod propinquorum præſentia in contractibus, & obligationibus ceſſare facit omnem pręſumptionem doli, ac metus in muliere. vel minore d. l. tranſactionem, & ibi Bald inquit hanc eſſe rationem cur inducta fuerint huiuſmodi ſtatuta, quod & tradit Franciſcus Marcus. q. 328. p. p. Gabriel. conſ. 2. num. 3. lib. primo. Tradunt igitur omnes ex huiuſmodi ſtatutis requiri cōſanguineorum conſenſum fauore mulierum, ad integrādam perſonam, hoc eſt ad ſupplendam illarum imbecillitatem, vt teſtatur Tiraq; de legib. connub. gloſſ. 6. num. 37. Eſt tamē verum, quòd interdum ſtatutum exigens conſenſum viri in contractu mulieres inductum eſt fauore ipſius viri. Tiraquell. dicta. gloſſ. 6. num. 38. & 40. & gloſſ. 8. n. 122. Gabr. conſ. 2. col. pri. lib. pri.

3 Huic ſolemnitati requiſitæ in obligationibus mulierum, vel minorum renuntiari non poteſt Felin. c. ſi diligenti. num. 8. verſ. ſecundum corrolarium de foro. compet. Angel. de Vbal. conſ. 353. num. p. Dec. c. nam concupiſcentiam lect. p. num. 12. de conſtitut. Bertazzol. de clauſ. gloſſ. 19. nu. 41. clauſ. 7. & quòd ſimpliciter renuntiari non poſſit, non eſt dubitandum, vt per Lamberteng. d. tract. ad finem nu. 2. quia cum hodie ſtatuta introducta ſunt ad ſupplendam fragilitatem, & infirmitatē; nā qua fragilitate quis inducitur ad ſe obligādū abſq; præſentia, & conſenſu proximiorum, eadem induci poterit ad renuntiandum diſpoſitioni ſtatuti, quæ occurit fragilitati. l. doli. §. diuerſum. ff. de nouat. quòd, & Renuntiat. 13. explicauimus. Verùm Caſtr. in. l. legis virtus. ff de legibus. in auth. ſacram. puberū. C ſi aduerſ. vendit. & in. l. is cui bonis. ff. de verb. obligat. contrarium tenet; quoniam huiuſmodi

ſtatutum

statutum vbi respiciens commodum, & fauorem eius, qui prohibetur, verius sit consilium, quam præceptum. Quæ opinio non videtur vera, quoniam lex, vel constitutio ita demum est de consilio, si id in ea exprimitur, vel cum ratio aliqua euidens necessariò infert, vt ita intelligatur, vt per Archid. in cap. vltimo. § vltimo. dist. 4. sequitur Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 4. Nam quoties nulla alia causa suadet quam solus fauor mulieris vel minoris; tunc sane dispositio censetur consilium: at hoc casu infirmitas, & imbecillitas sexus, aut ætatis facit, vt subueniatur mulieri, vel minori præcipiendo, non etiam consulendo.

4 Qua ratione non potest filiusfam. renunciare consensui per patrem præstando in casu. l. fin. §. necessitate. C. de bon. quæ liber. Specul. tit. de Actore. §. primo. num. 42. vers. sed nunquid filiusfam.

5 Sed ex his oritur dubium, an huiusmodi dispositioni statuti renuntiari possit, saltem cum iuramento, & non posse voluit Bart. in. l. si quis pro eo. num. 11. ff. de fideiussor. & in. l. 2. C. ne fideiussor. dot dent. Bal. in. l. non dubium C. de legib. in. l. 2. num. 29. C. de rescind. vendit. & in. l. quos prohibet. ff. de postul. Ias. in. l. 2. col. 3. ff. de leg. primo. & in. l. si minor. p notab. ff. de verb. oblig. Franc. Curt. in repetit. auth. sacram. puberum. num. 59. C. si aduers. vendit. Curt. in memor. verbo, statuta Italię. Contrarium alij existimauerũt, vt per Alex cons. 19. num. 14. lib. 7. vbi inquit hanc esse communem sententiã, nẽpe quòd iuramentum confirmat contractum, & obligationem, etiam vbi statutum dirigit prohibitionẽ in personam ipsius mulieris, vel minoris contrahentis sine cõsensu consanguineorum, per id quod scribit Io. de Imo. in repetit. c. cum cõtingat in. 3. 4. & 5. membro de iur. iur. & quod iuramentum confirmet tenet Bartol. sibi contrarius in. l. omnes populi. num. 24. ff. de iust. & iure quod procedit siue verba statuti concipiantur in rem, siue in personam, & siue lex reprobet simpliciter contractum, vel reprobet iuramentum, & contractum Bologn. dicta. l. omnes populi. num 97. & ita tenet Castr. in auth. sacram. puberum col. vlt. C. si aduers. vendition. vbi reprobat opinionem Bart. existimantis non valere iuramentum, cùm prohibitio dirigitur in personam; quoniam in contrarium est tex. in l. 2. ff. de rebus eorum, & idem tenet Ias. in. dicta auth. sacram. puber. num. 51. vbi inquit hanc esse receptam sententiam contra Bartol. distinguentem, & ibi Guter. num. 35 &. 39. vbi inquit hanc sententiam esse verissimam; & ibi Aret. col. fin. inquit Bartoli opinionem communiter reprobari, ibiq; Salyc num. 27. tradit Bartoli differentiam esse verbalem, non autem realem, & hanc opinionem tenet. Ias. in. l. omnes populi. col. 7. & ibi Caccialup. & Io: Cruc. Cagnol. in. l si librarius. ff. de reg. iur. Socin. cons. 77. col. pen. lib. p. & cõs. 279. visa donatione col. p. lib. 2. Corn. cons. 63. lib. p. cons. 180. num 3. & cons 224. in princip. lib. 3 Curt. Iun. cons. 67. nu. p. & in auth. sacram. puber. num. 112. C. si aduers. vendit. Beroius cons. 176. nu. 44. lib. p. Io. de Anan. singul. 59. & hanc sequi videtur Tiraquell. de legib. connub. gloss. 4 num. 28. Aret. cons. 2 num. 18. vbi probat huiusmodi statuta esse inducta principaliter ad priuatam vtilitatem, & hanc opinionem sequitur Lamberteng tract. de contract. eorum in fine. num. 9. vers. quibus tamen non obstantibus. vbi plures referendo tenet indistinctè iusiurandum confirmare contractum; nullamq; esse constituendam differentiam, an statutum in rem, an verò in personam loquatur; neq; verum est, quòd mulier, vel minor contrahens sine solemnitate statuti peccet mortaliter, vt existimauit Bartol. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. & in. l. cum lex col. 3. ff. eodem, & in dicta. auth. sacramenta puberum. quoniam id verum esset, quoties prohibitio, vel præceptum non respicerent fauorem eius cui, fit, sed fauorem alterius vel publicum: secus vbi agitur de fauore illius tantum, cui fit præceptum, vt hic & ità declarat Castr. in. dicta. auth. sacram. puber. col. vltima. Planè huiusmodi statuta emanant per viam pręcepti fauore personę, cui fit præceptum; quo casu transgrediens pręceptum minimè peccat Guter. dicta. auth. sacram. puber. num. 38.

6 Est igitur recepta sententia dictam Bart. differentiam non esse veram, cum vtroq; casu iuramentum confirmet contractum à muliere, vel à minore gestum absq; solemnitate statuti: siquidem cum omnes admittant iuramẽtum operari, quando verba non diriguntur in personam, vt trad. Aret. cons. 2. num. 18. idem certè est dicendum, vbi verba diriguntur in personam: Nam statutum annullans cõtractum absq; hac solemnitate factum cum muliere, vel minore, videtur item prohibere ipsam mulierem, vel minorem contrahere absq; solemnitate statuti, atq; ea ratione implicitè prohibet etiam ipsam personã contrahere. l. illud. ff. de acquir. hęredit. cum similibus. Satis sanè est, vt iuramentum operetur validitatem contractus, solemnitatem consensus
7 respicere fauorem eius, qui contrahit. Aliud dicendum est, cùm solemnitas non fuit inducta fauore eius tantum, qui contrahit, quoniam hoc casu iuramentum non confirmat in alterius præiudicium Vasqu. de succession. creat. lib. p. §. 9. nu. 7. Guter. in. dicta. auth. sacram puber. nu. 42. Quare si ex statuto filius familias obligari non possit absq; cõsẽsu patris, filius pro facto nõ poterit obligari citra patris consensum, etiam accedente iuramento, cuius ratio est, quoniam hoc casu statutum magis respicit vtilitatem, & authoritatem patris, necnon ipsam patriam potestatem, vnde merito iuramentum, & renuntiatio filij obesse non potest ipsi patri, vt voluit Vasqu. dicto. §. 9. num. 7. Quo fit, vt Rom. in. l. vnica. num. 20. C. vnde vir, & vxor. reprobet cautelam, quam trad. ibi. Bald. quę est, quòd maritus renuntiet iuri consentiendi, ex statuti dispositione, quoniam secundum Rom. huiusmodi consẽsus solemnitas minimè inducta fuit fauore ipsius mariti, sed solum fauore vxoris. Sed ego

exista-

existimauerim hoc casu cõsensus solemnitatem inductam fuisse, tam fauore mariti, quàm vxoris. Hinc semper inspiciendum est, cuius fauore inducta fuerit consensus solemnitas; quoniam non semper ea respicit fauorem eius, qui contrahit, sed interdum fauorem eius, cuius exigitur consensus, vel etiã aliquando fauorem vtriusq; vt per Vasqu. d. num. 7. Gabr. cons. 2. col. prima. lib. primo. Tiraquell. de legib. connub gloss. 6. num. 38. & 40. & gloss. 8. num. 122.

8 Hinc fauor alimentorum, nec non vltimarum voluntatum fecit ne aliter renunciatio, aut transactio alimentorum in vltima voluntate relictorum rata esset, quam authore Pretore facta, vt cauetur in l. cum hi in princip. & ibi Bart. & alij. ff. de transact. & habetur per Menoch. de arbitr. judicum. cas. 170. & quoniam dispositio dictę. l. cum hi tradit formam obseruandam, dicendum videtur, vt huic dispositioni renunciari minime possit, siquidem iuri tradenti certam formam, renunciari non potest, vt notat. in. l. nemò potest ff. de leg. primo. vt neq; potest iuri prohibitiuo renũciari, gloss. in l. prima. C. ne fideiuss. dot. dẽt. & ita tenet Bartol. in. d. l. cum hi in princip. nu. 7. & ibi Fulgos. num. 5. sequitur. Coler. tract. de aliment. lib. 2. cap. 8. nu. 14 Quinimò Bart. & Fulgos. in. d. l. cum hi, voluerunt, vt renunciari non possit etiam cum iuramento i. sed quòd renunciari possit cum iuramento, voluit idẽ Bart. sibi præter morem contrarius in. l. siquis pro eo col. vlt. vers. decimò prohibetur. ff. de fideiussor. Et hæc opinio verior videtur p ea. quæ dixi Renunt. 50. & pro hac sententia vide Seraph. priuileg. iuram. 101. Mancin. de iuram. parte. 4. effect. 69.

CXXXIV. RENVNTIATIO,

Iuris constituentis certum tempus.

S V M M AE.

1 *Lex exigens certam tempus in quapiam dispositione.*
2 *Iuri constituenti certum tempus, renunciari an possit.*
3 *Tempora legalia an possint pacto immutari.*
4 *Instantia tempus an possit consensu partium prorogari.*
5 *Instantia à statuto inducta.*
6 *Pactum de non allegando peremptionem instantia.*
7 *Pactũ iuratũ de nõ allegãdo instantię peremptionẽ.*
8 *Lis an possit prorogari vltra triennij metam.*
9 *Instantia perempta si perit ius actoris.*
10 *Instantia causę appellationis an possit partium consensu prorogari.*
11 *Ratio differentiae inter instantiam prima causa, & instantiam causę appell.*
12 *Instantia meta partium cõsensu abbreuiari an possit.*
13 *Tempus ad appellandum constitutum an possit partium consensu prorogari.*

1 CVM maximè intersit quid certo tempore fieri, optima ratione lex interdum definit certum tẽpus, cuius metam non licet excedere. Hinc quoties lex, aut statutum exigit certum tempus in quapiã dispositione, tunc tempus illud est de forma, proindeq; qui non obseruat tempus præstitutũ, dicitur non obseruare formam tex. est in. l. scire oportet. §. consequens. in illis verbis, non aliter audietur, quam si obseruauerit constitutum tẽpus. ff. de excusat. tutor. & optimè facit. tex. in. l. si mandauerim in principio. ff. mandat. vbi mãdatum, vt quid certo tempore fiat, non extenditur, vt post illud fieri possit. trad. Bald. vbi Salyc. & Ias. in auth. quę supplicatio in fine. C. de precib. Imper. offeren. & in. l. obseruare. §. post hęc. col. 2. ff. de off. procons. Felin. in cap. cum dilecta. nu. 6. vers. octauum signum. de rescript. Ias. in. l. prima. §. primo. num. 3. ff. de eden. Cota in memor. verb. tempus constitutionis. Tiraqu. de retract. lignag. § 1. gloss. 4. num. 3. vbi latè. Cæphal. cons. 77. num. 20. Surd. cons. 124 num. 4. & 7. & facit quòd permissum ad tempus, censetur post illud prohibitum. l. statuliberum. §. Stichũ. ff. de. leg. 2. l. 2. C. de pact. inter empt. & venditor. l. si cum dies. §. si finita. ff. de arbitr. l. 2. §. sed & si index. ff. de indic.

2 Ex quibus fit, vt iuri constituenti certum tẽpus, vt illud sit forma dispositionis renunciari non possit, secus si tempus non censeatur forma substantialis, quoniam tunc renunciari poterit per ea, quæ dixi Renunt. 20. quæ hic non repeto.
3 Nam tempora legalia interdum pacto immutari possunt. l. quòd si nolit. §. si quid ità, vbi Bald. in. lect. antiqua. ff. de ædilit. edict. l. si vnus. §. quòd & in specie. ff. de pact. interdum verò immutari non possunt tempora à lege præscripta, vt per Doctores. in l. 2. vbi Castr. Rom. & alij. ff. de re iudicat. Hinc tempus legale ita demũ conuentione partium prorogari potest, si est appositum earum fauore Bald. in dicto. §. si quid ita in fine, & ibi Cæpoll. nu. 5. Hincq; renunciari non potest legi diffinienti certum tempus, vbi ea temporis diffinitio respicit publicam vtilitatem
4 principaliter, quapropter tempus instantiæ nõ potest partium consensu prorogari, etiam cum iuramento. gloss. Bartol & alij in. l. properandũ in princip. C de iudic. & alia. gloss. in. l. 2. §. sed & si iudex, & ibi Castr. num. 7. ff. de indic. quæ sanè. gloss. est communiter approb. vt per Vasqu. de success. resolut. lib. primo. §. 9. num. 100. trad. Bart. in. l. si quis pro eo. col. 3. ff. de fideiussor & in. l. properandum in principio, & ibi. Ias. Alex. cons. 82. lib. 2. Fulgos. l arbitrio. §. dato num. 3. ff. de dolo. Abb. c. penult. nu. 15. de indic. Rom. in. l. qui pro tribunali. num. 12. ff. de re iudicata. Alber. in. l. iurisgentium. §. & generaliter. num. 3. ff. de pact. & hæc est comm. opinio, vt per Couarr. in cap. quamuis p. 2. §. p. nu. 4. de pactis. lib. 6. & hanc esse commu. sententiam omnium trad. Curt. Iunior. in. dicta. l. properandum in principio. num. 32. & 36. Rimin. Sen. cons. 346.

num 6. Parif. conf. 100. nu. 48. lib. primo. Marant. de ord. iudiciorum. p. 5. num. 23. Franc. in cap. ex ratione num. 19. de appellat. Vasqu. de success. creatione lib. 3. §. 26. num. 25. & lib. primo. §. 7. num. 4. & de successfion. resolut. dicto §. 9. Socin. Iunior. l. prima. num. 123. ff. sol. matr. Asin. in. prax. §. 2. cap. 8. Bursat. cons. 2. num. 6. lib. primo. Balb. in communib. centur. 5. conclus. 426. Surd. cons. 199. num. 17. Mancin. de iuram. p. 4. effect. 175. Nam instantię tempus respicit publicam vtilitatem, vt dicta. l. properandum. quin turbatur Resp. ex litibus subditorum. l. si-quis ingenuum. §. in ciuilibus. ff. de capt., & quod instantia introducta fuerit fauore publico comm. est opinio Bursat conf. 2. nu. 6. lib. primo.

5 Aliud dicendum est in instantia à statuto inducta. quoniam ea partium consensu prorogari poterit, vt tenent communiter DD. in. dicta. l. properandum vbi Salyc. Bald. in. l. petendæ in fine. C. de tempor. in integr. restitut. Roland. cōs. 21. num. 16. lib. 3. & conf. 11, num 12. lib. eodem. Capic. decis. num. 16. Sed Alex. contrarium voluit cons. 24. in fine lib. 4. quē sequitur Vasqu. dicto. §. 9. num. 11 t. per plura, quę ibi citat, & ita tenere videtur Iaf. dicta. l properand. in principio num. 54. quem refert Paris. cons. 100. num. 50. lib primò. & hanc inquit esse magis communem Iacobin. à S. Georg. in dicta. l. properād. in princip. num. 11. Natt. in. clem. sæpe. num. 73. vers. non est tamen, de verb. signific. vbi inquit non esse recedendum à sententia comm. aduersus Salycetum, & hanc quoq; sequitur Rimin. Sen. cons. 346. num. 6. Sed non defuerunt, qui hanc opinionem reprobauerunt Marant. dicta. p. 5. num 23. Neuizz. cons. 42. num p. Roland.
6 dicto. conf. 21. & supra dictum est. Atq; vt non potest ex pacto prorogari instantia. dicta l. properandum ita non possunt partes conuenire de non allegando peremptionem instantiæ sub pœna. l. Seius, & Augerius, & ibi. Alex. num. 5. ff. ad. l. falcid. Paris. cons. 100. num. 48. lib. primo. sed quamuis partes nō possint ex pacto allegare peremptionem instantiæ, tamen iudex ex officio poterit eam allegare ob publicam, vtilitatē. l. 2. §. sed quia veremur. C. de iuram. calumn. Et
7 hęc est comm. conclus. vt per Beroum. in cap. de caus. nu. 45. de off. deleg. Immò non valet huiusmodi pactum etiam cum iuramento Bartol. d. l properandum. Sed alij tenent contrarium, vt refert. ibi Iacobin. a. S. Georg. num. 10. vbi concludit partes, stante iuramento, non posse allegare peremptionem instantiæ, quamuis iudex non obstante iuramento, debeat obseruare instantiam; quę opinio mihi placet, vt inferius dicam.

8 Conclusio itaq; est, quòd lis non potest ex pacto prorogari, vltra triennij metas, etiam cū iuramento, cum triennij tempus, intra quod ciuiles causæ terminari debent inductum sit ex causa publicæ vtilitatis, aduersus, quam partiū consensus nihil operatur. Sed ipse nequaquam probo, quod instantia inducta fuerit principaliter ob publicam vtilitatem, vt dubitare etiam videtur Bart. in dicta. l. Seius, & Augerius, vbi id relinquit cogitandum. Neq; id probare videtur. dicta l. properandum in principio, vbi inquit, id constitutum fuisse, nè lites fiant penè immortales. Immò videtur, quod fauor expediendarum litium respiciat principaliter priuatam litigantium vtilitatem. l. si quis ingenuum §. in ciuilibus. ff. de capt. & postlim. reuers. Natt. clem. sæpè. num. 73. de verborum significat. & ita tenet Mancin. de, iuram. par. 4. effect. 175. Existimauerim tamen iccirco nō posse partium consensu instantiam prorogari vltra triennium, quia potest Iudex etiam non obstante iuramēto partium peruenire ad sententiam, cum videt instantiam perire Bartol. dicta. l. Seius, & Augerius. Alber. l. iurisgētium. §. & generaliter. num. 9. ff. de pact. & facit tex. in. dicta. l. properandum in fine principij, vbi dicitur quòd nullus potest inuito iudice litem protellare; etenim semper in iuramento excepta videtur authoritas ipsius superioris l. fin. ff. qui satisd. cogantur,

9 Sed quod diximus instantiam, de qua in. d. l. properandum, non posse partium consensu prorogari, non procedit in casibus, in quibus perempta instantia perit ius actoris, vt in actione de dolo; quoniam tunc partium consensu prorogari potest Bartol. l. 2. circa finem principij. ff. de re iudicat. Vnde in casibus in quibus non potest appellari, in his poterit instantia causæ principalis à partibus prorogari. Natt. dicta. clem. sæpe. num. 74. vbi inquit id esse notandum.

10 Instantia tamen causæ appellationis potest ex partium consensu prorogari clement. quamdiu. de appellat. Auth. si tamen. C. de tempor. appellat. Bald. in auth. ei qui. num. 7. C. eodem. Marant. in. specul. p. 6. princip. act. 2. num. 265. cum seq. Osasch. decis. 28. num 16. Thesaur. decis. 144. Franc. in cap. ex ratione. num. 18. vbi Dec. num. 9. de appellat. Asin. in prax. § 2. c. 9. Lancellott. de attentat. in præfat. num. 35. Gail. obseruat. 141. Odd. de restit. in integr. q. 19. art. 12. Roland. cons. 21. circa finem lib. 3. vbi testatur de magis comm. sententia. Non desunt tamen, qui contrariam sententiam tenuerunt, vt per Brunor. q. 24. num. 37. Viuius. comm. opin. lib. 2. opin. 23. Appellationis. Verùm pro priori sententia affirmatiua plurimum vrget textus in. l. finali in fine ibi, vel vlum fatale obseruare. C. de temp. appellat. quem perpendit. Asin. dicto. cap. 9. Nam in causa appellationis lex, vel statutum desiniens metam, & instantiam, videtur disponere fauore eius, qui obtinuit sententiam, atq; ideo is poterit suo fauori renuntiare, cum aliud dicendum sit in instantia causæ principalis. Curt. Iun. dicta. l. properandum in princip. num. 35.

11 Ratio differentiæ cur tempus primæ instantię per pactum prorogari non possit, cùm aliud sit in instantia causę appellationis, illa adferri potest, quoniam perempta instantia appellationis, totum ius est peremptum, ex eo quòd sententia transit in rem iudicatam, cū in instātia primę

causæ; perempta instantia maneat saluum ius agendi. Franc. in cap. ex ratione. num. 19. de appellat.

12 Verùm poterit instantia tam causæ principalis, quàm appellationis partium cõsensu abbreuiari: Nam quemadmodum potest abbreuiari tempus instantiæ causæ appellationis, vt est tex. singul. in. l. fin. §. fin. C. de tempor. appell. ibi, vel vllum fatale, ita minui poterit tempus primæ instantiæ DD. in. dicta. l. properandum. Natt. dicta. clem. sæpe. num. 77. Nam per diminutionem non læditur, sed augetur fauor publicus, vt per eum. Nam & si in prorogatione inter instantiam causę principalis, & instantiam causæ appellationis id discrimen constituatur, vt in instantia causæ principalis prorogatio denegetur, in instantia verò causę appellationis concedatur; tamen in contractione, & diminutione temporis in vtraq; idẽ dicendũ erit. Afin. d. §. 2. cap. 20. Natt. in clem. sępe. num. 92. q. 4. de verb.
13 significat. Tempus tamen ad appellandum cõstitutum non potest de partium consensu prorogari. clem. si appellationem de appellat. gloss. in auth. offeratur. C. de litis contest. Butr. cap. licet col. 12. de probat. Imol. clement. quamdiu. de appellat. Castr. in. l. 2. ff. de re iudicat. Bald. & Ang. in auth. hodie. C. de appellat. & in auth. ei qui. C. de. tempor. appellat. in. l. centurio in fine. ff. de vulg. Felin in. cap. ex ratione. num. 3. vers. 3. dum dicitur, & ibi Franc. num. 20. de appellat. Corset. in singular. in verb. appellatio interponi. Zenzel. in repetit. extrauag. incip. suscept. de elect. Natta clementin. sępe. num. 96. de verbor. significat. Afin in. prax. §. 2. c. 9. in princip. Similiter ex partium voluntate abbreuiari non potest, nam tempus decem dij datur ad introducendum appellationem ad superiorẽ, proinde consensus partium nihil operatur. Natt. dicta. clem. sæpe. num. 98. & communis est opinio, quod non possit abbreuiari. Calderin. in cap. ea parte. num. 16. de appellat.

CXXXV. RENVNTIATIO,

L. de his. ff. de transact.

SVMMAE.

1 *L. de his ff de transact. dispositio.*
2 *Ratio dispositionis dictæ. l. de his.*
3 *Ignorantia transigentis.*
4 *Cautela apponenda in transactione eorum, quæ ex testamento proficiscuntur.*
5 *Dispositioni dictæ. l. de his renuntiari an possit.*
6 *Renuntiatio dictæ. l. de his an operetur.*
7 *Iuramentum an tollat dispositionem dictæ. l. de his.*

IN l. de his ff. de transact. Caij responsum in hæc verba legitur: de his controuersijs, quæ ex testamẽto proficiscuntur, neq; transigi, neq; exquiri veritas aliter potest, quàm inspectis, cognitisq; verbis testamenti. Ad idem est tex. in. l. non est ferendus. ff. eodem. l. prima. §. ratio. ff. quemadmod. testã. aperiantur. l. fin. & ibi gloss. in verbo lucrum. C. de reb. cred.

1 Hęc autem. l. de his est singularis, vt per Castr. ibi in principio, & procedit non modo in transactione, sed etiã in pacto gratuito, vt not. gloss. & Bartol. in. d. l. de his, & ibi Bald. Angel. & alij, quoniam est eadem ratio Alex. cons. 114. in fine lib. 7. sequitur Guid. Pap. cons. 53. in fine, & cons. 87. in fin. Socin. Iun. cons 98. num. 13. lib. 2. Menoch. cons. 707. num. 19. & est magis comm. opin. Burlat. cons. 481. num. 26. Peregr. de fideicomm. art. 52. num 15 & 23. vbi inquit dictã dispositionem generaliter locum habere in quocumq; pacto, & in quocumq; actu, quo remittãtur disposita in testamento. Contrariam sententiam tenuit Gulliel. de Cun. quem sequuntur Alber. Fulgos. Castr. & Ias. in dicta. l. de his, quæ sententia mihi magis placet, quoniam. dicta. l. de his, dicta. l. non est ferendus. & dicta l. prima. §. ratio, non sine ratione loquuntur de transact. tantum. Deinde non est eadem ratio, quoniam is, qui gratis pacto remittit, atq; vti vult liberalitate, non ita decipitur, vt transigens; Tertiò cùm facilius, re aliqua accepta, ad transigendum inducatur, quàm ad gratis paciscendum, magis succurritur transigenti, quam paciscenti.

2 Huius dispositionis duplex adfertur ratio, vt per Bartol. Ias. & alios in. dicta. l. de his Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres q 5. ff. de verbor. obligat. Prima est, id constitutum fuisse odio occultantium testamenta, vt per Bart. & alios dicta. l. de his. Sed hęc ratio non videtur, vt sit finalis, vt per Ias. in. dicta. l. de his. num. 9. Alciat. in cap. cum contingat. num. 107. de iur. iur. Crott. in. dicto. §. duo fratres. num. 113. vers. secundus casus. Altera est ratio fauoris publici, ne scilicet vltimarum voluntatum exitus impediatur, aut eludatur. Bartol. d. l. de his, & ibi Castr. quæ ratio etiam refellitur: siquidem hac ratione, non debet quoq; valere ea transactio actæ cognitis etiam verbis testamenti, quæ aduersatur voluntati ipsius defuncti. Sed ego illam rationẽ pręcipuã esse existimauerim, ne trãsigens dũ ignorat ea quæ ex testamẽto ꝓficiscũtur facilè capteatur, & lædatur. l. cũ Aquiliana. ff. de trãsact.

3 Transigens quippe, qui ignorat id, de quo transigit, non tam paciscitur, quam decipitur, vt inquit. tex. in. l. qui cum tutoribus. §. qui per fallaciam. ff. de transact. factit. l. ex maleficijs. §. longè minus. ff. de act. ibi ignorans, vnde trad. Arist. metaph. lib. 4. homines non decipi nisi in eo, quod nesciunt, aut in eo, cuius cognitio non est valde manifesta, & aliàs semper remissio non debet trahi ad ignorata, vel incognita. l. mater decedens. ff. de inoff. testam. Nam transigens, cũ ignorat contenta in testamento, facilè adduci poterit ad renuntiandum lucrosæ hæreditati, vel legato, exigua re accepta. Corn. cons. 253. circa princip. lib. primo., atq; facilè captari potest, fortè non transacturus, vel aliter transacturus, si cognouisset verba testamenti. Lex igitur cum præsumat transigentem super his, quæ ex

testa-

testamento proficiscuntur nō inspectis, cognitisq; verbis testamenti, facilè in errorem, & in captionem incidere posse, auxilio huius dispositionis
4 transfigenti succurri; Quocirca cautela traditur, vt in transactione eorum, quæ ex testamēto proficiscuntur, semper fiat mentio ipsius testamenti & deinde apponatur hęc clausula, inspectis, cognitisq; verbis testamenti, alioquin transactio non valet, d.l.de his, & ibi Bart. & alij hanc cautelam tradunt. idem Bartol. in. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. & in l. sub prętextu. prima, num. 2. C. de transact. Angel. in. l. tres fratres. col. 1. ff. de pact. & cons. 94. col. 2. Rom. cons. 403. pro decis. col. 1. Gail. obseruat. 139. nu. 10. lib. 2. Guter. de actib. iudicij iurat. cap. 2. num. 16.

5 Dispositioni huius legis, vt voluit gloss. prima. in dicta. l. de his renuntiari potest, & ita videtur sentire Bald. in. l. qui iure militari in principio. ff. de milit. testam. per illum tex. ibi, nam cum quis renuntiare possit beneficio ignorātiæ, poterit quoq; renuntiare huic beneficio, quo succuritur lęsioni ex causa ignorantiæ. Verùm contra hanc sententiam gloss. tenent. Bart. Bald. Angel. Salyc. Castr. & alij in. dicta. l. de his, vbi Alber. num. 5 inquit dictam gloss. opinionē communiter reprobari, quod & inquit ibi Ias. nu. 9. & hanc opinionem communem esse inquit Imola in. dicta. l. qui Romę. §. duo fratres. q. 5. idemq; affirmat ibi Rip. nu. 68. sequiturq. Alex. cons. 11. vol. primo. lib. 2. Felin. c. si diligenti nu. 27. octauo corrollario de for. compet. Rom. cons. 403. col. final. vers. quod autem. Corn. auth. sacram. puber. nu. 83. C. si aduers. vendit. & cons. 135. col. prima. lib. 2. Tiraquell. l. si vnquam in præfatione. nu 145. C. de reuocand. donat. Paris. cons. 95. num. 14. lib. 3. Osasch. decis. 112. num. 2. Rimin. Sen. cons. 88. col. fin. lib. primo. Guid. Pap. cons. 53. num. 4. & cons. 87. num. 5. & hanc opinionem contra gloss. esse magis communem trad. Anton. Padill. in. l. sub prætextu. nu. 11. C. de transact. Guter. de actib. iudicij iurat. c. 2. num. 19. & ita tenent omnes communiter Mant. in glossar. classe. 16. c. vltim. num. 4.

6 Ratio huius conclusionis manifesta est; nam qua ratione transfigens decipitur ratione erroris, seu ignorantiæ facti, vt dixit Iacob. de Beluis. quem refert Bartol. in. dicta. l. de his, eadem falli poterit renuntiādo huic dispositioni. arg. l. doli. §. diuersum. ff. de nouat. trad. Ias. dicta. l. de his nu. 9. Deinde cum hæc lex inducta fuerit odio occultantium testamenta, vt per gloss. in. dicta. l. de his, videtur, vt illi renuntiari non possit, vt iuri in odium inducto, vt not. in. l. tametsi. ff. ad Maced. Bartol. dicta. l. de his, & ibi Ias. num. 9. Corn. cons. 135. col. p. lib. 2. Guid. Pap. cōs. 53. num. 4. cons. 87. num. 5. Tertiò id videtur constitutum fauore publico, cui renuntiari non potest, vt per Bartol. & Ias. in dicta. l. de his, & trad. DD. supra citati, qui tradunt renuntiari quoq; non posse ex eo, quia traditur forma in transactione obseruanda, cui renuntiari non potest Præterea secundum eos dictæ legi renuntiari nō potest, cum sit prohibitiua.

7 Immo plures voluerunt, vt huic legi renuntiari nō possit etiam cum iuramento, quod sanè voluit Corne. cons. 135. col. penult. lib. 2. Paris. cons. 95 num. 14 lib. 3. cons. 11. col. 4. in fin. & cons. 12. num 88. lib. 2. Socin. Iun. cons. 129. nu. 63. lib. primo. Simon. de Prat. de interpret. vltim. volunt. lib. 1. interpretat. prima dubitat. 2. solut. prima. num. 7. Rol. cons. 13. num. 27. lib. primo, & alij relat. à Tiraquell. in. l. si vnquā in præfat. num. 161. & à Guter. de actib. iudicij iurat. c. 1. num. 20. & hanc opinionem amplectitur vti magis communem Seraph. priuileg. iuram. 100. num. 4. vers. sed in contrarium. Sed & alij in ea fuerunt sententia, vt iuramētum cū effectu minimè obliget, impetrata illius absolutione Alex. dicto. §. duo fratres quæst. 5. sequitur Ruin. cons. 167. circa finem. lib. 2. & cons. 107. col. 2. lib. primo. Alij quoq; existimauerunt renuntiari posse cum iuramento Alex. cons. 11. lib. 2. Ruin. cons. 95. num. 12. lib. 2. Rimin. Sen. cons. 88. col. fin. & cons. 557. nu. 9. Neuizz. cons. 32. num 16. Burlat. cons. 431. num. 28. & ita communiter concludunt DD. Io. Crott. d. §. duo fratres. num. 110. vbi inquit hanc esse communem conclusionem, & ibi Bologuet. nu. 146. & hæc sententia est cōmunis Peregr. de fideicōm. art. 51. num. 49. Alciat. in. cap. cum contingat num. 287. de iur. iur. & hanc opinionem sequitur Mancin. de iuram. p. 4. effect. 147. num. 5. Sed dubium est an sufficiat iuramentum generaliter appositum in transactione, an verò exigatur, vt iuramentum adijciatur speciali renuntiationi huius legis: sed quod generalis renuntiatio facta omni legum, & iuris auxilio cum iuramento satis sit, plures tenuerunt Ias. dicta. l. de his. nu. 11. Alex. dicto. §. duo fratres. q. 5. & cons. 11. nu. 14 lib. 2. cons. 118. col. 2. lib. 7. Socin. cons. 200. col. pen. lib. 2. Dec. cons. 345. Vilis. Ruin. cons. 156. num. 7. lib. 3. & cons. 14. num. 13. cons. 16. num. 7. lib. 2. Bertrand. cons. 18. in fine secundi dubij, & cons. 103. in tertio dubio. lib. 2. Natt. cons. 145. col. 2. lib. primo. Tiraquell. l. si vnquā in præfat. num. 145. C. de reuoc. donat. Seraph. priuileg. iuram. 70. num. 6. Bauer. de virtute iuramenti. num. 51. vers. trigesimo quinto. Mascard. de probat. conclus. 1265. in verb. renūtiatione. num. 7. & concl. 1253. verb. quietatio gener. num. 4. Osasch. decis. 112. circa finem. Socin. Iun. cons. 116. num. 76. lib. primo. Decian. cons. 59. num. 57. lib. 2. Becci. cons. 108. num. 30. Surd. cons. 267. nu. 11. Bertazzol. claus. 40. gloss. 6. num. 4. Rimin. Sen. cons. 88. circa finem lib. 1. Et hanc opinionem vti magis communem, & veriorem sequitur Guter. de actib. indic. iurat. c. 2. num. 20. vbi plures refert, & multò magis iuramentum operabitur, si adiectum fuerit, speciali huius legis renuntiationi Guter. dicto. cap. secundo. num. 26. Roland. d. cons. 13. num. 28. lib. primo. Tiraquell. in præfat. dictę. l. si vnquā num. 161. Marzar. cons. 39. num. 7. Neuizzan. cons. 21. num. 18. & hęc sententia probabilior videtur: nam vera ratio dictę. l. de his, non est odiū,

aut

aut fauor publicus, sed illa est. quoniam lex præsumit ignorantiam, & errorem eius, qui transigit de his controuersijs, quæ ex testamento proficiscuntur, non inspectis cognitisq; verbis ipsius testamenti, vt considerat etiam Bolognetus. d. §. duo fratres. num. 147. Qui igitur remittit in transactione id quod ex testamẽto proficiscitur, non obstante dispositione dictæ l. de his, cum iuramento, videtur omnino remittere, etiam non cognitis verbis testamenti, atq; renunciate videtur beneficio ignorantiæ, cui, vt alibi dictum est renuntiari potest. Aliud dicendum est vbi simpliciter transigens iurat, neq; aliter apparet de certa scientia; quoniam eo casu ob præsumptum errorem non valet contractus ratione deficientis consensus, & proinde iuramentum non operatur. l. fin. C. de non num. pecunia. Ruin. cons. 95. num. 12. lib. secundo. Bursat. cons. 431. num. 26. Quapropter solum iuramentum non sufficit, vt potè quod non supplet consensum d. l. fin. neq; trahitur ad casum, in quo non est adhibitus expressus consensus Bursat. d. cons. 431. num. 28. Sed apparere debet quòd transigens omnino remittere velit id, quod ex testamento pendet, quamuis illud ignoret, & quod de eo cogitauerit, cùm iuramentum addat, robur ei, quod fuit cogitatum saltem in genere, vt id valear omni meliori modo, neq; extendit dispositionem ad non cogitata. Peregr. de fideicomm. art. 52. nu. 49. vers. vt autem. Nam cum apparet remittentem cogitasse saltem in genere de his, quæ ex testamento proficiscuntur, tunc iuramentum operatur, vt remissio valeat, non obstante dicta l. de his, secus si non appareat cogitatum; sed præsumatur error, quoniam iuramentum supplere potest solemnitatem dictæ l. de his, non autem consensus defectum.

Vt autem concludamus, & suprascriptas opiniones conciliemus, ita distinguendum erit. Nam aut renuntiatum fuit cum iuramento speciatim dictæ l. de his, & hoc casu valet renuntiatio, quia renunciatum videtur iuri inducto ratione ignorantiæ. l. qui iure militari. ff. de testam. milit. Aut verò iuratum est in transactione cum generali renuntiatione, & tunc ità demum videtur renuntiatum dictæ l. de his, si apparet saltem in genere cogitatum fuisse de his, quę ex testamento proficiscuntur; quoniam hoc casu iuramentum operatur, vt transactio valeat etiam non cognitis verbis testamenti, siquidem iuramentum supplet solemnitatem dictæ l. de his. secus autem si non apparet de aliquo consensu saltem in genere præstito: quoniam hoc casu non operatur, cum non suppleat, aut extendat consensum deficientem, vt iam dictũ est. Et circa renuntiationem dictæ l. de his. Trentacinqu. variarum resol. lib. 3. tit. de transact. resol. p. num. 12. considerat tres casus, quos in præsentia referre operæ pretium non est.

CXXXVII. RENVNTIATIO,

Ordinis, & substantialium Iudiciorum.

S V M M AE.

1 *Ordini, & substantialibus iudiciorum renuntiari an posit.*
2 *Ordini, iudiciorum in totum renuntiari non potest.*
3 *Ordini iudiciorum coram arbitro renuntiari, an possit.*
4 *Iudicij ordo coram Iudice remitti non potest.*
5 *Ordo iuditij duplex.*
6 *Substantialis ordo iudicij remitti an possit.*

1 NVNC videamus num renuntiari possit ordini, & substantialibus iudiciorum, & sanè videtur renuntiari posse, cùm omnis iudiciorum solemnitas inducta sit principaliter propter ipsorum litigãtiũ priuatã vtilitatẽ, quo magis res de qua agitur manifestius appareat. l. properandum. C. de iudic. Vasqu. de success. creat. lib. primo. §. 6. num. 27. vers. contrariam partem. Vnde videmus in plerisq; casibus minimè seruari ordinem iudiciorum, neq; eius omissionem vitiare, vt habetur in l. 11. tit. primo lib. 3. ordina. vbi Iure Regio iudiciorum ordo non exigitur, neq; eius omissio vitiat, vt per Vasqu. d. loco. Et quamuis iudiciorum solemnitas inducta videatur, vt ius partium magis detegatur, & proinde cõmodius iustitia administrari possit, tamen solemnitas inducta, quo magis res euidentior sit, remitti põt l. pri. ff. de liber. & posthum. l. hæredes palàm. §. sed si notam. ff. de testam. & maximè cum sit inducta ob priuatam vtilitatem l. filio pręterito ff. de iniusto testam. Vasq. d. §. 6. vers. contrariam, & vers. præterea; Et quod renuntiari possit, facit text. in l. 3. C. de pignor. & hypothec. l. Titia. 2. ff. de leg. 2. & ita tenet Gui. in l. prima. C. de lit. contestat. per l. primam. §. primo ff. de ferijs. refert Alber. in d. l. prima col. fin. ver. sed nunquid, & in l. prolatam num 2. C. de sentent. & interlocut. & not. gloss. c. de causis verb. consensu partium de off. deleg. Verùm quod renuntiari non possit, vt gloss. in clem. sæpe, in verb. & necessariò, de verb. significat. in cap. de causis de off. deleg. & ibi Dec. num. 6. vers. in gloss. in cap. fin. de re iudicat. lib. 6. l. prolatam, & ibi not. C. de sentent. & interlocut. Specul. tit. de sentent. prolatione. §. iuxta, vers. quid si de partium. Bartol. in auth. offeratur C. de lit. contestat. in l. societatem. §. arbitrorum nu. 10. ff. pro socio. DD. in cap. 1. de libel. oblat. Ias. l. non impossibile in principio. ff. de pact. Alex. & Ias. in l. si. conuenerit ff. de re. indicat. Bald. l. de quib. nu. 15. ff. de legib. & in tit. de pace Constant. §. sententiæ vers. & est ratio. Dec. l. nec ex prætorio num. 3.

ff. de reg. iur. Bouer. in singul. verb. Renuntiatio. Ruin. cons. 30. num. 8. lib. 4. Et ita communiter concludunt DD. Rom. singul. 770. Communis cõclusio. Capell. Tholos. q. 353. Iacobin. à S. Georgio. l. si diuersa num. 3. C. de transact. Mynsing. cons. 28. num. 32. & communiter est recepta hæc sententia. Marian. cap. 21 de libell. oblation. Valasch. de iure emphit. q. 6. num. 17. Quin quantumuis iudex habeat potestatem in iudicando sequendi veritatem, tamen non iccirco possunt partes renuntiare ordini iudiciorum. Valasch. d. num. 17. Namq; iudicij ordo substantialis seruari debet; imo si eo omisso processum fuerit, processus est nullus, cap. in summa 2. q. prima. §. iudicantem 2. q. 6. Ratio autem illa est, quoniam ordo iudiciorum est de substantia Ias. l. quæ de legato col. prima num. 7. ff. de leg. primo. Deinde solemnitas, & substantialia iudiciorum sunt de iure publico, cui priuato partium consensu derogari minimè potest. Dec. d. l. nec ex prætorio num. 3. Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defect. process. siue ordinis iudiciorum num. 12. Et in iudicijs ordinarijs procedendi forma à lege tradita habet necessitatem obseruationis Bologn. l. nemo potest. num. 157. ff. de leg. primo. Ordoq; pertinens ad causæ cognitionem, partium consensu omitti non potest, cum is introductus fuerit fauore ipsius iudicis, nimirum vt ritè, & rectè iudicare possit Bear. de inop. debit. cap. primo nu. 58. Vnde inquit Bald. in d. §. sententię vers. & est ratio, quòd non valet omissio ordinis iudiciarij; quoniam ordo inducitur, vt iudex cognoscere possit; & vbi non procedit notio, neq; ibi sententia sequi poterit. Neq; obest huic sententiæ text. in l. 3. C. de pignor. & in d. l. Titia: quia loquuntur in priuata executione, in qua non requiritur iudicij ordo. Ias. in l. quæ de legato. num. 7. ff. de leg. primo. Neq; me mouet, quód ordo, & solemnitas iudicij inducta sit fauore priuato ipsarum partium, vt per Vasqu. d. § 6. quia si in iudicio inspexerimus formam, & solemnitatem in procedendo, dicendum certè est illã inductã fuisse, non tam priuato partium fauore, quàm iudicis, & fauore publico, cum non possit esse iuditium sine sua forma, ac sine suis substãtialibus, & proinde illi non potest renuntiari, & ideò qui vult experiri in iudicio, debet eũ ordinẽ seruare, quem exigit ipsum iudicium; alioquin omissione formæ, & ordinis illud nõ posset subsistere.

2 Quę tamen omnia ita intelligenda sunt, vt scilicet ordini iudiciorum in totum renuntiari non possit, nõ autem, vt pro parte ordo seruetur, pro parte non item Abb. cap. de causis num. 8. de off. deleg. cuius doctrinam communiter sequuntur DD. vt per Gales. ad form. camer. obligat. p. 3. q. 4. n. 4. & ita voluit Hostiens. in cap. fin. & ibi gloss. de re iudicat. lib. 6. quem sequitur Dec. in d. cap. de causis n. 60. vers. in gloss. & ibi Felin. nu. 6. vers. capio gloss. & est comm. opinio secundum Marant. in speculo. p. 2. num. 41. quod partes possũt omittere ordinem iudiciorum in toto processu, secus in aliquo actu tantum, sequitur Colet. de process. execut. p. prima cap. 3. n. 70. & ita seruari testatur Gail. de pace publ. lib. 2. cap. 2. n. 28. & ab hac opinione nõ esse recedendum inquit Scacc. de iudic. causarũ cap. 61. n. 23. Neq; videri debet absurdum, quod partes non possint renuntiare ordini iudiciorum in aliquo actu, possint autẽ in toto processu, vt trad. Imol. in d. cap. de causis, Quoniam, vt resp Dec. ibi n. 61. renuntiando in totum non sequitur inconueniens, vt fit renuntiando pro parte; Et pro sententia Decij melius facit text. in l. prima, & in l. si solus. ff. de acquir. hæred. vbi hæres in totum, non etiam pro parte hęreditatem repudiare potest, vt per Bero. in d. cap. de causis num. 44. vers. moderni, vbi inquit, quòd ideo remittitur magis tota solemnitas substantialis, quam pars tantum: quoniam solemnitas, & forma dicitur quid indiuiduum, & ideo pro parte non potest remitti. Præterea secundum eum, quando partes conueniunt, quòd iudex cognoscat non seruato iuris ordine, tunc iudex non cognoscit, vt iudex, sed vt priuatus, & amicabilis compositor, qui nullum iuris ordinem seruare tenetur Bartol. l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Vnde vbi partes remittunt partem ordinis iudiciarij, & partem non item, tunc id facere non possunt, ea ratione, quoniam iudex cognosceret partim, vt priuatus, & partim, vt iudex, quod sanè inconueniens videtur, vt habetur in cap. in litteris de probat. Verùm dictum gloss. & Hostiens. in d. cap. fin. quod renuntiari possit in toto processu ordini iudi-

3 ciorum, intelligi debet, vt renuntiari possit iudiciorum ordini coram arbitro per pactum, quoniam potest coram eo procedi, non seruato iuris ordine, secus coram iudice Bartol. l. societatem. § arbitrorum col. 2. ver. quæro quid si est dictum. ff. pro socio. & in auth. offeratur in fin. C. de litis contest. DD in cap. Quintauallis de iur. iur. & Abb. in d. cap. de causis. declarat. quòd postea iudex in eo iudicio protulerit, valere in vim pacti, non autem in vim sententiæ, sequitur Marant. in speculo. p. 2. principali num. 40. Nam partes principiò conuenire non possunt, vt quod iudex protulerit habeat vim sententiæ Gales. d. q. 4. circa finem. Aufrer. ad Capell. Tholos. q. 353. Est igitur indistinctè tenendũ, quod tradit gloss. in d. cap. de causis, & ibi Dec. nu. 65. scilicet, quod partes non possunt renuntiare ordini substantiali iudicij, nec in parte, nec in totum, ita quòd sententia sequatur. Vnde inquit Bald. titulo de pac. constant. §. sententiæ. ideo non posse omitti iudiciorum ordinem substantialem: quia is pertinet ad notionem causæ, sine qua non

4 potest sequi sententia. Hincq; coram iudice remitti non potest ordo iudicij. Redoan. de spol. ecclesiast. qu. 11. num. 6. quoniam tunc iudicat; vt arbitrator gloss. cap. fin. de re iudicat. lib. 6. Felin. d. cap. de causis num. 6, & ibi Imol. & Dec. Præterea inferri potest, quod coram arbitro, qui non habet iurisdictionem possunt partes principiò conuenire, vt coram eo procedatur nullo ordine iuris seruato, vt not. Bartol. d. §. arbitrorum, quod tamen ita verum est, nisi arbiter esset electus ex necessitate

statuti,

Batur; quoniam eò casu iudex dicitur. Dec. d. cap. de causis nu. 65. vers. & ideò pro nunc.

5 Et quod diximus ordini iudiciorum renunciari minimè posse, procedit sanè in ordine iudicij substātiali: siquidē duplex est ordo quoad iudicia. Primus est ordo substātialis, qui omissus uitiat. Alter ordo dicitur iustitię, qui ipso facto nō vitiat. Vant. de nullit. tit. de nullit ex defect. processi. nu. 15. cum seq. Et quia ordo substantialis respicit ius publicum, vt iam dictum est, ideò illi renuntiari non potest. Cęterum si agatur de ordine, & solemnitatibus iudicij non substantialibus, sed inductis fauore partium tantum, tunc renuntiari poterit gloss. d. cap. de causis, & ibi Dec. nu. 68. vers. tertiò procedit. Marant. in spec. p. 2. num. 38. cum plurib. seq.

6 Sit igitur conclusio, quod vbi ordo iudicij, est substantialis, tūc is à partibus remitti non potest, vt neq; partes facere possunt, vt iudicium valeat sine suo ordine substantiali ad effectum, vt dictum iudicium valeat, vt sententia: cum substantiale cuiuspiam rei id esse dicatur, sine quo res subsistere nequit, veluti pretium in emptione, §. pretium Instit. de empt. & vendit. l. pretia ff. de contrah. empt. Bald. d. l. prolatam col. 2. & ibi Castr. Vant. d. tit. de nullit. ex defect. process. num. 9. DD. in d. cap. de causis, & ibi Berous nu. 44. Neq; facere possunt partes, vt omitti possit vnum ex substantialibus iudicij, & tamen maneat iudicium, cum forma, & substantia in totum sit obseruanda, Berous d. num. 44. vbi inquit tradita pro forma non posse omitti etiam pro parte: quoniam perempta forma perimitur, & substantia ipsius rei. l. Iulianus. §. si quis rem ff. ad exhibend. Item quia forma est indiuidua, l. prima. §. primo, & §. si quis ita. l. continuus. ff. de verb. oblig. l. furiosum C. qui testam. facer. poss. Verùm poterunt partes conuenire, vt coram aliquo, alioquin non iudice, procedatur sine ordine iudicij: quandoquidem tunc non agunt, vt illud sit iudicium, neq; vt in eo feratur sententia, cum alioquin non possit esse iudicium sine suis substantialibus, neq; possit esse sententia, sine præcedente iudicio, sed agunt solum, vt dictum iudicis valeat, vt arbitramentum, vel pactum. DD. in d. cap. de causis, & ibi Berous nu. 44. Quæ autem sint ordinis substantialis iudicij facilè erit cognoscere ex ijs, quę tradit Vant. d. tit. de nullit. ex defect. process. num. 16. vsq; ad finem, vbi abundè explicat, & nos infra suis locis differemus.

Et non tantum possunt partes renuntiare ordini iudicij, sed etiam substantialia iudicij, quę expirant per accessum ad aliud tribunal, non po[ssu]runt haberi pro renouatis, etiam cum consensu partium Ruin. cons. 30. nu. 8. lib. 4.

Ex quibus infertur, quòd cum ordo delegato datus per delegantem, censeatur esse de substantia, meritò is omitti non poterit, nisi datus fuerit fauore partium Angel. l. prolatam in princip. C. de sent. & interlocut. Imo non tm̄ potest omitti ordo substātialis iudicij, sed neq; peruerti potest. Bald. tit. de pac. cōstant. §. sētētię vers. & est ratio

Itaq; vbi ordo non est substantialis, is haud dubiè omitti poterit de partium consensu gloss. & Bartol. in d. l. prolatam, & ideo vbi ordo, & solemnitas iudicij respicit tantum priuatum fauorem partium, tūc possunt partes illi renuntiare gloss. d. cap. de causis, verb. consensu partium. Quare acta, & scripturę actorum possunt remoueri de partium consensu, cum non sint de solemnitate substantiali. Aret. c. quoniam contra n. 18. de probat. Qua ratione etiam partes possunt omittere ordinem causæ ad causam. l. prima C. de appellat. c. 1. de restit. spoliat. cum omittere nō possint ordinem causę ad se ipsam d. l. prolatam: ratio illa est secundum Berouum. in cap. de caus. nu. 36. de off. deleg. quoniam ordo causæ ad causam respicit priuatum partium fauorem: secundus verò respicit fauorem publicum, gloss. d. cap. de causis, & in d. l. prolatam.

Verùm quamuis partes non possint renuntiare substantialibus iudiciorum, poterunt tamen approbare aliqua acta nulliter facta, vt attestationes nulliter factas, Innocent. c. cum causam de testib. sequitur Felin. d. cap. de causis nu. 6. vers. secunda conclusio.

Prętereà supradicta procedunt in prima instātia, secus autem in causa appellationis l. si. §. si. ibi, vel vllum fatale obseruare, & ibi not. Bald. num. primo. C. de tempor. appellat. sequitur Roman. singular. 770. Communis conclusio. Neq; est omittendum, quod per legem, vel statutum derogari potest ordini iudiciorum. clement. sæpe de verborum significat. Ias. l. non impossibile circa principium. ff. de pact. & per consuetudinē. Bald. l. de quibus num. 15. ff. de legib.

CXXXVII. RENVNTIATIO;

Vt in causa ordinaria summariè procedatur, & è contrario.

SVMMAE.

1 *Renuntiare, an possint partes, vt in causa ordinaria summariè procedatur.*
2 *Renuntiatio, vt arbiter summariè procedat.*
3 *Iudex, vt in causa ordinaria summariè procedat.*
4 *Ordinariè, vt procedatur in causa summaria.*
5 *Renuntiari cur possit, vt in causa ordinaria summariè procedatur, non è contra.*
6 *Dispositio, vt summariè procedatur.*
7 *Dispositio, vt in causis pauperum, & miserabilium summariè procedatur.*
8 *Disp., vt procedatur sūmariè fauore partiū inducta.*
9 *Partes, quæ in causa summaria cęperunt ordinariè procedere, an renuntiasse censeantur.*

AD iudicij ordinē, & formā pertinet quoq; quod iudiciū ordinariū ordinariè tractetur, nō etiā summariè, & quòd in iudicio sūmario sūmariè itē procedatur, cū aliud sit iudicium ordinariū, & aliud summarium, abundè per Marant. in specul.

parte 4. nona distinct. princip. Vnde quaeritur, cùm in causa ordinaria ordo exigat, vt summariè non procedatur, sed ordinariè, possint partes renunciare, vt in ea summariè procedatur, & non ordinariè, vel quòd in causa summaria ordinariè procedatur. Quoad primam quęstionem Specul. tit. de libell. concept. §. nunc dicendum est. n. 8. ver. 9. voluit in causa ordinaria minimè posse partes renunciare, vt summariè, seu extraordinariè procedatur, cum in iudicio ordinario non possint, etiam de partium voluntate, omitti ea, quae sunt de substantia ipsius iudicij, & pro hac opin. est gloss. in cap. de causis de off delegat. & in clement. saepe de re iudicat. & in cap. fin. de re iudicat. lib. 6. Bartol. in auth. offeratur C. de lit. contestat. DD. in cap. primo de libell. oblat. Luc. de Penn. in l. de submersis col. 2. vers. vltimò quaeritur. C. de naufrag. lib. 11. nam secundum eum est de iure publico, vt in causis ordinarijs iudiciorum ordo obseruetur, quòd sanè partium renunciatione tolli non potest. Et ita voluit Marant. in Specul. p. 4. dist. 9. circa finem, vers. quid autem e contra, & pro hac sententia facit textus in l. quoties in fin. iunct. rubr. C. de priuileg. scholar. lib. 12. quem cit. Ioannes Annibal. in repetit. l. nemo potest num. 87. ff. de leg. primo, vbi ex priuilegio conceditur scholaribus, vt possit procedi sine ordine iudiciario, si partes consenserint, ergo in contrarium est ius commune. l. ius singulare ff. de legib. Item cum ex dispositione authenticae. nisi breuiores C. de sent. ex breuicul. recitand. in causis vilioribus procedi possit sine ordine iudiciario, ergo id excluditur in caeteris. l. cum praetor ff. de iudcijs, & hanc opinionem tenet quoq; Ioann. Crot. in repetit. d. l. nemo potest num. 10. Sed contrarium tenere videtur Vasqu. de success. resolut. lib. primo. §. 9. nu. 105. vers. deniq; ex his patet. Nam secundum eum ibi quod causa ordinaria fiat de partium consensu sũmaria. id pertinere videtur, vt lites breuiores fiãt, ideo valere debet huiusmodi pactũ, pręsertim cũ in iudicio quasi contrahatur, atq; iudex ad ipsarũ partiũ cõsensũ, se accõmodare debeat, vbi nulla reipublicae, aut alteri lęsio infertur, sed solũ agatur, vt lites breuiores fiãt quod quidẽ publicè expedit. Verũ respõderi potest, quod quãuis rei publ. expediat, nec nõ partibus, vt lites breuiores reddãtur, debẽt tñ partes obseruare ordinẽ iudicij, neq; velle possũt partes, vt sit iudiciũ, & ex eo sequatur sẽtia, absq; sua forma, & substãtialibus: cum perempta forma, pereat & substantia ipsius Dei. l. Iulianus. §. si quis rem ff. ad exhibendum, & dixi supra immediatè.

2 Quae tamen omnia intelligenda sunt, nisi de partiũ cõsensu electus fuerit arbiter, qui debeat summariè procedere: quoniam partes compromittendo possunt tradere potestatem arbitro, in quẽ cõpromittũt; vt sũmariè procedat gloss. cap. fin. verb. illustriũ. de re iudicat. lib. 6. Abb. c. pri. de libell. oblat. tex. est in l. diẽ proferre. §. si quis litigatorũ ff. de arbitr. DD. in cap. de causis, & ibi Berous n. 44. de off. deleg. Bart. d. auth. offeratur. & ita velle videtur Specul. tit. de libell. cõcept. §. nũc dicendũ est n. 8. Luc. de penna. d. l. de submersis colũ. 2. vers. si tñ vellet. Marãt. d. distinct. 9. circa fin. Io. Crot. in d. l. nemo pôt, n. 10. & ibi Io. Annib. n. 90. Verũ est q Crot. ibi intelligit id, pcedere in arbitris, in quos partes volũtariè cõpmittũt, nõ etiã ex necessitate: quoniã de his iudicatur, vt de caeteris iudicib⁹. Sed in hoc dissẽtit Io. Annib. ibi n. 92. vers. sed aduerte, arguẽdo à ratione, & verisimili statuẽtium mente, quae est, ne compromittẽtes ex necessitate statuti vexẽtur expensis litiũ, quae quidem minuuntur per partes consentientes, vt summariè procedatur.

3 Caeterum partes non possunt consentire, vt in causa ordinaria iudex summariè procedat tamquã iudex, & tãquam talis pronunciet, iudiciũq; ipsũ sit ordinarium; quoniã id continere videtur repugnantiam, scilicet, vt iudicium sit iudicium sine suis substantialibus, & ita tenet gloss. in clement. sępe in verb. necessariò, de verborũ signific. in cap. fin. de re iudicat. lib. 6. DD. in d. cap. primo de libell. oblat. Bart. in auth. offeratur C. de lit. contest. & in l. societatem. §. arbitrorum col. 2. vers. tu dic. ff. pro soc.

4 Sed videamus quid ex diuerso, nũ in causa sũmaria partes cõuenire possint, vt ordinariè procedatur; & videtur dicendum cõuentionẽ valere gloss. vlt. in clemẽt. saepe vbi Imol & alij de verbor. significat. Ias. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. notab. quarto ff. de pact. Bald. in l. diffamari col. prima in fi. ver. secundo oppono C. de ingenuis. & manumiss. Angel. l. causã. ff. de manumiss. p illũ text. in verb superabũdanti. Nat. clement. saepe. §. quae omnia vers. glossa ex pręmissis. de verb. signif. Grat cõs. 165. n. 35. lib. 2. Caephal. cõs. 202. n. 12. Carauit. in cap. detestãtes n. 28. vers. quęro. 2.

5 Ratio autẽ diuersitatis, cur partium consensus efficere possit, vt in causa sũmaria ordinariè procedatur, non autẽ, quod in causa ordinaria sũmariè procedatur, illa est: quonia iudex in summarijs causis maiorem habet potestatem, quam in ordinarijs Ias. §. omniũ n. 113. instit. de act. Quare possunt partes consentire, quòd causa summaria, in qua iudex maiorem habet potestatem fiat ordinaria, quod sanè minus est, non itẽ quod ordinaria fiat sũmaria, quod plus esse videtur. Sic non absimili ratione substitutio directa facilius conuertitur in fideicommissariã, quam e contrario: quoniam directa est quid plus, quam fideicõmissaria Bal. l. verbis ciuilibus, & ibi Ias. col. penult. n. 19. vers. tu stringe fortiùs ff. de vulg. & pupill. & ibi Castren., & in l. precibus col. pen. n. 16. ver. si autem sit facta C. de impuber. Similiter verbum possidere facilè accipitur pro tenere, cum hoc minus sit, quàm illud. l. stipulatio ista. §. haec quoq; ff. de verb. obligat. qua ratione etiam tutor interdum accipitur pro curatore, qui minorẽ habet potestatem. l. tutores §. primo, vbi Bartol. ff. de administr. tutot. Ias. in. l. quod dicitur 2. col. 4. in princip. ff. de verb. oblig. Altera est ratio, quoniam per renunciationem, vt summaria causa fiat ordinaria, reditus fit ad ius commune, quae ratio cessat cùm causa ordinaria fit summaria Ias. d. l. si vnus §. pactus ne peteret. Tiraquell. tract. de

tur.

iur.primog.q.24.nu.8.vers.secundū Grat.cons. 163.nu.35.lib. 2 Tertia est ratio, nā quod causa sit summaria id videtur inductum fauore ipsarū partiū, ne vexentur expensis litium, cui fauori possunt partes renuntiare Barbat.cons.48.col.2. vers.ex eo maximè lib.3.Carauit.d.cap.detestantes nu.28.vers.quæro.primo.

Contrarium tamen tenet Vasqu.de success.resolut §.9.n.106.vers.causa autē.scilicet,quòd partes nō possint cōuenire,quòd causa sūmaria fiat ordinaria: quoniam per huiusmodi remissionem ex litis mora, & prorogatione lædi videtur ius publicū,quod quidē vult lites abbreuiari.l.properandum C.de iudic.cap.finem litibus de dol.& contum.& idē velle videtur Muscatell. in prax. p.pri.in gloss.petitur n.6.vbi inquit dispositionē, qua statuitur in causis esse procedendum summariè non respicere principaliter fauorem ipsarum partium, sed potius publicū fauorem nimirū, vt lites citius dirimantur, atqui ideò non possunt partes renunciare. Præterea inquit non esse credendum velle partes contra propria cōmoda laborando,quòd in causa sūmaria procedatur ordinariè,cū ea via lites differātur cū graui dāno, & magnis partiū expēsis. Tertiò inquit id maximè procedere in Regno Neapol.in quo hodie omnes causæ sunt summariæ, & proinde tradita videtur forma obseruanda in omnibus causis, à qua recedi non potest,vt per eum.

6 Sed his non obstantibus non est à cōmuni sententia recedēdum: quoniā dispositio, vt in causa summariè procedatur, videtur principaliter inducta fauore ipsarū partium,cui ipsæ partes renūciare possunt, & si minus principaliter respiciat fauorem publicum. Ad id autem,quod dicitur nō esse verisimile, quod partes velint, vt ordinariè procedatur in causa, quæ summariè agitari potest, proindeq; citius expediri. Respondetur verisimile etiā esse, quòd partes velint nullis parcere sumptibus, modo lis seruato ordine iudiciorū maturè,& cum causæ cognitione terminetur, minimè curantes, vt lis præcipitetur, sed potius, vt debito ordine seruato iudex cum matura deliberatione iustitiā faciat. Vnde Hieron. in tosiā inquit, ita studendum esse breuitati, ne dānum fiat intelligentiæ: & an, & quando vtendum sit breuitate tradit idem epist. xx. frequens mihi disputatio est. Et ideo possunt partes renuntiare expressę dispositioni capit detestantes, & conuenire, quòd coram iudice procedatur ordinariè: quamuis ex dicto cap.detestantes.procedendum sit summariè: nam stante renuntiatione non valebit iudicium, si omissa fuerit aliqua solemnitas, vt per Marant d.dist.9.num.112.

7 Quod autem dictum est causam summariam accedente partium consensu fieri posse ordinariam, declaratur non procedere, vbi dispositio statueret, vt in causis pauperū, & miserabilium personarum procedatur summariè, quoniam tūc cum priuilegiū concessum censeatur miserationis gratia, dicendum videtur, vt illi minimè renūtiari possit, vt not. in l.prima C. quādo imper. inter. pupillos. viduas. De qua re alibi dictū est.

Declaratur etiam id maximè procedere; vbi ex rescripto, vel aliter appareat dispositionem, quòd in causa procedatur summariè, esse inductā principaliter fauore partium: quia tunc poterūt suo fauori renuntiare, & velle vt causa sit ordinaria. Muscatell. d.gloss. petitur num. 9.

9 Sed, & alia quęstio deducitur, an partes, quæ in causa summaria cœperunt ordinariè procedere, videantur renuntiasse viæ procedēdi sūmariè, ita vt causa dici debeat ordinaria de voluntate partium, & hanc quæstionem latè tract. Marant. in specul.p.4.distinct.9.nu.203. vers.vnū restat.vbi tenet,quod partes, quæ etiam cœperūt ordinariè procedere non censentur renuntiasse processui sūmario per id, quod scribit Bald. in l.3. ff. de testam. milit. vbi partes eligendo ius commune, & viam ordinariā, non censentur renūtiasse priuilegio. & per id, quod dicit Alex in l.vinū col.fin. & ibi gloss.singular.ff. si cert.petatur, & idem tenet in d.specul.disput.4.per totā, vbi latè explicat hanc quęst.& ad hęc facit gloss.in d. clem.sępe, in verb.partibus, & ibi Natt. in.§. quęomnia col 2.vers.secūdò quæritur gloss. qui ita distinguit: aut partes expressè consenserunt, vt seruetur ordo iudiciarius in tota lite, vel simpliciter: aut expressè non consenserunt, sed tacitè, non contradicēdo, Primo casu partes nō possūt pœnitere: Altero casu possūt, quoad reliqua per tex. in d.clemēt.sæpe, in illis verb.in toto, vel in parte, & hāc gloss.plures sequūtur, vt per Natt.d.loco, & gloss. in d.clemēt.sæpè singularē dicit, & sequitur Rō. cons.134.in præsupposito casu col. 2. quā tamen opinionem secundū Marant.in dictis locis, intellige procedere, quādo partes non expressè declarauerunt se velle procedere ordinariè, sed tacitè cęperunt ordinariè procedere: quia tacitus consensus non debet interpretari, quod partes voluerint facere actum inutilem, & iudicium frustratorium l.quoties ff.de reb.dub. cum simil.ib. & idē tenet etiā Carauit.d.cap.detestātes.n.33.Sed Muscatell.in d gloss.petitur n.12.versic.pri.itaq; casus.distinguit circa hāc dubitationē nōnullos casus, quos nō refero, cū in ibi sint in prōptu oībus.

CXXXVIII. RENVNTIATIO

Vt ab exequutione inchoari possit, atque ut exequutio fieri possit propria authoritate.

SVMMAE.

1 *Exequutio cum non debeat esse exordium litis, non est ab ea inchoandum.*
2 *Instrumenta publica non habent paratā executionē.*
3 *Pactum, vt ab exequutione inchoari possit.*
4 *Pactum, vt instrumentū habeat paratā executionē*
5 *L. 3. C. de pignorib.*
6 *Renuntiatio iuris disponentis, vt minimè inchoandum sit ab executione.*
7 *Pactum, quo datur licentia incipiendi ab executione, etiam propria authoritate.*

8 *Iuramentum, an operetur vt instrumentum paratam habeat exequutionem.*
9 *Pactum, vt incipi posset à captura.*

RECtus ordo rerum exigit, vt finis sit initiũ cogitationis, & vltimum operis; res verò iuuantes, & media, sint vltimum cogitationis, & initium operis Auerro. primo rethor. tract. 2. cap. 8. Vnde finis non potest esse principium, nisi vt est in intentione mouentis D. Tho. 12. metaph. t. 21. Qua ratione exequutio, vt est finis iudicij, & sententiæ non potest esse principium litis, neq; ab ea est inchoandum l. si cum nulla, & ibi not. Castr. ff. de re iudicat. l. prima C. de exequut. rei iudicat. l. nec quicquam §. vbi decretum ff. de off. procons. l. negantes C. de act. & obligat. Opportet quippe debitorem primò conueniri, & deinde ad solutionem pulsari, vt inquit tex. in l. vnica C. de prohib. sequestrat. pecun. & in cap. primo cum duob. sequent. de sequestrat. possess. & fruct. l. consentaneum, & ibi Bartol. C. quomodo, & quando iudex. in l. cum ex eo ff. ad l. Iuliam pecul. Aretin. in §. curare nu. 10. Instit. de action. DD. in l. de pupillo. §. meminisse ff. de nou. oper. nunciat. Bal. cons. 274. Quia solam, vers. secundò præmitto lib. 3. Cranett. cons. 993. num. 25. Corne. cons. 192. col. 2. vers. & testamenta lib. 4. Galesi. ad form. camer. oblig. particula. 3. q. 6. Gail. obseruat. 13. lib. primo Scacc. de iudicijs causarum. c. 97. num. 5. Ex quo & illud consequens videtur, vt instrumenta publica minimè habeant paratã executionem, textus est, qui ad id solet communiter allegari in l. minor 25. annis cui fideicommissum ff. de minor. Ias. §. item si quis postulante col. 3. in principio vers. 12. Inst. de action. in l. quæ de legato col. prima num. 6. ff. de leg. primo. Dec. cons. 352. col. 2. Aret. cons. 56. col. 2. Cott. in memor. verb. instrumenta publica. Guter. de contract. iuratis cap. 62. in principio. Seraph. priuileg. iuramenti 77. in principio Thesaur. decis. 26. in principio. Nam nil aliud est instrumentum habere paratam exequutionẽ, vt declarat Rom. cons. 134. in præsupposito casu. col. prima, per ea, quæ not. Bartol. in l. si quis C. depositi, nisi quòd ex vi eius instrumenti competit exactio ommisso ordine iudiciorum; incipiendo ab executione, quòd sanè est contra ius; quoniam antequam exequutio concedatur, præcedere debet causæ cognitio, & sententia condemnatoria l. prima. & 2. C. de execut. rei iudicat. quib. accedit, nam libellus, litis contestatio, & alia, quæ sunt de ordine iudiciorũ sunt materia ipsius sententiæ, cùm non possit esse sententia sine libello l. vt fundus ff. commun. diuid. & ex sententia vti materia sequitur materiatum; quod est executio, toto tit. C. de execut. rei iudicatæ. Quare deficientibus ijs, deficit, & executio, quę fit ex ijs præcedentibus, vt materia. Bald. in auth. offeratur. num. 6. C. de lit. contest. per. l. qui res. §. aream ff. de solut.

5 Hinc dubitari potest num possint partes conuenire, vt ab exequutione inchoari possit, renũtiãdo dispositioni tradenti ordinem, & num possint pacisci, vt instrumentum habeat paratam exequutionem: In qua re in primis Bald. cons. 262. licet statutum, in fine lib. 3. voluit non posse partes pacisci, vt contractus habeat executionem paratam, cum minimè renuntiari possit ordini iudiciorum, & quod remitti minimè possit, vt instrumentum habeat executionem paratam, ommisso ordine iudiciorum, est gloss. in cap. de causis de offic. deleg. in l. prolatam C. de sent. & interlocut. DD. in l. nemo potest. ff. de leg. primo. & in l. ius publicum. ff. de pact. Bald. in repetit. l. tale pactum §. qui prouocauit, q. 10. ff. de pact. vbi tenet non valere pactum, vt instrumentum mandetur exequutioni, vt sentẽtia: quoniã renũtiari non potest ordini substantiali iudiciorum idemq; voluit Ias. in l. quæ de legato col. prima ver. in tantum. ff. de leg. primo, vbi respondet dispositionem l. 3. C. de pignor., & l. Titia cum testamento ff. de leg. 2. procedere in priuata executione, in qua non requiritur ordo iudiciarius, & idem declarat Bald. d. §. qui prouocauit. Pro qua opinione facit, quod libellus, litis contestatio, & alia, quę sunt obseruanda ex ordine iudiciorum, non tam ad priuatam litigantium vtilitatem inducta fuerunt, quàm ad ipsius iudicis instructionem, scilicet, vt cognoscat, & sciat super quo iudicare debet, & sententiam suam proferre. l. de qua re. ff. de re iudicat. l. vt fundus ff. comm. diuid. c. licet Heli de simon. Cũ igitur ordo iudiciorum respiciat ius publicum, illi renunciari non potest. l. ius publicum ff. de pact. gloss. in d. cap. de causis, & latè suo loco dixi.

4 Quod autem renũtiari possit dispositioni præscribenti ordinem, vt ab executione minimè sit inchoandum; & quòd valeat remissio, vt instrumentum habeat paratam executioné, tenet Galesi. ad form. Camer. oblig. p. 3. q. 4. fretus authoritate Abb. in cap. de causis collumn. 2. vers. in glossa. de off. delegati. vbi inquit partes conuenire posse, vt iudex procedat ommisso ordine iudiciorum: quoniam tunc illius iudicis dictum non habebit vim sentẽtiæ, sed cuiusdam pacti, quẽ quem admodum possunt, post factum, partes approbare sententiam nullã, vt habeat vim pacti; vt not. in l. 2. C. commun. vtriusq; iudicij, ita possunt à principio conuenire, vt iudex procedat sine ordine iudiciario. Et ita concludit Galesi. d. q. 4. in fine valere huiusmodi pactum, & posse ex eo, cum ministerio tamen iudicis, inchoari ab executione. Coler. de process. execut. p. prima c. 3. num. 70. vbi dicit valere pactum, vt processus inchoetur ab exequutione Gail. de pace publ. lib. 2. cap. 2. nu. 26. vbi tradit valere pactum, vt post moram debitoris Camera Imperialis ab executione incipiat, & ita seruari, quibus concinit, quod scribit Boer. decis. 295. num. 10. vbi secundum eum, licet instrumenta minimè habeant paratam executionem dicta. l. minor. tamen aliud dicendum erit, vbi debitor remittit, vt ab executione incipi possit; & idem tenet Becc. cons. 17. num. 2. Anton. de Canar. de execut. instrumentorum q. 32. sequitur Thesaur. decis. 26. num. 6. vbi voluit partes conuenire posse, vt instrumentum

habeat

habeat in bonis debitoris executionem paratã, cum valeat huiusmodi conuentio, & gesta ex ui huiusmodi conuentionis in vim pacti valeant, & ita tenet Gomes. in tract. de potest. in se ipsum lib. 3. cap. 21.

5 Pro qua opinione optimè facit text. in l. 3. vbi DD. C. de pignor. vbi creditor ex pacto potest ab executione incipere, & ingredi possessionem bonorum debitoris, omisso omni ordine iudiciorum, qui text. est inconuincibilis, vt inquit Coler, de process. execut. p. prima c. 6. num. 63. & est ineuitabilis, cui responderi non potest, vt per eundem d. p. prima c. 5. num. 35. quod procedit sanè non tantum in mutuo, vt in d. l. 3. sed etiam in pignore l. cum creditor, & ibi gloss. in verb. contrectare ff. de furt. item in vẽditione l. si quis sub hoc pacto ff. de contrah. empt. l. si Titius ff. de seru. exportand. l. prima, & 2. C. si mancipium ita fuerit alien. Deniq; generaliter in omnibus contractibus, vt per Bartol. d. l. 3. nu. 10. & ibi DD. Negusant. de pignor. 4. p. princip. num. 12. Nec non in vltimis volũtatibus l. Titia cum testamento §. primo, in illis verbis, volo eam à se ipsa accipere, & ibi gloss. ff. de leg. 2. Menoch. adipiscẽd. possess. remed. 5. q. 4. num. 31. & quod ex vi pacti possit creditor post moram debitoris ingredi possessionem eius bonorum, etiam propria authoritate communem trad. Coler. d. p. prima c. 5. nu. 95. vbi eam tuetur aduersus Molinæum.

Huc quoq; respicit text. in l. penult. ibi (nec creditor citra conuentionem, vel præsidialem iussionem debet sui causa res debitoris arbitrio suo auferre potest) C. de pignorat. act. ergo à cõtrario sensu ex conuẽtione id poterit, & facit textus vbi not. Bartol. in l. qui ratiario in illis verbi (sed si debitor sua voluntate concessisset ff. de pignorat. actione. l. prima, & 3. C. si seruus export. vend. & in l. si conuenerit ff. de re iudicata, vbi valet conuentio, quod iudex certam proferat sententiam, licet secus sit in arbitris. l. item si vnus. §. idem Pomponius l. qualem ff. de arbitris. Vnde ius exequendi ex cõuentione, & exequutio iudicis authoritate concessa æquiparatur d. l. penult. C. de pignorat. actione. l. cum creditor, & ibi gloss. ff. de furt. & d. l. 3. C. de pignor. Anton. de Canar. de execut. instrumentorum q. 38. Nam vnus, & idem est effectus, qui resultat ab executione rei iudicatæ, & eius executionis, quæ causatur ex instrumento exequibili, merente paratam executionem ex vi statuti, aut pacti Coler. de process. execut. p. 3. c. 9. num. 15. & nu. 42. & generaliter, quod potest lex per eius prouisionẽ, idem potest homo per conuentionem l. non impossibile ff. de pact. Ferrar. in form. sequestr. verbo, sapiens vir, num. 4.

6 Quo fit, vt renuntiari soleat beneficijs legum statuentium, & tradentium ordinem, vt scilicet minimè inchoandum sit ab executione Coler. de process. executiuis p. prima cap. 10. num. 224. Vnde etiam iudex incipere potest à præcepto, vbi illud fit contra eum, contra quem ex pacto incipi potest ab executione, & potest fieri exequutio propria authoritate sine iudice Rebuff. tract. de litterarum obligat. art. 6 gloss. 2. num. 8. Nec huic sẽtẽtiæ quicquã obest, quod libellus, litis cõtestatio, & alia, quæ respiciunt ordinẽ iudicij sint publici iuris, & ad publicam vtilitatem inducta esse censeantur; proindeq; illis renuntiari non possit: quoniam aut partes volunt iudicia experiri, partimq; ordinem iudiciorum obseruare, & partim omittere, & hoc casu procedunt contraria; nam renuntiari non potest ordini iudiciorum; neq; omisso ordine incipiendum est ab exequutiõne, vbi partes instituere volũt iudicium, & iudicij telam aggredi: quoniam sine ijs non potest esse iudicium. Verùm si partes vellent omittere iudicium, & conuenire, vt prætermisso omni ordine, & iudiciali processu, fiat exequutio, & ab ea incipiatur; tunc sanè lex conuentionis erit seruanda, cum hoc casu partes non intendant iudicium instituere, vt supra, de ordine iudiciario dictum est. Cum itaq; partes eligunt viam iudicij, atq; volunt legitimum instituere processum, tunc obseruare debent omnia, quæ sunt de ordine, vti materia ipsius sententiæ, & exequutionis, atq; ita procedunt contraria. Cæterum vbi partes nolunt iudicium instituere, possunt omnino omittere ordinem iudiciorum, & ab executione incipere possunt, si quidem euitare iudicia ipsæ partes, & recedere à contentionibus iudiciorum. l. prima §. inde quæritur ff. de 8 oper. nou. nunciatione. l. æquissimum ff. de vsufr. Quare si ex lege conuentionis creditor capiat possessionem bonorum debitoris authoritate iudicis, non dicitur pignus prætorium, sed conuentionale: quia prætor confirmat tantum id, quod partes conuenerunt Bartol. d. l. 3. C. de pignor. in fin. Sequitur Negusant. de pignor. p. 4. conclus. 14. num. 26. Menoch. adipisc. possess. remed. 5. q. 24. num. 159.

7 Ampliantur modò supradicta, vt ex pacto possit dari licentia incipiendi ab executiõne, etiam propria authoritate, non adito iudice Abb. c. de cætero num. 13. de re iudicata. Alberic. l. nec quicquam. §. vbi decretum ff. de off. proconsul. gloss. in l. 3. C. de pignor. quam communiter sequuntur DD. vt per Menoch. d. remed. 5. num. 5. & num. 9. vers. est ergo, quòd dicamus, intelligendo, quòd in d. l. 3. non præcipiatur, sed consulatur, vt adeundus sit iudex. l. quidam Iberus ff. de seruit. vrbanorum prædiorum, & est tex. notab. in l. si pupillorũ §. si pupillus in illis verbis (potest creditor ius suum exequi) tutius tamen fecerit, si prætorem super hoc adierit; vnde executio in bonis debitoris virtute huiusmodi pacti fieri potest per creditorem, etiã propria authoritate, siue per viã paratæ exequutionis, siue per viam missionis in possessionem, aut arresti, vel etiam sequestrationis, cum idem iuris sit in huiusmodi pactis, quod in statuto tribuente post moram ipsi creditori paratam executionem, vel licentiam arrestandi, aut aliter detinendi bona debitoris Coler. de process. execut. p. prima c. 5 per totum vbi latè.

Extenduntur quoq; supradicta, vt conuenire possint partes, vt instrumentum, etiam non

signatum,

fignatam, neq; authenticum habeat executionẽ contra bona debitoris Rebuff. tract. de litterarum oblig. art. 6 gloss. 3. num. 27. vers. quartus casus est; imo ex pacto bona debitoris possunt saxiri & sequestrari incipiendo ab executione Ferrar. in forma sequestr. verb. sapiens vir. num. 4. sequitur Coler. de process. exequutiuis p. prima c. 2. num. 152. vbi inquit valere pactum, vt in casu non soluti debiti bona debitoris sequestrari possint.

Sed, & extenduntur supradicta, vt possit procurator, etiam generaliter ad litem constitutus, petere paratam executionem aduersus bona debitoris ex vi pacti, omisso ordine iudiciorum, & iudiciali processus Et hæc est verior Coler. de process. exequut. p. 2. cap. 2. nu. 40. Quinimo ex huiusmodi pacto, qui cœpit agere ordinariè, sequendo ordinem iudiciorum poterit mutato cõsilio viam exequutiuam capere, omittendo reliqua, quæ sunt de ordine iudiciorũ. Rebuff. tract. de litter. obligat. art. 6. gloss. 3. num. 7. vbi inquit, quòd is qui cœpit agere, potest prius expensarũ facta restitutione parti, renuntiare actioni moeç, & ab executione incipere: quoniam secundũ eum, vbi via ordinaria, & exequutiua competit, tunc vna electa, altera nõ tollitur. l. miles. §. qui iudicati l. 4. §. si ex conuentione ff. de re iudicat.

8 Et hęc omnia quidem procedunt in expressa renuntiatione, & pacto, sed dubium est, an iuramentum possit operare renuntiationem, vt instrumentum habeat paratam executionem, atq; vt possit inchoari ab exequutione, & quod iuramentum habeat paratam exequutionem voluit. Bart. in l. 2. num. 8. ff. de iur. iur. in l. post rem ff. de re iudicat. in l. sed & si possessori. §. fin. & in l. si duo patroni. §. fin. num. 3. ff. de iur. iur. latè Tiraquell. in l. si vnquam in verbo, donatione largitus, num. 104. C. de reuocand. donat. Et hęc sententia Bartoli est magis communiter recepta, Iaf. d. l. 2. col. penult. vers. tenendo tamen. Sed aduertendum est, vt considerat Iaf. d. l. 2. col. fin. limit. 4. quòd Bartol. dictis locis loquitur, vbi iuramentum tendit ad decisionem litis præsentis, vel futuræ. Vnde dubium est, quid dicendum sit in iuramento simpliciter præstito à debitore, nũ ex illo parata executio esse possit, & Iaf. d. l. 2. voluit huiusmodi iuramentum minimè habere paratam executionem. Verùm contra Iason. tenet Guter. de contract. iurat. c. 62. vers. Sed dominus, vbi inquit, quòd licet Bartolus, & hæc cõmunis sententia loquatur tantum in iuramento, decisorio, non tamen negant idem in iuramento confirmatorio, & ibi ad id citat l. si quis maior ibi. mox. C. de transact. Et quamuis d. opinio Iasonis videatur esse magis communiter recepta, tamen de ea dubitat Seraph. priuileg. iurament. 77. num. 32. quæ tamen sententia Guterij d. cap. 62. reprobatur per Thesaur. decis. 26. nu. 7. vers. sed vt breuiter agamus, vbi inquit Senatum fuisse sequutum alteram sententiam aduersus Guter. vt, scilicet, sententia Bartoli, & aliorum procedat in iuramento decisorio, siue à iudice, siue ab ipsa parte iudicialiter delato, non etiam in iuramento confirmatorio.

Sed quoniam exequutionis species est captura personæ Bartol. in l. is qui reipublicæ in fin. ff. ex quib. caus. maiores Alex. in l. à Diuo Pio. §. in
9 venditione n. 5. ff. de re iudicat. videndum quoq; est, an debitor renuntiare possit, vt incipi possit à captura personę, atq; vt sine processu, vel ordine iudiciorum capi, & detineri possit: In quam rem multa possumus decerpere ex ijs, quę diximus de Renuntiatione, vt debitor carcerari possit in casu moræ. Sed hæc renuntiatio priuatim pertinet ad debitorem, qui renuntiauit, vt capi possit nullo præcedente processu, & ordine iudicij: Illa verò procedit, vbi debitor conuenit, vt capi, & carcerari simpliciter possit. Itaq; in hac quęstione dubitatur num in casibus, in quibus valet pactum, vt debitor carcerari possit, valeat renuntiatio ipsius debitoris, vt à captura personæ inchoari possit, & quòd stante pacto, a captura incipi possit tenet Cygal. cons. 162. num. 5. arguendo a statuto ad pactum, & quamuis captura sit remedium subsidiariũ glos. in l. 3. §. tutores qui repertorium, ff. de suspect. tutor. tamen quemadmodum valet pactum, vt statim dixi, quod ab executione fienda in bonis debitoris, incipi possit, ita valere debet pactum, vt incipi possit à captura personæ; & valere pactum expressum, vt à captura personæ inchoari possit tenet. Aret. in. in. l nemo potest num. 3. ver. sed posito ff. de leg. 2. & hanc opinionẽ sequitur Vasq. de successionu. creat. lib. primo § 6. nu. 34. quamuis contrarium tenuerit Crott. in l. nemo potest. num. 8. ff. de leg. primo. Neq; obstat, quod contrarium tenere videatur Canar. de execut. instrumentorum q. 32. quem sequitur Thesaur. decis. 26. num. 6. quia loquuntur in pacto, quod statim quis pro debito capiatur, aut incarceretur sine præcepto iudicis, quod fieri non potest, cùm nemo sit dominus membrorum suorum, vt suo loco dixi, & in casibus quibus non valet pactum, vt debitor possit capi, aut carcerari; aliud dicendum est, vbi valet pactum, sed omittitur ordo tantum, cui debitor renuntiare potest. Canar. d. q. 32. verb. conuentio. Intellige tamen semper, vt carceratio, & captura fiat ministerio, & authoritate iudicis Mast. ad form. camer. oblig. p. 3. q. 6. Thesaur. d. decis. 26. num. 6. vers. quod intelligo; Et quod valeat pactum, vt debitor post moram ad instantiam creditoris possit per iudicem capi, & carcerari, tenet Coler. de process. exequut. p. prima cap. 6. num. 69. vers. & hac sententia retenta: quoniam secundum eum ibi num. 83. ordo iudiciorum, vt non incipiatur a captura respicit potius commodum priuatum eorum, contraxerunt æs alienum.

CXXXIX. RENVNTIATIO.

Vt liquidatione etiam non facta proceadtur ad exequutionem.

S V M M AE.

1 *Instrumentum, vt habeat exequutionem, debet esse liquidum.*
2 *Cautela, vt obligatio exequutionem habeat, etiam non facta liquidatione.*
3 *Renuntiatio supradicta, vt valeat, quæ requirantur.*
4 *Ordo, vt liquidatio præcedat exequutionem.*

1 VT instrumentum obligationis executionem habeat illud præcipuè exigitur nempè, quòd sit liquidum, itaq; si quis promiserit damna, vel id quod interest, ex eo instrumento, vel ex ea scriptura non poterit tribui exequutio, nisi prius præcedente iudicis declaratione, & sententia, quid, quale, quantumue sit damnum Rebuff. in constitut. tract. de litter. oblig. art. primo gloss. 9. num. 8. & 12. vbi tradit cautelam, qua debitor enitare poterit executionem, & expensas, scilicet, quòd vbi quidpiam apparet esse liquidum illud confestim tradat, & soluat, vel saltem deponat, offerens se reliquum soluturum facta liquidatione per tex. in. l. statuliberrationem. ff. de statulib. idemq; trad. in tract. de Chyrograph. & Schædul. in præfat. num. 64.

2 Sed, vt promissio, aut obligatio executionem habeat, etiam nulla præcedente iudicis declaratione, cautela erit, vt expressè dicatur, quòd procedi possit ad exequutionem, etiam liquidatione non facta, vt per Bartol. in. l. 3. num. 16. C. de pignor. vbi inquit valere conuentionem, quòd liceat ingredi possessionem, & eam retinere, etiã ante declarationem, seu liquidationem pro ea quantitate, ex qua apparebit ipsum debitorẽ debere ex causa prædicta; sequitur Mass. Gales. ad form. camer oblig. tit. de liquidat. num. 10. Tenin. caut. 34. num. 3.

3 Vt autem hæc renuntiatio valeat primum constare debet de substantia ipsius debiti, quamuis quantitas, qualitas, vel alia accidentia sint incerta; deinde obligatio debet esse pura, & non sub conditione, veluti cum promissa fuerunt dãna, interesse, & similia, in quibus constat esse debitum, sed quantitas incerta estante declaratioẽ Mass. d. tit. de liquidat. num. 10. cum seq. Nam & si quantitas eius, quod debetur incerta sit, obligatio tamen non dicitur habere conditionem, neq; diem, sed solum differri debet exequutio Bartol. l. prima ad finem. ff. de leg. 2.

4 Ex hoc itaq; pacto renuntiatur solum ordini, nimirum vt liquidatio, & declaratio præcedere debeat exequutionem, & exequutio fit tantum, vt habeat vim pignoris, & cautionis donec fiat declaratio Bartol. d. l. 3. num. 16.

CXL. RENVNTIATIO, Fori exceptionis.

S V M M AE.

1 *Forum à ferendo dictum.*
2 *Fori partes materiales, quæ.*
3 *Forum dicitur tùm ratione magistratuum, tùm ratione litigantium.*
4 *Exceptio duplex opponi potest aduersus iudicis iurisdictionem.*
5 *L. si conuenerit. ff. de iurisd. omnium iudicum.*
6 *Foro, quod ex priuilegio, vel speciali fauore cõpetit renunciari posse.*
7 *Ius reuocandi domum, an renunciatione tollatur.*
8 *Scholares renunciant priuilegio fori.*
9 *Fori priuilegium, vt accipiatur.*
10 *Renuncians fori priuilegio, intelligitur etiam renunciare iuri communi.*
11 *Tacitè etiam renunciatur fori priuilegio.*
12 *Exceptio fori declinatoria primò opponi debet cum protestatione.*
13 *Foro originis renunciari, an possit.*
14 *L. assumptio ff. ad municipal.*
15 *Fori priuilegio miserationis gratia concesso renunciari an possit.*
16 *Clericus, an possit renunciare foro.*
17 *Fori renunciatio specialis esse debet.*
18 *Renuntiatio fori quando valeat.*
19 *Fori renunciatio cum prorogatione iudicis incompetentis.*
20 *Debitor promittens se soluturum vbicumq; repertus fuerit.*
21 *Contrahens in alio loco, videtur renuntiare proprio foro.*
22 *Fori renuntiatio quid operetur.*
23 *Constitutio Domini Mediol. tit. de iudic. cap. si per apparentem. § huius tamen.*
24 *Fori priuilegio renuntians, non censetur renuntiare futuro.*

1 FOrum hac in materia est locus iurisdictionis in quo iudicia exercentur, dictum secundum Varon. à ferẽdo, quòd in eum locum litigãtes cõtrouersias, ferant suas, sicut negotiatores merces, quas vendere cupiunt c. forus de verb. signif. l. vlt. C. de iurisd. omn. iudic. l. vlt. C. de except. l. si fideiussor. ff. qui satisd. cogantur. l. moris ff. de pœn. Alc. dispunct. lib. 2. cap 24.

2 Vnde partes fori materiales apud Vitruu. duę sunt; inferior, in qua venalia exponuntur, & superior, in qua iudicia exercentur Ias. l. inter. §. sacram. num. 3. ff. de verb. oblig. Nam forum promiscuè dicitur de loco, in quo tam res venales, quam lites ipsę, & controuersiæ defferuntur, & Anacharsis Schytha aiebat forũ esse locum multis hominum fraudibus, ac rapinis destinatũ. Fo-
3 rum autem dicitur tam ratione magistratuum, hoc est, in quo actiuè ipsi magistratus iurisdictionem suam exercent: quam ratione litigantium, idq;

Idq; palsinè nimirum in quo conueniantur, litesq; inter ipsos dirimantur, Quare dicitur rei forum, atq; meum forum, vel tuum forum, vt inquit ille apud Plaut. in Mostellaria.

Vbi ego video rem votti in meoforo.

Et competens forum rei dicitur suum forum ipsius rei, in quo conueniri debeat. l. 2. l. in crimina li. C. de iurisdictin. omni. iudic. Ita etiam dicitur iudex competens, qui suus est, & proprius ei rei de qua agitur, vel ei aduersus quem agitur cōpetit, & conuenit: Quo sensu etiam dicimus aliquam rem nobis cōpetere, hoc est, ad nos pertinere, & nostram esse. Sic dicimus competentem actionem, quæ nostra est Instit. de perpetu. & temporal. actionib. in prin. & §. primo. Quem ergo competentem iudicem dicimus, alibi suus dicitur. l. vlt. C. si à non competent. indic. l. magisteriæ. C. de iurisdic. omni. iudic. l. venditor in prin. ff. de iudicijs.

4 Aduersus igitur iudicis iurisdictionem duplex exceptio opponi potest: Exceptio alz. iudicis non sui, seu incompetētis: & exceptio fori declinatoria: & inter has exceptiones hoc interest: Nam primò index, cuius forum declinari potest, non caret omnino iurisdictione, quamuis illius forum en casu declinari possit, ex quo sequitur, quod citatus coram illo comparere, & allegare tenetur suum priuilegium, ex quo declinare potest, & exceptionem fori declinatoriam. l. siquis ex aliena ff. de iudicijs; l. 2. ff. siquis in ius vocat. non ierit; vbi Bald. & in l. fin., in prin. C. de exceptionib. Aliud est, cum iudex est incompetens: Nam eo casu citatus non tenetur comparere, vt in notoriè clerico citato tanquam clerico corā iudice laico. l. generaliter. & l. si qua per calumniam, vbi. Bald. C. de episcop. & cler. c. si iudex laicus. de sentent. excom. lib. 6. c. si diligenti de foro compet. Vel in delegato, qui citasset ob causam non, delegatam. c. præterea de dilationib. c. cum in iure de offic. deleg. l. prima C. si à non cōpet. iudic. l. fin. ff. de iurisdic. omn. iudic. Bald. l. siquis ex aliena num. 4. ff. de iudicijs. Secunda est differentia, quod exceptio fori declinatoria opponi debet in limine iudicij ante litem contestatam. l. fin. C. de exceptionib. c. inter monasterium. de re iudicata, cum exceptio incompetentis iudicis possit quandocunq; opponi, etiam post sententiam, gloss. singul. in clement. prima de sequestr. possess. & fruc. quam cōmendat Bald. in l. exceptionem. C. de probat. Hancq; differentiam admonuit Bald. in d. l. fin. C. de exceptionib. in l. generaliter. num. 4. C. de episcop. & cleri. & in. l. prima vlt. notabili. C. si à non compet. iudic. Marsil. singul. 10. Tu scis. Immo potest opponi hæc exceptio etiam post tres sententias conformes. Felin latè in cap. pastoralis. col. 3 de excep. Afflict. in constit. exceptionem. num. 4. vers. secundò quæro. Bald. in l. 2. nu. 10. ff. siquis in ius vocat. non ierit. Tertia est differentia, quod habens exceptionem declinatoriam, illamq; non obijciens, sibi præiudicat, Bart. in. l. quidam consulebat. l. non videtur, & in. l. sed si susceperit, vbi est tex. ff. de iudicijs: At cum iudex est incompetens per quemcunq; actum coram illo gestum, minimè sibi quis præiudicat, quin semper opponere possit exceptionem. Angel. in d. l. sed & si susceperit. Afflict. in constit. Si ciuiliter. num. 12. notabil. 8. Quarta differentia est, quæ optimè facit ad pro-

5 positum nostrum, & ad inclinationem duarum legum, quę inuicem pugnare videntur: nempe. l. si conuenerit. ff. de iurisdic. omn. iudic. & l. siquis in conscribendo. C. de pact. Hac disponente renunciationem exceptionis fori valere, renuntiantēq; obligari. Illa autem renuntiantem proprio foro, & se iurisdictioni non sui iudicijs subijcientem posse ante litem contestatam pœnitere. Etenim has dissidentes leges ita componunt DD. communiter distinguendo: Aut iudicis alioquin com petentis iurisdictio, priuilegio, & exceptione aliqua declinari potest, & alius adiri potest iudex competens ex priuilegio, & fauore ipsius litigantis, & tunc renuntiare potest suo fauori, ne forum declinare possit, alias declinabile, ex aliqua exceptione, & ita loquitur, & procedit. d. l. si quis in conscribendo, cum simil. Aut verò renuntians proprio foro se subijcit iurisdictioni iudicis non sui, qui nullo priuilegio vel fauore competēs esse potest: & tunc poterit quandocunq: ante litem cōtestatam renunciando pœnitere, & ita procedit d. l. si conuenerit; & ita pulchre conciliat gloss. fin. in d. l. si conuenerit; quam communiter sequuntur DD. Ripa in c. primo col. 17. vers. in gloss. verbo, placere, & ibi Berous num. 141. de iudicijs. Curt. d. l. siquis in conscribendo col. 3. & ibi. Dec. num. 17. vers. in gloss. Guter. de contractib. iuraris cap. 28. limit. 4. Gondisal. Villadyech. de legato. quæst. 8. num. 35. Sapia in l. prima num. 17. ff. de iudicijs Tennin. cant 93. Cuius differentiæ ratio illa est: nam quando alicui nulla omnino cōpetit iurisdictio, partes non possunt eā, etiam de communi consensu illi tribuere. l. priuatorum. C. de iurisdict. omn. iudicum. & d. l. si conuenerit. Bald. l. si quis in conscribendo num. 6. C. de episcop. & clericis. & in. l. prima vlt. notabili. C. si à non compet. iud. Marsil. d. singul. 10. Neq; potest prorogari ea iurisdictio, quę non est, sed dicitur de nouo iurisdictio concedi ei, qui non habet, quod quidem efficere non potest partium consensus in forma iudicij. c. significasti. de foro compet. Bald. in l. prima nu. 9. lect. vlt. ff. de iudicijs, & in. l. fin. num. 6. ff. de iurisdict. omni. iudicum. Præterea cum renuntiatur priuilegio fori, res de facili reuertitur ad naturam suam. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. Quoniam solum remouetur exceptio contra iurisdictionem ordinariam. Verùm cum agitur de proroganda iurisdictione, extenditur iurisdictio vltra naturā, & primum statum, quod sanè difficilius est. Curt. Iun. in. l. prima num 19. ff. de iudicijs.

6 Ex hac differentia duplex colligitur conclusio circa renuntiationem fori. Prima est affirmatiua: Altera est negatiua. Affirmatiua regula, est foro, quod ex priuilegio, vel speciali fauore cōpetit, renuntiari posse. l. si quis in conscribendo. C. de episcop. & clericis. l. penult. C. de pactis. l. prima, ff. siquis in ius vocat. non ierit, & ibi gloss. & DD.

& DD. Couarru. practicarum quaestion. cap. 10. num. 5. Gaill. lib. primo obseruat. 40. Rip. in c. primo num. 49. vers. secunda conclusio de iudicijs. Butrig. de renuntiat. iuris. tit. de benefic. fori & de benef. pro scholare, Potest sanè quis renuntiare priuilegio fori, sicut omni alij iuri eius fauore inducto. Ias. in l. penult. num. primo. C. de pactis. Quare si ex priuilegio clericus sit subiectus prelato inferiori ab episcopo, poterit fieri renuntiatio fori, & prorogatio in ordinarium absq; consensu superioris, cui iure speciali iurisdictio competebat. Dec. in. l. pennit. num. 18. C. de pactis. Tennin. cautel. 93. num. 7. & quoniam hi iudices, quos conseruatores vocant, dantur ex priuilegio, eorum foro renuntiari poterit, cum prorogatione iudicis ordinarij. de qua re quoniam doctè, & copiosè tradit D. Io. Petrus Moneta clericus regularis. S. Pauli, vir tum doctrina, tum vitae innocētia celebris, tractatu de conseruatorib. cap. 10. quaest 8. nihil est, quod plura à nobis dicantur, sed legentes illuc relegamus. Similiter actor, qui ex priuilegio facultatem habet reum conueniendi coram quolibet ex pluribus iudicibus potest renuntiare huic fauori, ne possit reum conuenire coram aliquo ex illis, vel se arctare, vt coram tali iudice ex illis pluribus reum conueniat. Tennin. d. cautel. 93. nu. 7. Atq; vocatus ad iudicium exceptionibus fori renuntiare potest. Bero. cap. primo. num. 116. de iudicijs.

7 Vnde ius reuocandi domum, hoc est, priuilegium, quod quibusdā personis datum est, vt causa, ob quam alibi conueniuntur remittatur domum, & ad locum in quo domicilium habent, vt in. l. 2. §. legatis. ff. de iudicijs. & c. vlt. de foro cōpet. cum respiciat fauorem dictarum personarū, ipsarum renuntiatione tolli poterit, Butrig. de renuntiationib. iuris tit. de beneficio legis. secundae. §. legatis, & tacitè huic beneficio renuntiasse censebitur is, qui se in legatione soluturum constituit. Ruger. cons. 2. num. 106. lib. primo. Qui igitur vult, vt quis conueniri possit extra domicilium, etiam pro contractu facto in loco domicilij, non obstante iure reuocandi domum, curare debebit, vt is promittat conueniri posse, & soluere vbicunq;, atq; renuntiet beneficio reuocandi domum, & dispositioni, dicti. §. legatis. Hincq;

8 scholares cum eo in loco. vbi student plures habeant iudices, possunt priuilegio fori, atq; vni eorum renuntiare. gloss. in. l. 2. §. conuenire. ff. de iudicijs, & in d. l. si conuenerit; Namq; priuilegio fori renūtiare possunt scholares. Alberi. in. l. si quis in conscribendo. num. 14. C. de episco. & cleric. atq; renuntiare possunt foro eorum rectoris. Iacob. à S. Georgio in. l. haeres absens. §. si quis tutelam. num. 4. ff. de iudicijs, & quamuis videri possit, vt scholaris, vel miles non possit renuntiare exceptioni fori, quemadmodum neq; possunt clerici. c. si diligenti. de foro compet. tamen responderi potest, vt per Curt. Iunio. in. l. si quis in conscribendo. num. 4. C. de pactis, quod clerici nulla ratione conueniri possunt coram laico, cum tamen potestas in milites, vel scholares habeat iurisdictionem, nisi declinetur. c. dilecti. de foro compet. Praeterea dici potest, quod si clericus ex priuilegio subiectus sit inferiori ab episcopo, poterit fieri prorogatio in ordinarium absq; consensu superioris, cui iurisdictio speciali iure competebat. Dec. in. l. penul. num. 18. C. de pactis.

9 Sed quoniam dictum est priuilegio fori renuntiari posse, non est omittendum, quod fori priuilegium, accipitur pro ipsa exceptione declinatoria competente de iure communi. Alba. cons. 785. num. 6. cum seq. Et quod dixi de renuntiare priuilegio fori, idem dicendum videtur, de eo qui confitetur se non vsurum fori exceptione, d. l. si quis in conscribendo, in principio in illis verbis, sese confessus fuerit, nō vsurum fori praescriptione, & ibi DD. Namq; huiusmodi confessio facta in praesentia partis, idem operatur, quod pactum, siquidem confessio de futuro disponit, & confessio de preterito probat. Bald. in. l. si quis in conscribendo. num. 2. C. de episcop. & clericis. Quamuis enim natura confessionis nō sit inducere obligationem, sed potius probationem. l. Publia. §. fin. ff. depositi. tamen id procedit in cōfessione de preterito, non etiam in confessione de futuro, & ita declarant. DD. vt per Curt. Iunio in. l. si quis in conscribendo. n. 2. C. de pactis.

10 Extenditur supradicta conclusio, vt renuntiās fori priuilegio, intelligatur etiam renuntiasse iuri cōmuni, vt verba aliquid operentur, Menoch. de praesūpt. lib. 6. praesūpt. 6. n. 7. vbi inquit, q si quis promiserit soluere certo loco, cum renuntiatione fori, conueniri ibi poterit, etiam si ibi non reperiatur, vt per DD. in d. l si conuenerit, vbi Ias. num. 15. & Dec. num. 20. secus si habeat forum tam de iure communi, quam de iure speciali. Couarru. practicarum quaestionum. cap. 10. vers. septimò.

11 Et non modo expressè; verum etiam tacitè fori exceptione renūtiatur. Nā exceptioni declinatoriae fori tacitè renuntiatur per comparitionem partis nihil opponentis, & per processum ad vlteriora, c. ex parte il. 2. de appellat. Felin. c. super litteris num. 34. de rescriptis. Beroui. cons. 9. num. 28. lib. 3. Sed & fori exceptioni, quis renuntiare videtur iudicium incipiendo. l. sed & si susceperit in prin. ff. de iudicijs, vbi Angel. tradit, quod vbi iudex non est omnino incompetens, quis opponendo alias exceptiones, & omittendo exceptionem fori declinatoriam, censetur illi renuntiare: Ratio secundum Iacobin. à S. Georgio in d. l. sed & si susceperit, illa est, quoniam opponendo alias exceptiones, velle videtur, vt iudex super eis pronunciet, non potest autem is pronūtiare, nisi iudex praesupponatur. Quare se-

12 cundum Angelum d. loco, cauti aduocati primò opponere debent exceptionem fori declinatoriam, atq; protestari, quod per aliquem actum, quem faciunt, vel facient, non intendunt in ipsum iudicem consentire, nisi quatenus de iure, & non aliter, quod commendat Iacobin. à S. Georgio in. d. l. sed & si susceperit in principio, vbi. nu. 3. inquit nihil referre, quod exceptio fori declinatoria opponatur in ordine scripturae post alias

exceptiones

exceptiones; quoniam quāmuis in ordine scrip-
turę sit postrema, tamen in ordine intellectus cē-
setur esse prima. Verùm habens fori priuilegiū,
si citatus compareat, non censetur priuilegio
renunciare, cum coactus compareat; secus si li-
tigat non allegato priuilegio. Bald. l. 2. num. 2.
C. de bonis author. iudic. posſid. Quoties autem
exceptio fori declinatoria opposita primum est,
deinde exceptiones peremptoriæ subiectę sunt,
tunc hæ exceptiones propositæ intelliguntur,
sub ea conditione sɩz. casu quo locus exceptioni
declinatorię esse non posſit, Bart. in. l. quidam
consulebant num. 11. ff. de re iudic. Crauett.
cons. 678. num. 3. vers. non obstat igitur; Op-
ponens igitur fori declinatoriam protestari de-
bet, quod non consensit in iurisdictionem, nisi si
& quatenus de iure teneatur, aliàs mulctari po-
terit tanquam contumax. Angel. cons. 217. In
causa accusationis. num. 2. vers. secundò proba-
tur. Vbi inquit, fatuum esse si aliter declinetur.
Sed verum est, quod vbi iurisdictio nonest pro-
rogabilis, poterit exceptio declinatoria quādo-
cunq; opponi: Nam sicut expresſè fieri nō pōt
prorogatio, ita nec tacitè omittēdo opponere ex-
ceptionē ante litē contestatā. Castr. cōs. 2. ꝑpe fi-
nē. vers. præterea. lib. 2. vbi cōem inquit. Ex-
ceptioni fori renuntiare quis etiam videtur, si
cœperit soluere, vel si paciscatur, vel iudicium
suscipiat. l. si fideicommisſum. §. fin. & ibi Bart.
ff. de iudicijs. Per contumaciam quoq; quis re-
nuntiare censetur fori exceptioni; quoniam
contumax in pœnam contumacię non potest al-
legare fori priuilegium arg. l. de die. §. planè &
ibi Bart. ff. qui satisd. cogātur Afflict. decis. 113.
Frāch. decis. 417. in prin. Thesaur. decis. 265. Sola
in Constitution. tit. de tribunal. competen.
gloss. 5. in fin. Sed contrarium velle videtur Re-
buff. ad Constit. Galliæ tomo. 3. tit. de contum.
art. 8. gloss. prima. num. 9. Sed illud procedit vbi
esset factus contumax à iudice notoriè incom-
petenti; Nam prorogatio in talem iudicem
nō fit per contumaciā Caballin. milleloqu. 853.
13 Foro autem originis, quamuis renuntiari non
posſit expresſè. Soc. cons. 35. num 7. lib. primo.
Roland. de lucro. dotis. quæst. 22. num. 6. Gaill.
obseruat. 36. num. 5. lib. 2. tamen tacitè illi re-
nuntiatur, si aliò domiciliū transferatur, & de-
feratur, Afflic. decis. 384. Gaill. d. obser. 36. n. 7. ex
14 quo declaratur text. in l. asſūptio. municipal. &
in. l. origine. C. de municip. ff. ad & origin. lib. x.
Et hæc quidem procedunt, vbi fori priuilegiū
inductum est merè priuato fauore ipsius renun-
tiantis, vnde supradicta regula affirmatiua, nē-
pè: Quod fori priuilegio renuntiari potest, plu-
ribus casibus non procedit: Nam locum non
15 habet in vidua, & pupillo, qui renuntiare non
posſunt fori priuilegio eis concesſo, non priuato
fauore, sed miserationis gratia. gloss. in. l. prima.
verb. excedere. C. quando imperator inter vid.
pupilli &c. quam ibi omnes sequuntur. Natt.
cons. 590. col. fin. vers. secundò est etiam notandū
Cagnol. in proem. ff. §. illud vero. n. 286. Ias. in. l.
penult. num. 11. vers. limita tamen. C. de pactis.
Sola in Constitution. tit. de causis miserabil. in
gloss. ad textum incipient. si quis propter. num.
11. Couarru. practicarum quæst. cap. 6. & 7.
Thesaur. decis. 177. num. 5. Franc. decis. 192. nu.
7. Muscatell. in prax. parte. 2. in gloss. competen-
tes. num. 69. Viuius. decis. 65. num. 2. & decis. 321.
& dixi supra Renuntiat. 14.
16 Sed & clericus non potest fori exceptioni re-
nuntiare. authent. statuimus. C. de episcop. &
cleric. c. si diligenti. de foro compet. & ibi Felin.
col. 6. vers. primum corollarium. Ias. in. l. prima.
num. 10. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Felin.
cap. primo. col. 4. de iudicijs. Aret. in. §. idem
iuris. vers. visis regulis. Instit. de exceptionib. Ro
land. cons. 4. num. 9. lib. primo. Alberic. de statu-
tis. q. 2. nu. 25. Bald. & Angel. in. l. 4. C. de legatio-
nib. lib. x1. Beninc. tract. de paupert. q. 8. num.
52. Guter. de contractib. iuratis. cap. 16. num.
50. Licet de iure ciuili secus esset. Prosdoci.
de different. iuris. num. 27. Baptist. à S. Blasio
contradictionum iuris. contradict. 32. Aegid.
Tomat. de collect. tit. clerici. num. 16. vers. secun-
dò facit. Foller. de contractib. cens. in. c. nunquid
clericus in prin. Massa ad formam cameralis ob-
lig. quæst. 2. secudę partis. Nepos à monte Alba-
no. de exceptionib. art. 6. num. 15. Alban. de po-
testate Papæ. part. 2. num. 129. Guid. Pap. cons.
221. num. 2. Viuius. decis. 125 Surd. de aliment.
tit. 7. quæst. 37. num. 48. Couarru. in cap. quam-
uis pactum parte 2. in prin. num. 9. de pactis. lib.
6. & est communis doctorum sententia. Clarus in
prax. §. fin. q. 36. vers. secundò infertur. Balbus
in communib. cent. 3. concl. 268. Scaccia. de iudi-
cijs causarum cap. 11. num. 35. Gaill. obseruat.
37. lib. primo Farinac. tit. de inquisit. q. 8. ampli.
sexta principali. Cala. de modo articul. §. primo.
gloss. prima num. 62. Butrig. inter consilia crimi-
nal. cons. 2. nu. 8. lib. primo Alex. de Vbald. cons.
54. num. 2. d. lib. primo Alba. cons. 785. num. 10.
cons. 387. num. 13. Vasq. de succesſion. creat. lib.
3. §. 22. lim. 12. num. 65. & 74. & de succesſionum
resolutio. lib. primo. §. nono. nu. 95. Afflict. tit. de
seruand. indemnit. rub. 45. num. 21. lib. primo.
Couarru. practi. quęstio. cap. x. Surd. decis. 26.
num. 4. & 10. cons. 2. num. 17. 31. cons. 193. n. 5.
cons. 222. in prin. cons. 280. nu. 9. & cons 396. nu.
15. Ratio autem cur clericus non posſit renun-
tiare fori exceptioni illa est, quoniam huiusmo-
di priuilegium non priuato fauore ipsius clerici,
sed toti ordini clericorum concesſum est. c. signi-
ficasti. c. si diligenti, cum ibi notatis, de foro
compet. Maranta parte quarta. distinc. 11. num.
2. de ordine iudiciorum. Gaill. obseruat. 40. nu.
7. lib. primo Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 9. nu.
61. Vnde clericus datus fideiusſor coram iudice
laico, non potest renuntiare, vt coram eo conueni-
ri posſit. Angel. in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non
ierit. Balbus. decis. 268. Clericus. Præterea clerici
habent fori priuilegium à Deo, vt coram Laicis
non conueniantur. Brunus. cons. 64. nu. 17 cons.
89. nu. 8. Marta. tractat. de iurisdic. part. 4. cent.
2. cas. 134. num. 7. Nam priuilegium fori, quod
clerici habent, inductum est iure *Diuino*, vt per

cum

cum d. parte 4. cent. prima cas. 64. in prin. Quod obtinet etiam de iure ciuili. Bucrig. in. l. statuimus. in prin. C. de episcop. & cleric. Iacobin. à S. Georgio. in. l. penult. nu. 9. C. de pactis, vbi respódet ad text. in. d. l. penult. in illis verbis, vel etiam sacerdoti.

Imo non potest renuntiare clericus etiam cum iuramento. Iason. cons. 50. n. primo inter consilia criminalia lib. 2. Guter. in repet. l. nemo potest. n. 106. ff. de leg. primo. Niger. in extrau. vnica. de vita; & honestat. clericorum n. 77. & supradicta extende procedere, etiam quod clericus fateatur se laicum. Farin. tit. de inquisit. ampliat. 6. q. 8. necnon in clerico primæ tonsuræ, vt per eum: consuetudineq; induci non potest, vt Principes laici iurisdictionem habeant in clericos. Mart. de iurisdict. part. 4. cent. prima cas. 64. & de pœna clerici consentiẽtis in iudicem laicũ habetur per Menoch. de arbitrar. judicũ. cas. 430.

Minusq; potest clericus renuntiare tacitè fori exceptioni, aut consentire Bald. l. siquis. n. 5. ff de iudicijs. Farinac. d. ampl. 6. q. 8. quib. accedit, quod sicut clerici non possunt renuntiare priuilegio fori, ita nec renuntiare possunt priuilegio, vt non subsint statutis laicorum. Marta. de iurisdict. part. 4. cent. prima cas 100.

Vt autem clericus renuntiando exceptioni fori possit in alium iudicem consentire, & primò, quod is in quem consentit, habeat iurisdictioné l. prima l. priuatorum. C. de iurisdict. omni. iudic. Hancq; ordinariam habeat non etiam delegatã, quandoquidem delegata prorogari non potest; quoad personas, sicut nec de nouo dari, nec restitui. Deinde quod consensus sit validus. Tertiò, quod is in quem consentit, sit persona ecclesiastica. Quartò quod fiat cum consensu proprij diocesani. Postremò quod sit talis causa, quæ admittat prorogationem talis iudicis, vt tradit Bellame. in repet cap. Romana in prin. nu. 8. de foro compet. in 6. et facit, quod scribit Marta. de iurisdictione, part. 2. cap. 30. nu. 4.

Clerici tamen possunt compromittere in iudicem laicum causam vertentem super eorum patrimonio, Bellame. d. cap. Romana, c. exposita, de arbit. Io. Baptist. tract. de arbitr. part. 4. q. 15. n. 1. Blanc. de arb. q. 2. n. 63. Ratio est, quia arbiter, & arbitrator non habet iurisdictioné, sed notionem quandam. l. ait prætor. ff. de iudicijs.

Qua ratione etiam non potest exemptus renũtiare priuilegio, cum etiã de superioris, qui exemit, prędiudicio agatur. c. cum tempore, vbi gloss. & Abb. notabil. 5. Boich. nu. 11. & Buri. de arbitr. qui sanè text. est singularis vt p Curt. Iunio. in. l. penult. num. 29. C. de pactis. Abb. c. primo. num. 19. de re iudic. & in c. fin. num. 35. de foro compet. Felin. cap. 2. in fin. de sentent. excom. Socin. in. c. si de tetra. num. 9. de priuileg. Dec. in. c. primo lect. 2. num. 64. de iudicijs. Natt. cons. 160. num. 47. lib. primo Gail. obseruat. 40. num. 2. lib. primo. Boer. in singul. in verbo renuntiatio. num. 24. Et quamuis gloss. in. d. c. cum tempore, velle videatur, vt renuntiatio valeat, saltem in prędiudicium renuntiantis; tamen ius superioris videtur ita coniunctum cum iure renuntiantis, vt separari non possit. Socin. in c. recepimus. num. 100. de priuileg. Verùm si exemptus episcopo suo se submiserit, valet huiusmodi submissio; quoniam ad primum statum iurisdictio reuertitur. Abb. cap. significasti. col. 5. de foro compet. Alber. in. l. siquis in conscribendo. num. 6. C. de Episcop. & cler. Vasq; de successionum resolut. lib. primo. §. 9. num. 94. Nam semper quoties quęritur, num fori renuntiatio valeat, distinguendum erit; verum lex disponat de foro, fauore superioris; an vero ex causa priuatorum. Gail. obser. 40. num. 9. lib. primo. Hincq; secundum eum vassallus non potest renuntiare foro in præiudicium domini, quod ita demum verum erit, si lex disponat de foro fauore domini. Regula sanè, quę vult, quemlibet renuntiare posse fori exceptioni, vt habetur in. d. l. siquis in conscribendo, & in. d. l. penult. procedit, quoties non agitur de aliquo præiudicio superioris; sed solum de priuato renuntiantis fauore, vt declarat Abb. in d. c. cum tempore. notab. 5. & Gail. d. obseruatione 40.

17 Declaratur prǽterea supradicta regula, vt valeat fori renuntiatio, vt ita demum procedat, si specialis, & expressa fuerit renuntiatio. l. prima ff. siquis in ius vocat. non ierit, & ibi gloss. fin. & DD. Castr. in. l. si fideiussor. in prin. ff. qui satisd. cog. in. l. siquis in conscribẽdo. n. 3. C. de episcop. & cleric. Rip. in c. pri. nu. 52. vers. circa vltimum, de iudicijs, vbi quærit, an per pactum de non declinando censeatur renuntiatum priuilegio fori. Renũtiatio autem fori fieri debet in specie, veluti omni priuilegio fori, tametsi in indiuiduu fori priuilegium non exprimatur. Cephal. cons. 58. nu. 21. lib. primo, Neq; operatur generalis renũtiatio, puta, quod possit quis alium coram quibuscunq; iudicib. conuenire Minyng. cent. prima obseruat. 88. specialisq; dicitur renuntiatio, si quis promiserit respondere etiam tali iudici. Dec. c. primo. lect. 2. num. 6. de iudicijs, & ideo scholaris renuntiando priuilegio, quod habet, vel promittens, non obstantib. quibuscunq; exceptionibus, non dicitur renuntiare speciatim fori priuilegio. Castr. in. l. prima. num. 2. ff. siquis in ius vocat. non ierit. Siquidem renuntiatio fori non fit verbis generalibus. DD. in l. prima, & ibi Roman. num. 3. ff. siquis in ius vocat. non ierit. Hinc scholaris, qui habet priuilegium fori, si renuntiauerit omni exceptioni, dicitur generaliter renuntiasse, & sufficit si renuntiauerit omni priuilegio fori, quamuis non renuntiauerit priuilegio fori, quod habent scholares, sc. ne conueniri possint nisi coram rectore; quoniã hæc renuntiatio singularis dicitur. Alex. cons. 65. Diligenter num. 3. vers. nam fideiussor: cons. 155. Videretur. num. 9 vers. pro quo etiam lib. 6. Sic quoq; fideiubens coram vno iudice, non censetur in dubio renuntiare fori exceptioni. l. prima, & ibi notat. Curt. Iun. num. 3. ff. siquis in ius vocat. non ierit. Quamuis etenim ratione fideiussionis quis

fortiatur forum in genere in loco, non tamen specialiter sortitur forum coram illo iudice, vbi fideiubet. Ias. dicta. l. prima. num. 8. Similiter per satisdationem iudicatum solui non videtur quis renuntiare exceptioni fori gloss. in. lege. fin. ff. quando appelland. sit. Bartol. in. lege. vir bonus. num. 4. ff. iudicat. solu. Afflict. decis. 233. circa finem. Pecch. de iure sistenti. capit. 25. num 2. vt neq; per fideiussionem de iudicio sisti, vel de præsentando Ias. d. l. 1. num. 3. Pecch. d. cap. 15. Sed & siquis promiserit parere mandatis curiæ, non censetur renuntiare priuilegio fori Ias. d. l. 1. notabil. 2. Bald. l. 2. C. de bonis author. iudic. possid. Pecch. d. c. 15. His quippe casibus renuntiatio non inducitur ex verbis generalibus.

18 Itaq; vt renuntiatio exceptionis fori valeat: primò inspicienda est renuntiantis voluntas clara, quæ sanè demonstretur per verba expressa & specialia: siquidem, vt iam dictum est, ex verbis generalibus non inducitur fori renuntiatio. Præterea inspici debet potestas renuntiãtis: An slz. exceptio fori fuerit in eius potestate, & inducta fuerit principaliter fauore priuato ipsius renuntiantis, & renuntiatio non tangat inspetabiliter ius alterius Gail. obseruat. 40. lib. primo.

19 Altera est conclusio negatiua, non valere slz. renuntiationem proprij fori, cũ prorogatione iudicis incompetentis, vt in. l. si conuenerit. ff. de iurisd. omn. iudic. Rip. c. 1. num. 48. vers. prima conclusio. de iudicijs. Vnde subditi non possunt inuito domino proprio foro renuntiare, atq; alienam prorogare iurisdictionem. Sola in constit. Sabaudiæ tit. de foro comp. gloss. 1. nu 9. cum seq. Olasc. pedemont. decis. 78. num. 13. vbi inquit non valere renuntiationem, & submissionem, si domini intersit illum ab alio iudice non iudicari. Muscatell. in prax. part. 2. glos. competentes. num. 45. vers. septimo, & vltimò: Et quamuis videatur, vt possit fieri prorogatio, vt in. l. prima. & l. 2. ff. de iudicijs, tamen cum quis certus est de iurisdictionis defectu, non possunt partes prorogare, nec conferre iurisdictionem sine superiorum licentia Bald. in. l. fin. num. 6. ff. de iurisd. omn. iudic. facit quod notat Bart. in l. prima. §. post operis. ff. de noui oper. nuntiat. Sed cum dubium est, tunc quia citatus la item ratione dubij comparere tenetur, vt per Bald. in. lege. siquis ex aliena. ff. de iudicijs, comparendo, & non opponendo videtur tacitè consẽtire, vt notatur in. l. sed si susceperit. ff. de iudicijs cap. inter monasterium de re iudic. Si verò principio ignorat sibi competere declinatoriam; tunc secundum gloss in. lege. fin. C. de except. sibi non præiudicat per text. in l. fin. C. si à non competen. iudi. Bald. dicta. l. fin. C. de exceptionib. Spec. tit. de competen. iudic. aditione. §. primo. vers. quid si dno. Afflict. in constit. exceptio. num. 4. tametsi Bald. in dicta. l. 2. ff. siquis in ius vocatus non ierit voluerit ab ignorante hanc exceptionem opponi posse vsq; ad litem contestatam. Nam foro alieno quis simplici pacto se subijcere non potest. Gabriel. cons. 20. num. 5. lib. primo. & iudex incompetens non potest fieri competens per pactum. Iacobin. à S. Georgio dicta. l. siquis in conscribẽdo n. 12. C. de pactis. Neq; partes possunt facere, quod iurisdictio aduoluatur ad non habentem Cauagnol. decret. 13. §. 2. q. 3. num. 5 Planè, pactum de litigando coram iudice iurisdictionem non habente non valet, siquidem id pactum non est circa dependentia à partium potestate, notat Butrius in c. significantib. num. 16. de offi. delagat. Ratio differentiæ inter hanc conclusionem, & superiorem illa est: quoniam pactum de non declinando fit ab eo, qui potest suo iuri renuntiare, vt pote qui potestatem habet declinandi, vel etiam non declinandi, cum aliud dicendum sit in prorogatione iudicis incompetentis, quæ quidem non pendet à potestate ipsius paciscentis Butrius. d. c. significantib. num. 30.

Quæ conclusio non procedit vbi renuntiatum fuit dispositioni legis. si conuenerit, vel promissioni accessit iuramentum, vt dicam inferius Renuntiat. prox.

Præterea supra dictam cõclusionem intellige, vt non procedat in pœnali conuentione, quia licet possit quẽ initio litis pœnitere, tamen pœna debebitur. Tennin. caut. 93. num. 10.

20 Intellige etiam dictam conclusionem procedere, nisi debitor promittat se soluturum vbicumq; repertus fuerit: quoniam eo casu, ibi contraxisse videbitur, atq; censetur renuntiasse, vt non possit declinare forum l. hæres. §. fin. ff. de iudicijs. l. contraxisse. ff. de action. & obligat. Hac quippe ratione poterit quis alterius iudicis non sui prorogare iurisdictionem: siquidem ex huiusmodi promissione censetur celebratus contractus in loco, vbi est destinata solutio dicta. lege. contraxisse. l. Stichum, & Mæuium. §. primo. vbi Bart. ff. de administr. tutor. l. prima ff. de eo, quod cert. loco. l. prima. ff. de bonis author. iudicis possid. Specul. tit. de compet. iud. aditio. §. primo. vers. quid si sit pact. Barba. cons. 57. col. 1. lib 3. Angel. in l. non vtiq; §. siquis ita stipuletur. in l. quod si Ephesi. num. primo. ff. de eo quod cert. loco. Cæpol. caut. 70. sæpissimè Ancharan. cons. 192. num 3.

Est tamen differentia, vbi debitor promittit per hæc verba, slz., & promisit soluere Venetijs, Mediolani, Romæ, & vbiq; locorum repertus fuerit: siquidem hoc modo censetur quis ratione destinatæ solutionis in illo loco contraxisse, vel vbi debitor ita promittit: Et voluit posse conueniri, & Venetijs, & Mediolani, & vbicumq; fuerit repertus: Quoniam hoc modo huiusmodi promissio non operatur, neq; ob id videtur quis ibi contraxisse, atq; ideo erit pœnitentiæ locus, quam differentiam notat Bart. in dicta. lege. si conuenerit. num. 4. & ibi Ias. & in l. penul. nu 2. vbi Alex. num. 6. Ias. num. 12. Dec. num. 21. & Ias. in lege. 2. §. siquis. ff. de eo quod cert loco. & comm. inquit Gales. ad formam cameralis obligationis, & refert Tennin. cautel. 93. num. 11. Quib. adde quod habens priuilegium ne certo

loco

loco conueniatur si promiserit soluere in illo loco, videtur tacitè renunciasse illi priuilegio. Riminald. Sen. consf. 463. num. 15.

21 Idem dicendum erit in eo, qui contrahit in alio loco; quia videtur renunciare proprio foro, & subijcere se iudici, alias non suo, si ibi inueniatur. Nam forum in loco contractus quis sortitur ratione contractus, quia contrahendo renunciare videtur priuilegio fori. Angel. in l. heres absens. §. si quis tutelam. num. 1. ff. de iudicijs. c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. lib. 6. DD. in dicta l. hæres absens. in prin. Lapus allegatione. 10. Berous. cons. 165. num. 4. lib. 3. Soc. Iun. cons. 82. num. 24. lib. 2. Roin. cons. 15. num. 6. lib. 4. Surd. cons. 106. num. 16. Nam si speciale est, vt contrahens in vno loco, & promittens soluere in alio, forum sortiatur in eo loco, vbi se soluturum promisit, vt modo dictum est, ergo regulare erit, vt in loco contractus quis forum sortiatur.

Vnde licet alias in contractibus remissioni locus non sit, cum non inuenitur reus in loco contractus, vt per DD. in cap. fin. vbi Felin. num. 22. vers. est autem regulare de foro compet. per tex. in. l. prima ff. de eo quod certo loco, & in capitulo Romana. §. contrahentes
22 de foro compet. lib. 6. Tamen fori renunciatio, illud sané operatur, vt in contractib. locus sit remissioni, atq; vt quis conueniatur, vbi contraxit, etiam ibi non repertus. gloss. est admiranda, vt vtar verbis Iasonis. in dicta. l. si quis in conscribendo. col. prima. in. l. prima. ff. si quis in ius vocat. non ierit. vbi Bartol. Bald. Ias. alij. & hanc glossam singularem, & communiter approbari inquit Ripa. capit. primo de iudicijs. num. 65. & ibi Dec. num. 165. Burg. num. 59. Bald. in. l. cum Arthemidorum. num. 5. C. vt in possess. legatorum. Alex. d. l. prima. col. fin. Bart. in. §. si vero quis. num. 5. in auth. vt nulli iudicum Barbat. cons. 52. lib. 2. & hanc gloss. communiter sequuntur DD. Alex. cons. 89. col. 2. vers. pro hoc etiam cessat. lib. 7. & ita concludunt comm. DD. Sapia in. l. hæres absens. §. si quis tutelam. num. 4. ff. de iudicijs. Alba cons. 785. num. 7. Guter. de actib. iudicij iuratis. capit. 16 num. 4. Mynsing. cent. 2. obserua. 5. Gail. de pace publica. lib. primo. capitulo. 16. in fin. & communem inquit Couar. practicarum quæstionum. cap. 10. num. 5. Sola in Constit. Sabaudię tit. de foro compet. gloss. 2. num. 4.

Sic quoq; alib. soluere promittens, qui priuilegio fori renunciauit, in loco destinatæ solutionis, omnino conueniri poterit, etiam quod ibi non reperiatur. Dec. cap. primo. lect. 1. num. 165. vers. quinto, & vltimo casu. de iudicijs. per glo. notabilem in. l. prima. ff. si quis in ius vocat. non ierit, quam sequitur Abb. in. dicto. cap. primo. dicens illam esse in cognitam canonistis. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumptione 6. num. 8. Et debitor promittens soluere certo loco cum renunciatione fori, cessare facit dispositionem dictæ. l. si conuenerit. Massa. ad form. cameralis oblig. part. 2. quæst. 1. vers. iuxta secundam. num. 7. & quæst. 3. versiculo tertió quæritur.

Operatur ergo fori renunciatio, vt quis conueniatur, vbi contraxit, etiam ibi non inuentus, vt supra dictum est. Vnde cauti sint notarij, vt in contractibus, qui fiunt ab ijs, qui non subiacent foro loci contractus, vt apponant fori renunciationem, quoniam operabitur, vt contrahens conueniri possit in loco contractus, etiam si ibi non reperiatur.

Operatur præterea fori renunciatio, vt fideiussor tutus exceptione fori, ita demum idoneus dicatur, si illi renunciauerit, alias non admittendus, nisi in subsidium, Bart. & alij in. l. si fideiussor. in princ. ff. qui satisd. cog. Ias. in. l. 1. num. 5. ff. si quis in ius vocat. non ierit, & ibi alij Buttrig. de renunt. iuris. de renunciat. ad l. primam. ff. si quis. in ius vocat. non ierit Rebuff. in Const. Gall. tract. de sentent. execut. articulo. 1. gloss. 16. num. 44. Nam fideiussores in eorum foro conueniendi, si renunciauerint, conueniri poterunt in foro contractus. Mynsing. centur. 2. obseruat. 5. Pract. Carbon. lib. 3. capitulo. 7. num. 5. capitulo. 4. lib. 1. num. 34. Cæterum fideiubens coram vno iudice, non censetur renunciare priuilegio fori. Curt. Iun. in. lege. 1. num. 3. ff. si quis in ius vocat. non ierit. Vnde pars acceptans fideiussorem habentem priuilegium fori absq; renunciatione, fideiussionem validare censetur. Curt. Iun. in lege. prima. num. 11. ff. si quis in ius vocat. non ierit. Et fideiussor priuilegiatus, qui paratus est specialiter renunciare fori priuilegio, non potest recusari. Iacobin. à S. Georgio in leg. si fideiussor. num. 2. ff. qui satisd. cogant.

23 Vnde ex Constitutionibus Dominij *Mediolani*. tit. de iudicijs. cap. si per apparentem §. huius tamen constitutionis, rectè cauetur, vt forensis, qui vti voluerit beneficio illius constitutionis inter cætera renunciare debeat priuilegio fori.

Operatur etiam fori renunciatio, vt causa, quæ in prima instantia non pertinet ad supremos iudices, apud illos recipiatur. Mynsing. centur. 1. obseruat. 88. Nam quamuis causæ in prima instantia ad Cameram Imperialem minimè pertineant, tamen ex partium conuentione, priuilegio primæ instantiæ renunciari potest. Gail. obseruat. prima. num. 29. lib. 1. Hinc cum plures sunt iudices sibi inuicem subordinati, ita vt cognitio vnius antecedere debeat, possunt partes renunciare foro, & anteuertere, vt omisso eo, qui prius cognoscere debet, adeatur superior iudex.

24 Quib. posttremò accedit, quod renuncians priuilegio fori, non censetur renunciare futuro. Alber. in l. 1. num. 9. ff. si quis in ius vocat. non ierit.

CXLI. RENVNTIATIO,

L. Si conuenerit.ff. de iurisd. omn. iud.

S V M M AE.

1 *L. si conuenerit ff. de iurisdict. omn. iudic. dispositio.*
2 *Dispositioni d. l. si conuenerit, renuntiari an possit.*
3 *Dispositio. d. l. si cõuenerit cõcernit vtilitatẽ priuatã.*
4 *Iuramentum an tollat dispositionem. d. l. si cõuenerit.*
5 *L. si cõuenerit, est lex Aphricani, & proinde obscura.*

Rorimus est ijs quæ supra diximus de renuntiatione priuilegij fori explicandi locus, an dispositioni. l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omn. indic. renuntiari possit, vt non sit locus penitentiæ, cum in dicta. l.
1 si conuenerit, disponatur, quod pacto de litigando corã iudice nõ suo quis stare nõ cogitur, & antequã lis cõtestetur licitũ est pœnitere. Circa hãc quæstionẽ. Bald. in. c. P. & G. nu. 9. vers. sed nunquid illi legi. voluit renuntiari nõ posse. Quoniã
2 d. l. si cõuenerit, cõtinet ius publicũ. Verũ cõtrariam sententiam vt sīz. renuntiari possit, communiter tenent DD. Alber. in. dicta. l. si conuenerit in fin. & ibi Zas. limit. 6. Ial. in. l. si quis in cõscribendo. num. 11. vers. hinc pulchrum est videre, vbi Dec. num. 19. C. de pactis idem Dec. in. c. 1. lect. 1. nu. 142 de iudic. Guter. de contracti. iurat. cap. 28. num. 6. limit. 2. Mass. ad form. camer. obligat. part. 2. quæst. 1. vers. iuxt. secundam. num. 27. Nec huic sententiæ aduersari videtur, quod scribit. Bald in dicto. c.
3 P. & G. quoniam dispositio. d. l. si conuenerit concernit vtilitatem priuatorum, non etiam publicam. Ancharan. consl. 192. in auxilium. num. 5. sequitur Dec. in d. l. siquis in conscribendo, & ibi Ial. Nam si dispositio spectaret publicam vtilitatem, iuramentum non firmaret pactum contra dictam dispositionem, per ea quæ tradit Batt. in. l. siquis pro eo. ff. de fideiussoribus. cũ tamẽ iuramentum firmet, vt mox dicam. Neq; refert quod conuentio partium possit efficere, quod quis efficaciter obligetur, cum id solum pendeat à potestate legis, quia valet renuntiatio, & operatur, vt quis non vtatur pœnitentia, quę potuisset habere locum in casu. dicta. l. si conuenerit, quod quidem respicit priuatum commodum. Dec. dicto cap. primo. num. 142. vers. ex quib. habetur, & in. dictæ. l. siquis in conscribendo.
5 Præterea non tantũ ex renuntiatione expressa cessat dispositio dictæ. l. si conuenerit, sed etiam ex conuentione, cui accessit iuramentum. DD. in. c. r. de iudicijs. Guter. de contractib. iuratis. cap. 28. num. 9. vers. potissima autem. Mass. ad formam. cameral. obligat. part. 2. quæst. prima. vers. iuxta secundam. num. 7. Seraphin. priuileg. iurament. 74. num. 166. vbi plures refert. Hinc si promisi cum iuramento litigare coram iudice, qui non est meus, & incompetens, prorogando illius iurisdictionem, non poterit me pœnitere, quandoquidem iuramentum tollit pœnitentiam. Seraph. priuileg. iurament. 134. Sed prædictis obstare videtur, quod scribit. Bolog. cons. 46. col. 1. vbi voluit, iuramentum accedens promissioni, vt quis conueniri possit coram iudice non suo, operari, vt teneatur solum ad interesse, si non respondeat coram iudice non suo, propter obligationem facti. Sed hoc loco non quęritur, an iuramentum obliget præcisè ad respondendum; an verò iurans solum teneatur ad interesse: Nam quærimus, an iuramentum tollat dispositionem. dictæ. l. si conuenerit; an id minus. Quare magis vrget, quod voluit Humbert. de Bonencho, in repet. authen. sacramenta puberum. num. 118. vers. & ex hoc infertur. C. si aduersus vendit. & refert. Guid. Pap. quæstione. 77. in prin. dum voluit iuramentum non tollere dispositionem. dictæ. leg. si conuenerit; quoniam redundat in alterius detrimentum. capitulo, quamuis pactum. de pactis. in. 6. Nam tollitur ius superioris. Bald. in. l. fin. num. 2. versic. 7. ff. qui satisdar. cog. Ego vt verum fatear in hac difficultate subsisto; quoniam nulla efficax ratio adfertur à Doctoribus, cur consensus solus non inducat prorogationem iudicis non sui, an ex eo quia agatur de iure publico, vt Angel. & alij existimauerunt; vel quoniam agitur de iure superioris. Cum igitur dicta dispositio nulla efficaci ratione introducta sit, vt testatur Alciat. paradox. lib. 2. capitulo. 17.
5 nihil pro certo statui potest. Nam vt concludam. dicta. l. si conuenerit est lex Aphricani ideo difficilima.

CXLII. RENVNTIATIO,

Consilij Sapientis, & Compromissi.

S V M M AE.

1 *Consilij sapientis beneficium cur inductum.*
2 *Consilij sapientis beneficium respicit fauorem litigantium.*
3 *Beneficio consilij sapientis renuntiari an possit.*
4 *Clausula generales an tollant hoc beneficium.*
5 *Tacitè renuntiari an possit consilio sapientis.*
6 *Renuntiatione facta consilio sapientis post consilij petionem an possit aduersarius vti petitione inuito renuntiante.*
7 *Expressa renuntiatio requiritur consilij sapientis ex dispositione statutorum Mediolani.*
8 *Consilium sapientis, & compromissum necessarium æquiparantur.*

Rauissimum profectò est litiganti habere iudicem suspectum. capitulo. quod suspecti

suspecti. 3. q. 5. & præsertim eum, qui recusari non potest, nisi probatis legitimè allegatis suspicionibus. l. apertissimi. vbi doct. C. de indic.

2 Hinc ex constitutionibus, & statutis diuersorum locorum conceditur beneficium consilij sapientis, vt ea ratione, petens facilè euitet sententiam suspecti iudicis, absq; alio onere probandi suspiciones, atq; ne experiatur acerbum iudicem, quem prouocauit per allegationem suspicionum. l. fin. §. sin vero quidam. C. de testamen. manumis. c. suspicionis. ibi, qui forsan prouocatus obesset de offic. deleg. siquidem horum statutorum ratio illa esse videtur, nimirum, vt suspectus iudex euitetur, vt per Asin. in iudic. praxi. §. 25. cap. 2. in fi. Namq; vbi ex dispositione statuti causa committitur consilio sapientis, commissio fit semper confidentibus suspectis amotis glo. in. §. ei quod sæpe. in vers. artificis. authen. destrien. & semisse. Bald. in. l. 1. C. de relatio. & cons. 170. ad euidentiam. num. 2. lib. 3. Quare statutum de consilio sapientis concedendo contulit partibus litigantibus, vt statuti beneficio euitent suspectum iudicem, causa commissa in eum confidentem, in quem ambe partes conuenerunt. Quod sanè statutū ita demum procedit si petatur. Alex. cons. 122. num. 14. vers. circa secundum lib. 2. Asin. d. §. 25. cap. 7. & ex Consti. Dom. Mediol. tit. de iudic. §. possunt tamen, non conceditur consilium sa-

3 pientis, nisi illud petatur tempore debito. Hinc facilè apparet talia statuta inducta fuisse fauore litigantium, per ea, quæ tradit glo. in. l. vniuersa in ver. præbeatur, C. de precib. imper. offer. & ibi latè Ias. Felin. in c. si autem de rescript. quæ glo. est communiter approbata, vt per Curt. Inn. cōs. 232. nu. 5. lib. 3. Cùm igitur dictum statutū respiciat fauorem, & commodum litigantium, dicen-

4 dum est illi renunciari posse, ex vulgatissima regula, qua proditum est, vt vnicuiq; fas sit, suo fauori renunciare. l. pen. C. de pact. cum fini. Et quod renuntiari possit dispositioni dicti statuti tradit Borgni. decis. 28. num. 80. parte. 1. Et id maximè procedit, quoties per renuntiationē statuti reditus fit ad ius commune, per ea quę dicta sunt Renunt. 3. Neq; dicatur dicto statuto renuntiari minimè posse, vti inducto ob publicam vtilitatem, vt voluit Scala de consil. sapien. cap. 5. in fi. lib. 1. & cap. 25. vers. tamē quia. quoniam id intelligi oportet de publica vtilitate, quæ cōsideratur minus principaliter, cui renuntiari potest. Nam ad impediendam renuntiationem attendi non debet publica vtilitas, quæ est minus principalis. Barbatia cons. 12. col. 4. ver. & si quispiam. lib. 1. Et quoniam in causis, vbi agitur de exequutione instrumenti coram iudice ordinario, sæpè, causa euitandi, vel saltem differendi exequutionem, petitur consilium sapientis, non inutile erit in instrumento obligationis adijcere renuntiationem huius beneficij, scilicet promisit dare, & soluere in pace & sine lite, & non petere consilium sapientis, &c. Sed posset dubitari an promittens soluere in pace, & sine lite, & promittens omnia & singula firma, rata, & grata habere, attendere, & obseruare &c. cum clausulis generalibus renūtiare censeatur petitioni consilij sapientis. & videtur dicendum quod sic. Nam hæc clausula habet vim renuntiationis, atq; ideo tollit lęsionis remediū ex. l. 2. C. de rescin. vend. Castren. cons. 387. per supradictum in fin. lib. 2. Item tollit præscriptionis auxilium. Ange. & Bald. in. l. quod si nolit. §. si quis ita. ff. de ædil. edic. Socin. cons. 86. col. fin. vers. secundò probatur. lib. 1. & cons. 166. col. pen. num. 10. lib. 2. Apostil. ad decis. Tholos. 221. vers. adde insuper. & petens consilium sapientis haud dubiè dicitur venire aduersus promissionem, diciturq. contrafacere, & non attendere de iure, & de facto, & ita voluit Borgni. d. decis. 28. nu. 65. cum seq. & nu. 88. vbi inquit id maximè procedere, vbi accedit generalis renuntiatio facta omni legum, & statutorū auxilio, quoniam tunc censetur, & renunciatū auxilio statuti loquentis de consilio sapientis. Verū huic sententiæ accedere non possū. Siquidē per illa verba, scilicet promisit attendere, obseruare, & nō cōtrauenire, renuntians omni legū, & iuris auxilio, omniq. exceptioni, & defensioni, quibus se tueri posset & c. cū alijs verbis amplissimis, excluduntur solū exceptiones friuolę, nō etiā iustæ, & legitimę. Specul. tit. de obligatio. & solut. col. 4 vbi Bald. in addit. Felin. in. c. causā quæ. nu. 21. de rescript. Canar. de execu. instru. q. 1. Quare vbi is qui promisit verbis generalibus, & amplis potest se tueri exceptione iusta, & legitima aduersus promissionem, poterit item petere consilium sapientis, non obstantibus verbis dictæ clausulæ generalis. Iusta quippe causa excipiendi, & opponendi aduersus promissionem est materia petitionis consilij, si fortè petens non confidit in iudice, quem suspectū habet. Qui etenim potest excipere, potest & petere consiliū sapientis, qui consulat super exceptione allegata. Nam permisso vno, censetur permissū omne id, per q̄ peruenitur ad illud. l. 2. ff. de iurisd. omn. iudic. l. ad rem mobilem. ff. de procur.

5 Tacita autē renuntiatio cōsilij sapiētis inducitur ex lapsu tēporis, quandoquidē tēpus habet vim renuntiationis. l. si ea & ibi Bald. C. qui accus. nō poss. l. 1. §. sed vidēdū, ibi, exclusus est tēpore, vel repudiatione. ff. de success. edic. & latè habetur lib. 5. cap. 16. Vnde stante statuto q̄ ante litis contestationē peti debeat consiliū sapientis, is qui litē cōtestatus est, nō petito cōsilio, illi renūtiasse videtur. Curt. Iun. in l. edita. num. 23. C. de eden. sequitur Asin. d. §. 25. cap. 14. In hoc autē Dominio ex Cōstitu. tit. de iudic. §. possunt tamē iusdicentes. cum peti debeat cōsiliū intra decem dies vtiles post litē contestatam, vel habitam pro contestata, nō petens illud intra dictū tēpus pręscriptū, excluditur perinde ac si renuntiasset.

6 Sed & hoc loco dubitari potest, an vbi quis petijt cōsiliū, posteaq; mutata volūtate ei renūtiauit, possit aduersari⁹ petitioni inhærere atq; ea vti, inuita ipsa parte, quæ renuntiauit: & videtur quod non, per tex. in l. si iudex circumuento. ff. de minori, vbi restitutio in integrum

minori concessa non prodest aduersario, si minor ei renuntiauerit, & ibi Bart. per illum tex. not. quod beneficio mihi competenti ex persona tua non vtor te inuito. Nam quod ad petitionem & fauoré ipsius petentis concessum fuit, non debet in eius odium retorqueri. l. quod fauore. C. de legib. Sed contrarium hoc casu dicendum est, per tex. in. l. si post mortem. § fin. ff. de bon. pos. contra tabu. Planè cum beneficium statuti concedentis consilium sapientis competat tàm ad requisitionem actoris, quàm rei, atq; ideo sit commune, non potest illi renuntiari ab eo, qui petijt inuita altera parte, quæ eo vult vti. l. petendæ, vbi Bald. & alij. C. de tempori. in integ. restitu. Siquidem post petitionem consilij cócessio consultoris effecta est communis. Rimin. sen. cons. 469. num. 21. ver. confirmantur prædicta. Nam & reus non potest petitæ dilationi renuntiare inuito actore, qui ea vult vti d. l. petendæ, & ibi Bald. num. 6. Felin. in c. si diligenti. num. 32. ver. secundum corollarium. de foro compet. Bald. in. d. l. si iudex circumuento. lectu. 1. num. 1. ff. de minori. vbi inquit ita communiter doct. tenere. Tiraq. de retrac. lignag. ad fin. titu. num. 27. Nec ad rem pertinet, quod dicitur in d. l. si iudex circumuento, quoniam loquitur in beneficio restitutionis, quod est de iure specialis priuilegij. Bald. d. l. petendæ. num. 6. Felin. d. c. si diligenti. num. 32. Tiraq. d. num. 24. Aliud dicendum est in eo beneficio, quod communiter competit omnibus ex dispositione statuti. Ius etenim speciale restitutionis facilius tollitur. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testa milit. cùm iuri, quod non speciali priuilegio, sed communiter competit, non possit renuntiari in præiudicium alterius. d. l. si post mortem. §. fin. Quamuis etenim beneficium consilij sapientis competat ad requisitionem ipsius partis petentis: tamen non conceditur iure speciali, sed ex dispositione statutorum communiter concedentium id auxilium, cuicumque illud requirenti, quod sanè ius statutorum omnibus est commune. l. omnes populi. ff. de iust. & iure, & ita consuluit. Rimin. sen. d. cons. 469. in fi. Postquam igitur requisitum fuit tempore debito consilium sapientis, ius quæsitum est vtriq; parti, etiam parti, quæ non perijt, atq; ideo vna pars renuntiare non potest in pręiudicium alterius. Neq; enim pars non petens habet id beneficium ex persona ipsius petentis, sed ex facto petentis, & dispositione statuti, ex quibus est ius quæsitum etiam parti non petenti; proinde eo iure vti potest, etiam inuito aduersario, vt de dilatione, & rescripto tradit Bald. in d. l. petendæ. num. 6. ver. Sed veritas est.

Tacitè quoq; renuntiare censetur pars, quę petijt consilium sapientis, faciens actum contrariú petitioni. Ange. cons. 136. num. 4. ver. secundum est obiectum. Cotta. in memorali, in ver. statuto superius relato. in fi. Siquidem per actum contrarium quis censetur renuntiare iuri suo. c. gratú, & ibi not. de offic. delega. & abundè scripsi lib. 5. cap. 6.

7 Illud tamen non prætermiserim, quod ex dispositione statu. Mediol. c. 31. requiritur expressa renuntiatio; Siquidem ita demum potest iudex per se, & absq; consilio sapientis cognoscere, decidere, & terminare, si fuerit de expressa partium voluntate.

Quibus accedit, quod stante statuto concedente facultatem renuntiandi ante sententiam ei, qui petierat consultorem, non poterit renuntiare re non integra, hoc est eo tempore, quo consiliú erat præparatum auditis allegationibus partiú, & per ipsum aliud non restabat agendum, vt consuluit. Rimin. sen. d. cons. 469.

8 Sed ea, quæ supradicta sunt de consilio sapiétis, eadem ferè obtineot in compromisso necessario, quoniam hęc à doctoribus ęquiparantur. Borgni. d. decis. 28. num. 60. & num. 89. Nam tam statutum de compromissis necessarijs, quā statutum de consilio sapientis inductum fuit pro litigantium commodo: siquidem hoc, vt dictum est, consulit litigantibus, vt euitent suspectum iudicem: illud autem ad tollendas, & abbreuiandas lites. l. quamuis. ff. de arbitr. Blanch. de compromiss. q. 1. num. 1. Proinde possunt litigantes beneficio vtriusq; renuntiare. per. l. pen. C. de pact. Et huiusmodi statutum de arbitris, cùm contineat beneficium, ita demum procedit, si petatur, glo. in. l. vniuersa. C. de preci. impe. offer. & quoniam ex Constitu. huius Domin. tit. de arbitr. compromissum peti debet tempore debito, & infra certum tempus præfixum, ideo non petens intra illud tempus renuntiare censetur, vt de consilio dictum est. Cùm autem vtriusq; statuti par sit ratio, nimirum, vt prouideatur litigantibus, idem statuendum erit de vtroq; & præsertim circa renuntiationem. l. illud. ff. ad l. Aquil.

CXLIII. RENVNTIATIO,

Recusationis iudicis.

S V M M AE.

1 *Appellationis, & recusationis auxilia, vt conueniant.*
2 *Recusationis auxilium, vt differat ab appellatione.*
3 *Periculosum est coram suspecto iudice litigare.*
4 *Recusationis auxilio renuntiari, an possit.*
5 *Recusationis auxilio validè renuntiari.*
6 *Tacitè etiam recusationi renuntiari.*
7 *Litis contestatione tacitè renuntiari recusationi.*

COntra iudicum improbitatem non tantum datum est remediú appellationis, de quo suo loco dicam, sed etiam recusationis remedium: hoc enim: illi adfine est Innoc. cap. ad hæc de appellat. not. I. ap. alleg. prima. not. in cap. cum speciali de appellat. Hæc duo auxilia quippe conueniunt in suspendenda iudicis iurisdictione, cùm & recusatio suspendat iudicium, vt appellatio gloss. cap. quoties episcopi. 2. q. 6. per illum text. cap. 2.

de

de appellat. lib. 6. in cap. cum speciali de appellat, Franc. in rubr. de appellat. in princip. Bartol. & DD. in l. quia poterat. ff. ad Trebell. Et sicut appellatione pendente nihil innouari debet, ita nec pendente recusatione Angel. l. prima. ff. nil nouar. pend. appell. Gail. obseruat. 33. num. 12. lib. primo, & est comm. opin. Lancellott. de attentat. cap. 6. tit. de attent. post recusationem, num. 8. Bursat. cons. 21. num. 21. versic. recusatio enim lib. primo. Sunt tamē multi casus, quibus hæc remedia non conueniunt, vt per Franc. c. super eo. 2. num. 17. de appell. Præcipuum tamen est hoc remedium, quoniam appellationis auxilium post sententiam latam succurrit: Hoc autē ante iudicium objicitur, cum melius sit ab initio prospicere, ne vulnus inferatur, q̄ post hoc illatum implorare remediū. l. fin. C. in quib. caus. restitutio in integr. Hoc item remediū fauorabilius est, cum etiam admittatur, vbi denegatur appellatio gloss. cap. in singulis. in verb. & appella-
3 tione de stat. monach. Porrò periculosum est coram suspecto iudice litigare, eiusq; discrimini res suas committere. l. apertissimi C. de iudic. cap. suspicionis de off. deleg. cap. quod suspecti. 3. q. 5. Ideo, vt huic periculo litigantium occurratur proditum fuit hoc auxilium, quo nemo cogitur cum ferre iudicem, qui suspectus est, & aduersus, siue ratione odij, fauoris, timoris, ac præmij, à quibus omnino aliena debent esse iudicia cap. 1. de sent. & re iudicat. lib. 6 cap. quatuor. 11. q. 3. cap. licet ex quadam. de testibus. Couarr. pract. quæst. cap. 26. in principio. Menoch. de arbitr. iudicum cas. 152. in principio.

4 Sed dubitari potest, an huic auxilio renuntiari possit: & sanè primum videri potest, vt renuntiari illi minimè possit. Recusatio siquidem videtur esse quædā defensio, & de iure naturali. d. cap. quod suspecti. cap. secundo requiris, ibi ipsa namq; ratio naturalis. de appellat. Marsil. singul. 292. Mynsing. centur. 3. obseruat. 63. Barbat. de Card. legato. q. 4. Basil. nu. 5. Gail. obser. 33. num. 8. lib. primo, quibus locis quærunt DD. an Princeps tollere possit recusationem, quæ quidē est de iure naturali: Deinde renuntians recusationi iudicis, renuntiare videtur, ne possit conqueri etiam si euidens fuerit gratia, odium, cum similibus, quæ sanè dolo malo fiunt, vt expreisè inquit textus in l. si filius fam. ff. de iudic. proindeq; videtur renuntiare dolo futuro, cuius remissio nulla est. l. si vnus. §. illud nulla. ff. de pact.

5 Verùm non est dubium renuntiari posse etiam expressè huic auxilio, Lancell. de attent. cap. 6. tit. de attent. post recusat. iudicis. num. 28. Nam quemadmodum appellationis auxilio, vt alibi dicam renuntiari potest, sic & recusationi: quoniam hæc duo remedia conueniunt, vt iam dictū est; quinimò facilius remouetur recusatio, quàm appellatio: quia recusatio affert paruum præiudicium, appellatio verò potest esse magni præiudicij. Bald. l. fin. C. de sent. & interlocut. num. 7. Nam sciendum est, quòd aut fit pactum de non recusando iudicem, qui suus non est; & tunc paciscens conuentioni stare non tenetur, atq; ita procedit dispositio. l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omnium judic. Aut verò quis habens plures iudices ex priuilegio expressè remittit; vt conueniri possit coram vno ex illis, quem non possit recusare, & valebit renuntiatio, ita Bartol. d. l. si conuenerit in principio. Quocirca scholaris, qui ex priuilegio plures habet iudices, poterit vnum ex illis eligere, & pacisci de eum non recusando. Horat. Lut. de priuileg. scholar. priuileg. 68. & 69. Bart. d. l. si conuenerit in principio: Aut deniq; fit pactum de non recusando iudicem, qui suus est, sed alias recusari potest ex causis suspicionis, & tunc renuntiari poterit recusationi per supradicta.

Nec obstare videtur, quòd recusatio sit de iure naturali: quia quoad procedendi formam est de iure ciuili. l. apertissimi. C. de iudicijs, tametsi defensionem contineat, quę est de iure naturali, atq; inducta fuit ratione naturali, ita Lancellott. de attent. p. prima in prętat. nu. 63. & nu. 67.

Minusq; obstat, quod doli futuri renuntiatio non valeat: quia illud procedit in dolo vero, secus in præsumpto Felin. cap. fraternitatis. num. 6. de testib. declarat. Menoch. de pręsumpt. lib. 5. pręsumpt. 3. num. 10. & dixi Renunt. 121. Cum igitur renuntiatur recusationi, non agitur, vt verus dolus remittatur, sed pręsumptus: quoniam ex suspicione gratiæ, aut odij oritur solum pręsumptio doli mali futuri, quæ tamen incerta est, & falsa esse potest, cum iudex dicatur vir bonus. l. vir bonus. ff. iudicatum solui.

6 Tacitè etiam renuntiatur recusationi iudicis, si post obiectionem quis litigat coram iudice recusato c. inter monasterium, & ibi DD. de re iudicat. not. in cap. gratum de off. deleg. in cap. sollicitudinem de appellat. Speculat. tit. de exception. § 4. & est communis Scacc. de iudic. causarum. c. 101. num. 19. Mataut. d. parte 6. princip. act. 2. num. 75. Natt. cons. 152. nu. 7. lib. p. Lancell. de attent. cap. 6. num. 28 Franc. cap. ex parte. nu. 12. de appellat. Crauett. cons. 678. num. 2. Citatus quoq; coram suspecto iudice comparens, & non opponens recusationem iudicis videtur illi renuntiarę c. insinuante de off. deleg. Frāc. in c. ex parte de appellac. Nam & per obiectionem prius factam alterius exceptionis, censetur renuntiatum recusationi iudicis. Vnde qui prius opposuit aliam exceptionem, non potest postea iudicis recusationem objicere, cui tacitè renuntiatum videtur Scacc. de iudic. causarum. cap. 101. num. 8. vers. contrariam.

7 Litis quoq; contestatione tacitè recusationi renuntiatum intelligitur: Hæc siquidem exceptio initio litis objici debet. l. apertiss. C. de iudic. quoniam tunc par est personas, quibus iudiciū constat, certas constitui. Cuiac. obseruat. lib. 9. cap. 23. planè litis contestatione in iudicem consensum videtur. l. nemo C. de iurisd. omnium iudicum. l. fin. C. de except. l. sed & si susceperit. ff. de iudicijs: quod tamen accipiendum erit nisi fortè post litem contestatam noua recusandi causa superuenerit l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbitr. Angel. in. l. final. C. de iurisd. omnium

omnium judicum. Felin. cap. insinuante col. penult. de off. deleg. Couarr. pract. quæstion. cap. 16. num. 2. iurans quippe non recusare iudicem, non prohibetur illum postea recusare ex causa legitima superueniente. Abb. cap. prout. num. 13. de dol. & contum.

CXLIV. RENVNTIATIO,

Præuentionis remedij.

S V M M AE.

1 *Agere inuitus nemo cogitur.*
2 *Præuentionis remedium.*
3 *Præuentionis auxilium, quid operetur.*
4 *Præuentionis remedio renuntiari posse.*
5 *Præuentionis remedium, cur inductum.*

ET si nemo inuitus agere cogatur. l. vnica C. vt nemo inuitus agere cogatur. tamen
1 ex causa interdum cogitur quis agere, vt puta ex. l. diffamari. C. de ingen. & manumiss. & ibi DD. cum similibus. Boer. decis. 255. num. 4. cum sequenti. Mynsing. centur. 3. obseruat. 78. Gabriel. tit. de actionib. conclus. 6. Couarr. variarum resol. lib. 1. c.
2 18. Maximum sanè auxiliū præstat præuentio, vt patet in remedio dictę. l. diffamari, &. l. si contendat. ff. de fideiussorib. de quibus habetur per DD. in dicta. l. diffamari, & ibi Cagnol. num. 5. trad. Couarr. dicto. cap. 18. & Franc. decis. 385. & de libellis præuentorijs habetur in Constitutionibus Dominij Mediol. tit. de iudicijs. §. non admittere debent iudices; Et in statuto Mediol.
3 cap. 46. Facit ergo præuentionis remedium, vt quamuis quis minimè cogi possit ad agendum, vt dicto. tit. C. vt nemo inuit. agere, tamen ex remedio dictæ. l. diffamari cogatur. Boer. dicta decis. 255. Mynsing. dicta. obseru. 78. & latè DD. in dicta. l. diffamari. Nam maximè pertinet interdum ad quietem, & tranquillitatem possessoris, vt quam citissimè lis, quam à diffamante moueri dubitat, peragatur, cum interdum quoq; noceat differre paratis, vt cecinit ille Poeta. Facit præterea præuentio, vt differatur, vel omittatur exequutio, vt habetur in Constitut. Mediol. dicto. §. non admittere. & dicto stat. Mediol. cap. 46. tradit Angel. in. l. 4. §. ait prætor ad finem. ff. de re iudicat. & per præuentionē allegationis nullitatis retardatur executio. Lancellott. de attent. c. 17. de attentatis nullitate pendente. num. 84. Potest etenim debitor præuenire, allegando nullitatem obligationis. Afflict. decis. 387. Sed & de præuentione, qua petit debitor cassari instrumentum, tradit idem Afflict. decis. 137. & decis. 294. quidam creditor. Frecc. de præsentat. instrum. p. 9. q. prima. Præuenitur etiam per citationem per edictum Téuin. cautel. 5. & de beneficio cridarum disponitur per Constit. Dominij Mediol. tit. de bon. ad crid. ponend. Siquis igitur noluerit inuitus compelli ad agendum, vel ante tempus determinatum, vel si quis noluerit differri, aut omitti exequutionem, curare debet, vt altera pars renunciet
4 huic remedio. Quod autem renuntiari possit præuentionis auxilio latè firmat Frecc. de præsentat. instrum. dicta. p. 9. q. 1. per totam, vbi nu. 35. inquit hanc opinionem esse veriorem. Nam aut loquimur de renuntiatione futuræ præuentionis, qua debitor promittit non præuenire, &
5 certum est renuntiari posse; Siquidem hoc remedium inductum est fauore diffamati, vel eius, cui exceptio competit, qui cum timeat ab actore non opportunè molestari eo tempore, quo legitima defensione varijs casib. frustratus fuerit, præueniēdo potest principaliter adire iudicem, eiusq; offic. implorare, vt declaret exceptionem sibi competere, & in exceptione sua eum defendat, gloss. & Bartol. dicta. l. si contendat. Cagnol. dicta. l. diffamari. num. 5. & Couarr. dicto. cap. 18. in principio. Aut verò loquimur de remedio præuentionis iam intentato, & non est dubium illud renuntiatione tolli, per text. in. l. postquam liti. C. de pactis. Frecc. d. q. 1.

CXLV. RENVNTIATIO,

L. vbi cæptum. ff. de iudicijs exceptionis litis pendentiæ.

S V M M AE.

1 *L. vbi cæptum. ff. de iudicijs dispositio.*
2 *Ratio dispositionis dictæ l. vbi cæptum.*
3 *Dispositio dictę l. vbi cæptum vt procedat.*
4 *Pœna conuenientis reum in eadem causa coram alio iudice.*
5 *Dispositioni dictæ l. vbi cæptum renuntiari posse.*
6 *Renuntiatio dictæ dispositionis quid operetur.*
7 *Tacitè etiam renuntiari dispositioni dictæ l. vbi cæptum.*

EX vna, & eadem causa non debent plures iudices adiri, sed ea integrè cum suis connexis, ac dependentibus vnus tantum iudex cognoscere debet, vt habetur tot. tit. ff. de quib. reb. apud eund. iudic. eatur. l. vbi cęptum. ff. de iudicijs. l. nulli prorsus C. eodem. Vnde si pro vna causa primùm adeatur vnus iudex, alter postea ex eadem adiri nō poterit: tunc siquidem reus apponere poterit de litis pendē-
1 tia coram primo, per dictam l. vbi cæptum. Imò ex disposit. statuti Mediol. c. 8. punitur faciens aliquem citari pro eadem re coram diuersis iudicibus. Præterea integrè cognosci debet de tota causa cum eius connexis, ne causæ continētia diuidatur, aliàs opponi potest, ne ipsa causa diuisionē recipiat, l. nulli prorsus C. de iudicijs.

Videamus

Videamus igitur de his duab. exceptionib. & primum de litis pendentia, deinde de oppositione, ne causæ continentia diuidatur. Itaq; iudicium coram illo iudice finem accipere deber, coram quo cœptum est tex. est in l. vbi cę-
2 ptum. ff. de iudicijs. Ratio autem est, quia id laboriosum esset reo, tùm quia ferri possent contrariæ sententiæ, vt per Castr. l. nulli, circa mediũ. C. de iudicijs. Quare si reus conueniatur corã alio iudice ab eo, coram quo cæptum fuit iudicium, excipere poterit de litis pendentia, quæ sanè exceptio impedit litis ingressum Felin. cap. exceptionem col. 2. de except. & in cap. ex tenore de rescript.

3 Huius legis dispositio procedit cũ mutatur iudicium, vt si primum agatur ex eadẽ causa corã vno iudice, deinde alius iudex adeatur Ias. d. l. nulli. in principio, & ibi Castren. col. 2. Afflict. decis. 354. num. 3. & generaliter hæc exceptio locum habet cum sententia lata in primo iudicio parit exceptionem rei iudicatæ in secundo Bald. cap. primo in fine. de controuers. feud. quem sequitur Ias. dicta l. nulli columu. prima. vers. adde aliam.

4 Quinimo trahens reum in iudiciũ coram vno iudice, si postea eumdem coram alio conuenerit, causam amittit. l. pri. §. fin. in fine, ibi iure suo priuabuntur, & ibi not. Salic. C. de assert. tollen. Alber. l. nulli. C. de iudicijs. Sed communis est sententia, quòd huiusmodi pœna sit arbitraria Gail. obseruat. 32. num. 7. lib primo. Ias. dicta l. nulli, in principio, Menoch. de arbitr. iudic. cas. 202.

5 Dispositioni dictæ legis, vbi cęptum, renuntiari potest, vt per Bartol. ibi num. 1. vbi inquit hanc dispositionem fallere de voluntate partiũ, & in l. fin. nu. 3. ff. de iust. & iur. Burrigar. de renuntiat. iuris. tit. de beneficio. l. vbi cœptum. Coler. de process. excecut. p. 1. cap. 10. num. 191. Namq; hęc dispositio respicit fauoré privatum ipsarũ partiũ, & non iudicis Felin in d. c. ex tenore. n. 18. vers. fallit. 4. Vnde in obligationibus in forma Cameræ non obstat hæc exceptio litis pẽdentię, cuius ratio est, quia obligatus expressè renuntiat huius legis dispositioni. Scacc. de iudicijs causarum. capit 22. n. 30. vers. quarta difficultas. Mass. ad form. camer. obligat. parte. 3. quæst. 2. & in nouella, obligationis formula in illis verbis, iure dicente, quòd vbi iudiciũ cœptum est, ibi finem accipere debet, nõ obstante.

6 Multum operatur huiusmodi renuntiatio, & ad creditorem maximè pertinet, si debitor diuersis in locis possideat immobilia. & creditor vno in loco egerit, & viderit, quod illi satisfieri non potest ex bonis illius loci; nam tunc quia creditor renuntiat litis pendentiæ, poterit in alio loco, & coram alio iudice agere, non obstante hac dispositione. Benè ergo erit, vt in obligationibus contra debitores dicatur, quod creditor etiam cœpto iudicio coram vno iudice aduersus creditoré possit adire aliũ iudicẽ ex eadẽ causa; neq; possit debitor opponere de litis pendentia ex dispositione dictæ. l. vbi cœptum.

7 Tacitè autẽ supradictæ exceptioni renuntiare videtur reus non excipiendo, quoniam tunc valet processus ab vtroq; iudice factus Abb. cap. cum M. Ferrariensis de Constitut. Bal. auth. sed nouo iure col. 3. C. de seruis fugitiuis. Felin. in cap. ex tenore. num. 20. limitat. 9. de rescript. Afflict. decis. 354. num. 3. Sed & lite pendente consentiens in alium iudicem, tacitè renuntiare videtur huic exceptioni. Lancellott. de attent. limit. 15. in fine.

CXLVI. RENVNTIATIO,

Exceptionis ne causæ continentia diuidatur, ex l. nulli. C. de iudicijs.

S V M M AE.

1 *Exceptio ne continentia causę diuidatur.*
2 *Continentia causa coram diuersis iudicibus diuidi non debet.*
3 *Continentia causa triplex est.*
4 *Exceptioni, ne causa continentia diuidatur, renuntiari potest.*
5 *Tacitè remitti exceptionem ne continentia causa diuidatur.*

VISVM est supra cum mutatur iudicium per aditionem alterius iudicis, & de exceptione litis pẽdentiæ: Nunc videamus cum diuiditur iudicium, & de exceptione ne causæ continentia diuidatur. Nam differentia est inter mutatum iudicium, vt supra iam dixi, & inter diuisum iudicium, de quo nunc dicendum est. Primò casu exceptio litis pendentiæ tùm datur, cùm sententia lata in primo iudicio parere potest exceptionem rei iu-
1 dicatę in secundo. Altera autem exceptio ne continentia causę diuidatur, non datur eo casu, quoniam licet super possessione sic pronuntiatum, ea tamen exceptio rei iudicatę nihil operabitur, in causa proprietatis, cùm proprietas nihil commune habeat cum possessione. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess.

2 Continentia igitur causę coram diuersis iudicibus diuidi minimè debet. l. nulli. C. de iudic. & ibi DD cap. primo. & 2. de caus. possess. & propriet. Afflict. decis. 364. Menoch. de arbitr. iud. cas. 371. Gail. lib. primo. obseruat. 32. Cuius rei duplex assignatur ratio. Prima est ratione continentiæ causæ, vt scilicet ea integrè cum suis cõnexis ab vno iudice tantum cognoscatur. Altera est absurdi euitandi causa, ne super eadẽ causa, & negotio diuersæ sequantur sententiæ, ita gloss. in. l. prima. ff. de quib. reb. ad eumd. iudic. eatur. & hanc rationem sequuntur DD.

vt per

vt per Boss. in prax. tit. de for. compet. num. 115. Qui etenim pro eadē re corā diuersis iudicibus cōueniatur, fatigatur magno dispēdio sumptuum, & laborum, ideo hoc casu actor repellitur à secundo iudicio c. dispēdia de rescript. lib. 6. Praeterea in continentibus causis cognitio primi iudicis affert aptiorem intelligentiam ad alterius causae notionem, vel iudici secundo
3 loco intentati Ias. dicta. l. nulli num. 3. Continentia causae dicitur pluribus modis, vt per Afflict. dicta. decis. 354. & per Menoch. dicto. casu. 371. tamen in effectu tantum triplex est: & primò personarum ratione, veluti cum sunt plures socij, vel plures delinquentes l. prima, & l. 2. ff. de quib. reb. ad eumd. iudicem eatur. Secundo ratione subiecti, vt in petitorio, & possessorio, quae non debēt sub diuersis iudicibus tractari. c. 1. de caus. poss. & propriet. Tertiò ratione actionis principalis, plura complectentis capita, vt in pura in tutela, negor. gest. cū similib., de quib. per gloss. in d. l. nulli. ita Gail. d. obseruat. 32. Decian. consl. 97. num. 10. lib. 2.
4 Huic exceptioni consueuit renuntiari, vt per Butrigar. de renuntiatio. iur. tit. de beneficio, quod in oblig. seruatur, & ideo in nouella obligationis formula, de qua per Mass. ad form. camer. obligat. ita dicitur: iure dicente, quod vbi iudicium inceptum est, ibi finem accipere deberet, & quod causarum continentiae non diuidātur non obstante eiud em beneficium inductum fuit fauore debitoris, & rei. ne fatigetur pro eadem re corām diuersis iudicibus: ideo is poterit renuntiare.
5 Sed & tacitè remitti poterit haec exceptio: nimirum, nō opponendo nam si non opponatur ualebit processus ab vtroq. iudice tactus DD. d. l. nulli. Felin cap. ex tenore num. 18. de rescript. Mynsing. cent. pri. obser. 97. Afflic. d. decis. 354. & Menoch. d. cas. 371. num. 10.

CXLVII. RENVNTIATIO

Auth. qui semel. C. quomo. & quan. iudex.

SVMMAE.

1 *Actor perseuerare compellitur ea actione, quam intentauit.*
2 *Actor recedere potest à modo agendi.*
3 *Dispositioni authent. qui semel, renuntiari posse.*

1 ACTOR compellitur in ea actione, quam intentauit vsq; ad finem litis perseuerare, & post ius reo quaesitum, non licet, lite contestata, actori desistere auth. qui semel C. quomod. & quand. iudex. Socin. reg. 32. incipiente auth. qui semel. Instante etenim reo, cogitur actor perseuerare Ias. l. si prius num. 10. ff. de oper. nou. nunciat. Bartol. in l. aedita. num. 11. C. de edendo. & ibi alij,
2 & quamuis possit actor recedere à modo agēdi, tamē in actione iam proposita persistere cogitur Roman. consl. 133. in praesupposito casu circa fin. vers. secundò videtur obstare. Natt. in repetit. clement. saepe §. quae omnia. num. 6. vers. itē quia actus iudiciorum, de verborum significat. Mass. ad form. camer. obligat. p. 3. q. 2. num. 4.
3 Dispositioni huius authent. renuntiari potest. Et ideo in nouella obligat. formul. de qua per Mass. ad formā camer. obligat. ita habetur: iure dicente quod quis teneatur in actione, quam intentauit vsq; ad finem litis persistere, non obstante: & licet iuxta opinionem Roman. dicto. consl. 133. recedi possit à modo agendi, tamen id expeditum non est; ideoq; vt tollatur omnis difficultas tutius est, vt apponatur huiusmodi renuntiatio, vt per Mass. dicta. q. 2. num. 6.

CXLVIII. RENVNTIATIO

L. secundae C. de pignorib.

SVMMAE.

1 *L. 2. C. de pignor. dispositio.*
2 *Debitor renuntiare potest beneficio dictae l. 2.*
3 *Obligatus in forma camer. excluditur à benefic. dicta l. 2.*
4 *Clausula ita quòd specialis non deroget generali, & è contra.*

1 EX dispositione. l. 2. C. de pignor. creditor, cui sunt specialiter, obligata bona aliqua debitoris, & caetera generaliter, non potest vti generali obligatione, neq; ad bona generaliter obligata agere, nisi prius excusso speciali pignore, ex quo illi satisfieri possit, quem text. dicit non esse alibi. Bald. in cap. 2. de off. deleg., & dictam. l. vnicam in iure inquit idem Bald. in cap. primo in fin. de rescript., & singularem dicit Cremens. singul. 54. & trad. Couarr. var. resol. lib. 3. cap. 18. Ofasch. decis. 159. Ambros. Neguf. de pignor. 2. membr. quintae. part. q. vlt. Paris. consl. 50. lib. primo, & consl. 103. lib. 3. Caroc. de excuss. bonorum p. 2. q. 65. Rip. in l. priuilegia. num. 19. ff. de priuileg. creditorum. Surd. decis. 44.
2 Cum autem debitor renuntiat beneficio huius l. & est obligatus in forma camer., tunc poterit creditor arbitrio suo eligere viam, quàm velit rām ad bona specialiter obligata, quam ad bona generaliter hypothecata, ita; vt vna via electa, alteri non praeiudicetur Paris. d. consl. 103. vers. 2. lib. 3. sequitur Mass. ad form. camer. obligat. p. 3. q. 2. num. 3. Surd. decis. 44. num. 17. Trentacinq. var. resolut. lib. 3. tit. de pignor.
3 resolut. 5. num. 11. Etenim obligatus in forma camer. ideo non habet id beneficium, quia huiusmodi

huiusmodi obligatio semper continet renuntiationem, & exclusionem dispositionis dictæ legis.2.

4 Vnde illa clausula, quæ apponi solet in instrumentis (ita quòd specialis non deroget generali, & è contra) operatur renunciationem d.l. 2.atq; vt specialis hypotheca minimè impediat generalem Paris.d.cons.103.num.3. Osasch. decis. 159. in fine. Roland. cons. 36.num. 8. lib. 4. pulchrè Franc.decis. 5. Caroc. de excuss.bonorũ, d.q.65.num.20 Rhaudens.de analog.lib.p.cap. 33.num.2. Trentacinqu.d.resol.5.nu.6.quæ sanè clausula, & renunciatio plurimum operatur fauore creditoris, vbi specialis interuenit hypotheca, atqui ideò non est omittenda.

CXLIX. RENVNTIATIO

Cap. statutum. De rescrip. lib.6.

SVMMAE.

1 *Reus non potest conueniri vltra dietam à fine suæ diœcesis.*
2 *Dispositioni dict. cap. statutum, renunciari an possit.*
3 *Dispositio dict. cap statutum, respicit priuatum ipsius rei fauorem.*
4 *Reus renunciare potest etiam expressè, vt conueniri possit vltra vnam dietam à fine suæ diœcesis.*

1 REVS ex dispositione cap. statutum. de rescript. lib.6. conueniri nõ potest vltra vnam dietam à fine suæ diœcesis. Ad id quoq; pertinet constitutio in cap. nonnulli de rescript. quę prohibet impetrari litteras, ex quibus quis vltra duas dietas conueniatur, & quamuis ibi dicatur de duab. dietis, tamen id postea restrictum fuit ad vnam, vt in dicto. cap. statutum, vbi DD. & tradit Felin. in dicto capitulo nonnulli in principio, & ibi alij.

2 Sed dubitari potest an renunciari possit dispositioni dicti cap. statutum, & sanè primùm videtur, vt renunciari nõ possit, quoniã id inductũ
3 videtur non priuato fauore ipsius rei, sed cõmuni vtilitate, vt habetur in dicto cap. statutũ, in principio, in illis verbis (pro communi vtilitate). Deinde cum rescriptum sit ipso iure nullum, consensus partium nihil operatur gloss. in dicto. cap. statutum, verbo, comittantur, in principio. Præterea partiũ consensus in specie dicti c. statutum. operatur tantum duob. casib. ibi expressis, ergo in cæteris nihil operari debet, & ita voluit Felinus in cap. olim, num.3. de except. & in dict. cap. nonnulli col.2. Verùm alij tenent renunciationẽ valere, vt per Archidiac. Imol. & Franc. d. capit. statutum. §. cum verò & alij in dicto. cap. olim et refert ibi Petrus Paul. Paris. num. 18. habetur per Galliam ad stat. Alexandr. q. prima num. 26. quæ opinio sanè suadetur, ex text. in dicto cap. nonnulli. in principio, ibi (vt reus fatigatus, &
3 expẽsis) per quæ quidem verba apparet dictam dispositionem respicere priuatum fauorem ipsius rei, ne scilicet fatigetur laboribus, & expensis, & ita tenet Petr. Paul. Paris. d. cap. olim. Neq; obstat. in quod in dicto c. statutũ in principio dicatur, pro communi vtilitate, quia id intelligitur de ea communi vtilitate, quæ consideratur in legib. condendis cap. erit autem lex. distinct. 4. & ita intelligit ibi gloss. & quamuis dictũ cap. nonnulli, quod loquitur de duabus dietis, restringatur ad vnam, tamen illa ratio, ibi (vt Reus fatigatus laboribus, & expensis) firma manere debet Paris. in repetit. dicti cap. olim. num. 19. vers. & licet illud.

4 Cum itaq; dispositio dicti cap. statutum, ne scilicet reus trahatur vltra vnam dietam, inducta sit fauore ipsius rei tantum, ne laboribus, & expensis fatigetur, poterit renuntiari consentiendo expressè, vt conueniatur etiam vltra vnam dietam à fine suæ diœcesis, & quòd huic beneficio renunciari possit trad. Butrigar. de renunt. iur. vbi inquit, quòd consueuit renunciari beneficio dicti cap. statutum.

CL. RENVNTIATIO,

Vt quis nõ audiatur, nisi facta solutione, vel facto deposito.

SVMMAE.

1 *Renuntiatio, vt quis non audiatur, nisi facta solutione, vel facto deposito, valet.*
2 *Audientia, aut defensio non denegatur per huiusmodi renuntiationem, sed differtur.*
3 *Pactum de non opponendo.*
4 *Renũtiatio, vt quis non audiatur, nisi facta solutione, non tollit omnes omnino exceptiones.*
5 *Audientia ex renunsiatione prohibita, non denegatur appellatio.*

QVoniam ex causa potest statutum denegare audientiam. Bartol. in. l. cum mulier. 2. vbi alij. ff sol. matrim. in. l. facultas C. de iure fisc. lib. 10. & in. l. omnes. C. defund. patrimon. lib. 11. sanè id ipsum quoq; poterit fieri per
1 pactum, atq; valebit renuntiatio, ne quis audiatur, nisi prius facta solutione, aut aliter satisfacto ipso creditore Stracch. de assecurat. gloss. 29. nu. 2. quæ renuntiatio est maximè vtilis ad tollendas exceptiones eorum, qui ne satisfaciant, aut vt solutionem protrahant, aut differant nodum
2 in scyrpo quærunt; nec quicquam facit, quod iniquum profectò videatur denegari audientiam, proindeq; tolli defensionem: quoniam per huiusmodi renuntiationem non simpliciter tollitur

defensio,

defenſio, aut denegatur omnino audientia, ſed ſolum differtur poſt ſolutionem, quod quidem fieri poteſt. Bartol. in. l. prima. §. & parui. ff. quod ui, aut clam. nam ſupereſt remedium, quòd ſoluat, & repetat, vt per eum.

3 Vnde va.et pactum de non opponendo; quòd in Regn. Neapol. vt teſtatur Carol. de Graſſ. tract. de except. ad mater. ſtatuti excludentis omnes exceptiones in prœludio, num. 163. concipitur his verbis iud. et non poſsit vna pars contra aliam ſe apponere, prævenire, excipere, ſe defendere, aliquid dicere, vel allegare, officium iudicis implorare, nec oppoſitiones, & exceptiones etiam legitimas, promptuarias, & concretas facere, niſi prius ſoluat, & impleatur tenor, & forma huius contractus.

4 Sed illud in dubium venit, an hæc renuntiatio tollat exceptiones omnes etiam legitimas, & iuſtas; & dicendum eſt aliquas non eſſe denegandas, & hæ exceptiones ſunt illæ, quæ reſpiciunt perſonam petentis, aut intentionis fundamentũ, ſeu liquidationem, itemq; ex ipſo inſtrumento oriuntur, & colliguntur, vt pulcrè explicat Stracch. d. gloſſ. 29.

Prohibita autem audientia ex renuntiatione, cenſetur etiam prohibita appellatio, Lancellot. de attent. limit. 50. num. 16. verſ ſimiliter, & cap. 28. tit. de ſentent. in cauſ. attenta. feren. num. 79.

C L I. RENVNTIATIO

Benefic. ne quis conueniri poſsit, durante certo tempore.

S V M M AE.

1 *Exceptio hoſtica.*
2 *Beneficio, ne quis conueniatur durante certo tempore renuntiari poteſt.*
3 *Diſpoſitio. §. hac autem. auth. vt cum de appellat. cognoſc.*

Conſtitutione Regni Neapolitani lib. 2. tit. 19. de except. hoſtica proponen. diſponitur Barones per ſpatium quindecim dierum, antequam ad exercitum proficiſcantur, & dum manent in exercitu, & aliorum dierum quindecim poſt reditũ, non poſſe conueniri pro ciuili, aut criminali cau-
1 ſa, vt habetur per Afflict. ibi. Quæ exceptio appellatur exceptio hoſtica, vt per Marant. in ſpe-
2 cul. p. 6. membr. 9. num. 19. Huic autem exceptioni renuntiari poteſt, quamuis inducta videatur ad publicam vtilitatem. Franc. decil. 164. nu. 9. Carol. de Graſſ. de exception. ad mater. ſtatut. excludent. omn. except. tertia exceptione
3 num. 18. et diſponitur in. §. hęc autem auth. vt cum de appellat. cognoſcitur, & ibi not. Bartol. quód defuncti hęredes, vxor, affines, ac coniunctæ perſonæ non poſsint conueniri intra nouem dies à morte defuncti; & ſimilis conſuetudo extat in ciuitate Panormitana cap. 35. de qua per Graſſ. d. except. 3. num. 24. Qui ergo renuntiauit huiuſmodi diſpoſitioni, cõueniri poterit quocunq; tempore, etiam tempore prohibito, quo quis conueniri non poteſt eo durante.

C L I I. RENVNTIATIO

Abſolutionis à iuramento.

S V M M AE.

1 *Abſolutio à iuramento, quid operetur.*
2 *Iuramentum, vt peti non poſſit abſolutio.*
3 *Abſolutio an peti poſſit à iuramento de non petendo abſolutionem.*
4 *Abſolutio à iuramento præſtito de non petendo abſolutionem peti prius debet, poſtea ab alijs iuramentis.*
5 *Renuntiatio abſolutionis à iuramento ſpecialis eſſe debet.*

Abſolutio à iuramento peti ſolet ab his, qui iurauerunt, obſeruare promiſſa, & non contrauenire: quoniam ex cauſa regulariter quiſq; à iuramento præſtito abſolui poteſt, gloſſ. in cap. quarto de iur. iur. Crauett. cóſ. 7. num. 3. quæ ſanè abſolutio,
1 & relaxatio non reſcindit actum, ſed operatur, vt abſolutus non incidat in periurium, vt de magis comm. opin. teſtatur Becc. conſ. 63. circa finem lib. primo. Fab. Turrett. conſ. 40. num. 10. lib. primo, vbi hanc eſſe magis comm. opinionem aſſerit; Neq; abſolutio ad effectum agendi, & excipiendi, iuramenti vires, aut robur tollit, ſed iurãtem tantum à periurij metu liberat. Crauett. d. conſ. 7. col. tertia. verſ. & ſi duas. Brun. conſ. 20. n. 25. & conſ. 47 num. 18. Nam vbi cauſa, ex qua iuramentum relaxatum fuit, non probatur, relaxatio nihil operatur, ſed iuramentum in ſuo robore manet. Caſtrens. conſ. 259. circa primum col. pen. & fin. lib. 2. Crauett. d. conſ. 7. col. 3. Brun.
2 conſ. 21. num. 6. & dicto conſ. 37. num. 18. Qua propter communiter in inſtrumentis apponi ſolet iuramentum, vt peti non poſsit abſolutio à iuramento, ac vt quis, ea impetrata, vti minimè poſsit, vt per Guter. in auth. ſacram. puber. nu. 209. C. ſi aduerſ. vendit. Renuntiare quippe quis poteſt cum iuramento, vt petere non poſsit abſolutionem à iuramento, & tunc iurans non poterit petere abſolutionem, ſed tenetur ſeruare iuramentum. gloſſ. in cap. tuas dudum, de vſur. Roman. conſ. 326. col. prima. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 59. num. 8. Afin. de exequut. §. 9. cap. 235. Contrarium tamẽ velle videtur. Rebuff. in Conſtitut. tract. de euocat. in præfat. q. 7. nu. 62. dum inquit iuramentum de non impetrando abſolutionem à iuramento, aut de ea impetrata nõ vtendo, minimè valere: quoniam ius ſuperioris ſemper exceptũ videtur cap. veniẽtes de iur. iur.

Verùm

Verùm iuramentum de non petendo absolutionem, vel relaxationē, quoties ē re publica est, vel saluti priuatorum conuenit, eam peti. Felin. cap. constitutus col. 4. de rescript. c. 2. col. 6. de sponsal. Couarr. c. quamuis pactum p. 2. §. 3. num.
3 8. vers. nec enim iuramentū. Et quamuis iuramentum de non petendo absolutionem valeat, tamē adhuc ab illo absolutio peti poterit Bald. in repetit. l. 2. num. 91. vers. & quoad primam quæstionē. ff. de iur. iur. Felin. cap. debitores num. 9. eodem, Socin. cons. 59. num. 7. lib. 3 Ruin. cons. 103. col. vltima, vers. vel saltem lib. 4. Afflict. decis. 220. num. 12. Et hæc sententia est communis Couarr. c. quamuis pactum p. 2. §. 3. nu. 2. ver. & vt tutius Namq; vbi iuramentū illicitum reputatur, poterit peti absolutio ab illo non obstante iuramento de non petendo absolutionem. Paris. de resign. benefic. lib. 13. q. prima num 40. Quinimò is, qui iurauit non petere absolutionem à iuramento, & ea impetrata non vti, debet in petitione absolutionis sigillatim exprimere omnia iuramenta, & promissiones, postea absolutionem petere ab omnibus, & singulis iuramētis alias nō petens pri*, & specialiter absolutionem à iuramento de nō petendo absolutionem, nec non à iuramento de non vtendo absolutione etiam impetrata, dicitur periurus Bald in repetit. dictæ. l. 2. num 91. vers. & quoad primam quæst. Felin. cap. debitores num. 10. vers. tertiò quæro, de iur. iur. & in cap. constitutus. n. 14. de rescript. Roman. cōs. 326. col. prima Afflict. decis. 30. n. 6. & decis. 320. n. 12 Paris. cons. 43. n. 15 lib. 1. Crauet cōs. 774 n. 11. Rim. Sen. cōs. 759. n. 11. Brun. cons. 20. n. 27. & cons. 37. n. 21. Gygal. cons. 77. n. 2. & 4. Rol. cons. 31. n. 11. lib. 2. Gutter. auth. sacram. puber. nu. 110. C. si aduers. vendition. Surd. cons. 424. in fine. Absolutio siquidem à iuramento impetrata non facta mentione, quòd iurauit eam non petere, nec ea vti, nulla dicitur, & non prodest absoluto Brun. d. cons. 20. n. 27 cum alijs supra citatis.

4 Debet igitur peti prius absolutio à iuramento præstito de non petendo absolutionem, deinde à iuramento de non vtēdo absolutione; postea ab alijs iuramentis, alias is qui iurauit non petere absolutionem, eam petendo fit periurus; quoniam absolutio peti debet prius quam in periurium incidatur c. si verò de iur. iur. Felin. cap. ex administrationis, in verb. in textu, ibi, iuramento firmari, de probationibus Rol. cons 34. n. 2. lib. 1. Asin. d. § 9. c. 236. Nā cum tot debeāt esse relaxationes, quot iuramēta Rol. d. cōs 34. col. 2. sēper præcedere debet petitio absolutionis à iuramēto præstito de non petendo absolutionē, & de ea nō vtendo.

5 Renuntiatio autem absolutionis à iuramento debet esse specialis, quoniam generaliter renuntians non videtur renuntiare absolutioni à iuramento. Corn. cons. 293. nu. 7. lib. 4. Socin. Iun. cons. 144. n. 42. lib. primo, & dixi etiam supra ad Renuntiat. generalem.

CLIII. RENVNTIATIO, Citationis.

SVMMAE.

1 *Citatio est de iudicij substantialib.*
2 *Citationi renuntiari, an possit.*
3 *Pactum, vt possit ferri sententia partib. absentib. vel non citatis.*
4 *Clausula, quòd arbiter possit pronuntiare parte absente, & non citata.*
5 *Citationis renuntiatio specialis esse debet.*
6 *Citationi in causis criminalib. renuntiari non posse.*
7 *Citatio, cui renuntiatum fuit non interrumpit præscriptionem.*

SVpra exposuimus an, & quómodo renūtiari possit ordini, & substantialib. iudiciorū, deinde quo modo possint partes renūtiare, vt ordine iudiciorum ommisso in causa ordinaria, sūmariè procedatur, vel vt ab executione incipiatur, nūc ordo exigit, vt ad singula substantialia iudiciorum discendamus. Et in primis videa-
1 mus de citatione, quæ cōnumeratur inter iudicij substantialia, quando pars non est præsens, secundū communē DD. sentēt. Vant. de nullitat. tit. de nullit. ex defect. process. siue ordin. iudiciorū nu. 27. Nā citatio fundamentū est ordinis iudiciarij, cui omnis actionis persequutio innititur. §. omniū Instit. de pœna temer. litig. Sed quoad formā, & solēnitatē dicitur esse de iure positiuo d. §. omniū, & quoad substantiā respectu defēsionis, q̄ dicitur in se continere, videtur esse de iure naturali clemēt. pastoralis. §. cæterum de sēt. & re iudicat. Proindeq; ea in vnoquoq; actu præiudiciali exigitur. l. de vnoquoq; ff. de re iudicat. l. nā ita Diuus ff. de adopt. Huius planè solēnitas inducta fuit, vt actus, qui in præiudiciū absētis fieri intēditur perueniat ad notitiā citati, vt se defēdere queat, not. Bald per illū text. in. l. diffamari C. de ingen. manū. Deciā. cōs. 18. n. 101. lib. 1 Quare pulcrè Seneca in Medea ita inq. Qui statuit aliq. d parte inaudita altera, æquū licet statuerit, haud æquus fuit.
2 Citationi autē renūtiari pōt, vt est text. in. l. diē proferre §. si quis litigatorū ff. de arbitr. vbi valet cōpromissū, quo datur facultas, vt feratur sētētia, etiā vna, vel altera parte absēte; & ibi not. gloss. in verb. promatur, & Bald. ibi not. ita valere processū absq; citatione, si illi renuntiatū fuit. Et ita tenet Specul. tit. de citat. §. viso. vers. sed pone, Rom. cons. 142. quod cessionarius n. 2. per text. in d. §. si quis litigatorum, & ibi glo. late Marsil. in. l. de vnoquoq; num. 82. casu. 31. ff. de re iudicat. Gab. in comun. tit. de citatio. conclus. pri. nu. 371. Asin. in prax. iudiciorū §. 7. c. 5. limitat. 57. & limit. 111. n. 2. Nicell. de concord. glo. fallēt. 39. & citationis solemnitas contrahentiū pacto remitti potest. Scacc. de iudic causarū c. 88 n. 21. post Marant. in spec. p. 6. membr. primo. n. 11. Etenim ordo iudiciarius cōsistit à litis cōtestatione vsq; ad sētētiā, atqui ideo citatio ante litis cōtestationē

remitti potest. Niconit. in repetit. c. quoniam cõtra nu. 93a. de probat. per text. in cap. de cauſ. de off. deleg. Nam quod pars citãda ſit, inductũ ſanè videtur ipſius fauore, & ideo eiuſdẽ ſolemnitas ab eadem remitti poterit, Caſtr. l. prima. §. item cũ ex edicto. ff. quæ ſent. ſine appellat. reſcind. & facit. tex. in. l. ſi. §. final. C. de tẽpor. appellat. Quare poſſunt partes dare licentiam iudici procedendi vſq; ad ſentẽtiam incluſiuè, etiã ipſis non citatis. Bart. l. is reus n. 4. ff. de publ. iudic. Bald. l. vt perfectius nu. 13. concluſ. 7. C. de annal. except. vbi inquit id obſeruate etiam aſſeſſores in criminalibus, ſequitur ſequitur Angel. de malefic. verb. qui iudex Boſſ. tit. de ſent. num. 52. Clar. in prax. §. fin. qu. 45. verſ. prædicta autem, & inquit. Bald. in. l. ſi quando C. de teſtibus, quòd iudices in criminalib. faciunt ſibi dare licentiam, vt poſsint recipere teſtes ſine pręſentia partis, & abſq; citatione, & idem Bald. in. l. ſi accuſatoribus notab. 4. C. de accuſation. dicit, quòd licet ibi dicatur, quòd accuſatore non citato minimè ferri poſsit ſententia abſolutoria, tamen id declaratur, niſi accuſatores licentiam dediſſent iudicis, vt poſſet ferre ſententiam ſine alia citatione. Et quod partes poſsint facere, vt iudex procedat eis abſentibus, & non citatis, tenet Afflict. in Conſtitut. in pręlud. q. 9. nu. 5. qua ratione etiam ex pacto in compromiſſo ferri poteſt ſententia partib. etiam abſentibus, & non citatis d. l. diem proferre. §. ſi quis litigatorum. Specul. titul. de arbitr. §. excipitur, circa finem. verſ. item quòd ſententia. habetur per DD. in. l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig. & ibi Iaſ. nu. 22. & in l. nec quicquam. §. vbi decretum. nu. 57. ff. de off. proconſ. & in. l. admonendi num. 80. ff. de iur. iur. Niconit. in cap. quoniam contra nu. 93. de probat. Cuman. cõſ. 7. Primùm videndum eſt. Boer. deciſ. 283. num. 38. Marſil. ſing. 173. & ſingul. 633. Tennin. cautel. 244. n. 2. Cott. in memor. verb. Arbiter cui data eſt poteſtas in fine. Menoch. de arbitr. iudicum lib. primo. q. 17. n. 13. Scacc. de iudic. cauſarum. cap. 88. nu. 6. & quod valeat pactum, vt arbiter pronuntiare poſsit, etiam non citata parte tenent omnes Doctores; vt per Io. Baptiſtam de arbitr. lib. 7. cap. 7. vbi inquit id quotidie practicari. Verùm plures voluerunt, etiã nõ obſtãte pacto, requiri citationẽ, per id, quod ſcribit Specul. in d. §. excipitur, vt per Dec. cõſ. 39. n. 2. & id inquit valdè eſſe mẽti tenẽdũ Romã. in. l. quid tñ. §. hæc aũt clauſula in fine. ff. de arbitr. & ſingul. 273. cõpromiſſũ. Marſil. ſing. 173. fiũt quotidiè & ſingul. 633. Secus tñ eſt ſecũdũ eũ, ſi dicatur, ꝙ poſsit ferri ſñtia partib. abſẽtibus, & nõ citatis. Vãt. de nullit. ex defect. citat. n. 10. Blãc. de cõpmiſſ. q. 9. principali. n. 4. Sequitur Menoch. cõſ. 554. col. fi.

3 Eſt igitur ſecundũ Doctores ſupracitatos differẽtia, quòd partes cõueniãt, vt poſsit ferri ſẽtẽtia partibus abſẽtibus, vel partibus abſentib. & nõ citatis: qm̃ primo caſu citatio adhuc exigitur, non obſtãte pacto: altero caſu nõ itẽ. Et ita voluerũt ſupradicti DD. ꝑ id, quod voluit Specul. d. tit. de arbitr. §. excipitur, in fi. verſ. ſed pone, quæ differentia certè mihi nõ probatur: cũ indiſtinctè citatio nõ requiratur, etiã ex pacto, quod ferri poſsit ſẽtẽtia partib. abſẽtib. per tex. in d. §. ſi quis litigatorũ, & ita tenet Menoch. de arbitr. iudicũ d. q. 17 vbi inquit Roman. d. ſingul. 273. aliter referre, & intelligere Speculatorẽ in d. §. excipitur; & ita voluit Scacc. d. cap. 88. n. 6 Imo opinio ſupradicta eſt cõtra textũ expreſſũ in d. §. ſi quis litigatorũ, vbi ita ſcribitur (Proinde ſẽtẽtia quidẽ dicta nõ corã litigatorib᷒, nõ valebit, niſi in compromiſſo hoc ſpecialiter expreſſũ ſit, vt vel vno, vel vtroq; abſẽte ſẽtẽtia promatur) quẽ ſanè tex. citat. Spec. d. §. excipitur verſ. itẽ, quod ſẽtẽtia ad probãdum, quod ſẽtẽtia ꝓlata abſẽtibus litigatoribus, ita demũ valet, ſi id expreſſè fuit actũ, per dictũ. §. ſi quis litigatorũ; Deinde ſtatim verſ. ſed pone, ſequitur, quòd vbi actũ eſt, vt ſẽtẽtia feratur partibus abſẽtibus, arbiter tunc tenetur partes citare. Verũ Iaſ. in. l. nec quicq̃. §. vbi decretũ. ff. de off. procõſ. ſequẽdo eã opin. vt ſit differẽtia, quòd tribuatur facultas arbitro procedẽdi partib. abſẽtibus, vel partib᷒ abſẽtib᷒ & nõ citatis, reſpõdet ad dictũ. §. ſi quis litigatorũ, vt procedat quãdo dictũ fuit, vt partib. abſentibus iudicare poſsit ſed nõ dicit, quod poſsit eis non citatis; vnde vbi dictũ fuit, quòd iudicare poſsit, arbiter partib. abſẽtibus, tenetur eas citare, ſecus ſi dictum fuerit, vt poſsit iudicare partib. abſẽtib., & nõ citatis; ex quib᷒ fit etiã, ꝙ licet arbitro data ſit poteſtas prorogãdi cõpromiſſũ etiã abſẽtibus partib., tñ prorogatio debet notificari, vt ſingulariter voluit Bald. in. l. eos. §. apoſtolos col. 2. ver. quęro nũquid iudex. C. de appellat. ſeqtur Iaſ. d. §. vbi decretũ
4 n. 57. & Cott. in memor. verb. Arbiter cui data eſt poteſtas. Eſt igitur cõſultius adijciatur clauſula, quòd arbiter poſsit pronuntiare parte abſẽte, & non citata: qm̃ hoc caſu nõ tenetur citare. Quare ex his colligi põt, ꝙ vt cẽſeatur remiſſa citatio nõ ſufficiũt verba generalia, ſed oportet, quod ſpecialiter, & nominatim id exprimatur Iaſ. d. §. vbi decretũ. n. 58. verſ. nec ſufficiũt. Et ideo per clau-
5 ſulã in compromiſſo adiectã, quòd arbiter procedere poſsit, nõ obſeruata ſolemnitate, non cenſetur remiſſa ſolemnitas citationis, vel quando data eſt facultas procedendi de facto Menoch. conſ. 573. n. 57. Similiter ſi ordo iuris remittatur, non cenſetur remiſſa citatio Abb. c. primo. n. 4. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.

Neq; prędictis obſtat, quod citatio ſit de iur. naturali, atque ideo tolli nõ poſsit d. clem. paſtoralis. Bartol. in extrauag. ad reprimẽdum in verb. figura iudicij, cum ſimilibus; quoniam renuntiari non poteſt iuri naturali, vbi principaliter diſponitur ſuper iure naturali: ſecus ſi diſponatur ſuper eo, quod fieri debet occaſione iuris naturalis; quoniã tunc renũtiatio permittitur Io. Baptiſta de arbitr. d. cap. 7. Præterea ſublata citatione non tollitur defenſio, quę eſt de iure naturali, ſed tollitur defẽſionis modus, atq; ordo variatur. Afflict. in cõſtitut. lib. 1. de cult. pacii. rubr. 8. n. 17.

Quod autem diximus renuntiari poſſe citationi, intellige procedere in ciuilibus cauſis, nõ ẽt in cauſis criminalib., in quibus quẽadmodũ renũtiari nõ põt. defẽſioni, ita neq; citationi, q̃ eſt quædã defẽſio. Marſil. in l. de vnoquoq; n. 82. verſ. ergo autem ꝑdicta. ff. de re iudicat. vbi improbat

eam

eã practicã in causis criminalib⁹, vt Reus det licẽ
tiã iudici ꝓcedẽdi ipso nõ citato sequit. Scacc. de
iudic. causarũ. c. 88. n. 22. Declarãdo tñ id ꝓcede
re in causa criminali, vbi agitur de pœna corpora
li, & de defẽsione, q̃ põt. facere re⁹ aduers⁹ sñtiã
ꝓferẽdã; illusq; futurã exequutionẽ: qm̃ hoc ca
su renũtiatio non valebit p gloss. in. l. pactũ inter
in verb. liceat. ff. de pact. tum quia nemo est do-
minus membrorum suorum, vt per eum.

Et hæc quidẽ ꝓcedũt in arbitrijs, in quib. re-
mitti põt. citatio, sed dubitari põt, an idẽ fit in iu
dicijs, q voluit Specul. tit. de citat. d. §. viso. cũ ar
bitria redacta sint ad instar iudiciorũ. Sed hoc est
intelligẽdũ, vt dixi supra de ordine iudiciorũ, q
nõ poterit remitti citatio in iuditio, vt in reliqs
obseruetur ordo solit⁹ iudiciorũ. Sed benè remit-
ti poterit ordo iudicij, & ꝓinde ẽt ipsa citatio:
qm̃ tũc nõ dicitur iudiciũ, neq; sñtia, vt ibi dixi.

7 Ex hac autẽ renũtiatione citationis illud se-
quitur, q cui renũtiatũ fuit, nõ interrumpit præ-
scriptionẽ Bouius de statutar. vrb. ꝓscript. gloss.
25. n. 11. Tiraqll. de retract. Lignager. §. 8. gloss.
2. n. 55. p tex. in. l. nã & fi. § 1. vbi Bald. ff. de inoff.
testã. not. Sociu. reg. 317. limitat. 3. Ias. §. pœnalis
n. 134. instit. de act.

CLIV. RENVNTIATIO Libell. & disposit. auth. offeratur C. de lit. contest.

SVMMAE.

1 *Libelli solemnitati renuntiari, an possit.*
2 *Libelli solemnitas remitti non potest,*
3 *Constitutio Domini Mediol. tit. de indic. §. libellus.*
4 *Libelli solemnitas coram arbitro remitti, an possit.*
5 *Libello iam oblato, quando renuntiari possit.*

EST etiam de substantia iudicij libellus ex
cõmun. Doctorum sententia, cum sit ipsi⁹
iudicij fundamentum Vant. de nullit. ex
defect. process. siue ordinis iudiciorum n.
1 18. Et proinde dubitari põt, an illius solemnita-
ti renuntiari possit, quod sanè dubium est anti-
quũ. Alber. auth. offeratur col. penult. in fine C. de
lit. contestat. & in hac quęstione variæ fuerũt opi
niones. Prima est, vt tacitè renuntiari possit, non
etiam expressè, vt per gloss. in d. auth. offeratur,
& est text. in. l. 2. §. sed quia veremur. C. de iuram.
calũn. l. filiusfamilias. §. vereranĩ ff. de procura-
tor. Et plures sequuti sunt hanc opinionẽ, vt per
Vãt. d. tit. n. 21. quibus accedit Socin. Iun. cõl. 75.
n. 5. lib. 2. Secũda est sẽtẽtia, quòd renũtiari põt
2 tùm tacitè, tùm expressè. l. fi. §. sed si talis, ibi, si-
ne scriptis cõsẽtiẽtibus tũ partib⁹. C. de priuileg.
scholar. lib. 12. Siquidẽ libelli oblatio inducta vi
detur partiũ fauore. §. illud. auth. de exhibẽ. reis.
Tertia est, vt expressè remitti possit, nõ etiã taci
tè. l. prolatã C. de sẽt. & interlocut. Nã actor offer
re debet libellũ, licet nõ petatur d. auth. offeratur,
& ita voluit Odofred. & refert. Specular. tit. de li-
bell. cõcept. §. vtrũ. Quarta est opinio, quòd solẽ-
nitas, & forma libelli, nõ aũt substantia petitio-
nis, cũ cõueniri nõ possit, vt nulla detur petitio,
vt voluit Io. Andreas. in cap. 1. de libell. oblat. &
in clement. sæpè de verborũ significat. & refert.
Bald. in d. auth. offeratur. Quinta est sententia li-
bellũ remitti posse, quo ad ipsas partes non autẽ
quoad iudicẽ Ferrar. in forma libelli action. tra-
lis, verb. ad euidẽtiã n. 13. Postremò visũ est ple-
risq; vt renũtiari nõ possit expressè, nec tacite cũ
sit de iudicij substãtia, & libellus producatur nõ
tàm fauorę partiũ, quam iudicis. Et ita expressè
tenet gloss. in c. de causis de off. deleg. & ibi DD.
in clemẽt. sępè de verborũ significat. & in c. 1. de
libell. oblat. Et hãc opinionẽ aduersus gloss. in d.
auth. offeratur, & alios tenuit ibi Bartol. & ibi Sa
lic. & Alber. Spec. de libell. cõcept. d. §. vtrũ. Aret.
in c. 1. n. 13. de libell. oblat. Lanfr. de Orian. d. cle-
mẽt. sępè, verb. libell⁹, & de petitione n. 18. vbi in
quit hãc opinionẽ veriorẽ esse, & ita cõmuniter
tenere Doctores inquit Aret. in. §. õnes aũt. vers.
tripli verò. Instit. de action. Afin. in prax. §. 4. c. 6.
Vãt. de nullitat. d. titulo. n. 18. Licet teneãt vsui fo
ri adhęrẽdũ esse & ita voluit Marãt. in specul. p.
2. n. 27. & est communis, vt per Luc. de Penn. l.
vlt. C. de priuileg. scholar. lib. 12. Nicouit. in c.
quoniam contra n. 920. de probat. Quamuis ipse
contrariam sententiã amplectatur, & cõmunẽ esse
inquit Curt. Iun. in. l. ius publicũ n. 10. ff. de pact.

Et ꝓ hac sẽtẽtia, quæ cõmunis est, & verior fa
cit text. in d. auth. offeratur, q̃ tradere videtur for
mã, cui renũtiari nõ põt, vt. dixi Renũt. 20. imò si
aliter fiat annullatur actus, d. auth. offeratur. Secũ
do facit. l. vt fũd⁹. ff. cõm. diuidũd. c. licet Heli de
Simõ. vbi sẽtẽtia debet esse cõformis libello, er-
go videtur, vt sẽtẽtia ferri nõ possit sine libello.
Pręterea omitti nõ põt libell⁹, qm̃ illi⁹ forma nõ
tm̃ ptinet ad priuatã vtilitatẽ, vt deliberare pos
sit reus, an cedere, vel cõtẽdere debeat. l. pri. ff. de
edẽd. l. edita C. eod. c. 1. & 2. de libell. oblat. sed ad
iudicis vtilitatẽ, vt certus esse possit, super quo sẽ
tẽtiã ferre debeat. l. de qua re. ff. de iudic. & d. l. vt
fũdus. Nã secũdũ. Bald. in d. auth. offeratur, libel-
lus est materia, ex qua formatur ipsa sẽtẽtia. Qua
re deficiẽte materi^, hoc est libello, deficit quoq;
sẽtẽtia, & materiatũ. l. qui res. §. areã. ff. de solut.
3 Et hæc sñtia maximè procedit in Dñio Med. vbi
ex Constitut. tit. de iudic. §. libellus admittitur
qualisqq; petitio, q̃ nũquã remitti põt, tã ex dict.
cõi DD. sñtia, quã ex sententia Io. And. in d. c.
1. & in d. clemẽt. sæpè. qui concludit substantiam
petitionis declarantis intentionem agentis. nul-
lo casu remitti posse, & idem affirmat. Lafranc.
de Orian. d. clement. sæpè. verb. libell. nu. 47. Neq;
vera est opinio gloss. in d. auth. offeratur, vt libel-
lus remitti possit tacitè, non expressè, vt idem
dicitur de iuramento calumniæ: quoniam diuer-
sa ratio est in iuramento calũnię, quod non cõnu
meratur inter substãtialia iudicij, vt est libellus,
qui est de substãtia iudicij, & ideò omitti nõ põt.
Neq; obstat ea opinio, q expressè remitti possit. l.
vlt. C. de priuileg. scholar. lib. 12. qm̃ ibi duo con-
currũt, vt valeat remissio: nẽpè vtilitas causę, &
pactum, vt per Iacob. de Aren. d. auth. offeratur.

4 Declaratur modò supradicta conclusio, vt co
rã arbitro remitti possit solẽnitas libelli, nõ au-
tem qualiscumq; petitio: quoniam hæc nullo ca-
su omitti põt Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 18.

Declaratur etiam, vt solemnitas libelli,& solẽnitas certitudinis,& aptitudinis libelli remitti possit, quoad ipsas partes; & quatenus solẽnitas respicit fauorẽ ipsarũ partiũ. Vnde ea certitudo libelli, quę inducta videtur fauore rei, scilicet, vt is deliberare possit, verũ cedere velit, vel cõtẽdere. l. prima. & ibi not. C. de edend. remitti potest à parte Cauagnol. ad decret. Montisferr. decret. 6. §. 3. & 6. n. 122. & n. 17. Cæterũ secũdũ eã in d. decreto 6. n. 121. ea aptitudo, q̃ est adeo apparẽs, & visibilis, vt sup ea minimè possit formari sñria, q̃m respicit nõ tñ fauorẽ partis, quã ipsi⁹ iudicis, qui debet sup ea formare sẽtẽtiã, remitti nõ põt.

Vt igitur cõcludamus, dicẽdũ est substãtiã petitionis, & qualẽcũq; petitionẽ declarãtẽ intẽtionẽ agẽtis nunq̃ remitti posse, etiã corã arbitro Menoch. d. q. 18. Quare in hoc Dominio, vt iã dictũ est nullo casu poterit omitti libellus. Cæterũ forma, & solẽnitas libelli, quaten⁹ respicit fauorem partiũ, ab ipsis remitti poterit, quatenus verò respicit iudicis cõmodũ remitti à partibus nõ põt. Ferrar. in forma libell. act. real. in verb. ad euidẽt. n. 23. Quapropter beneficio induciarũ 20. dierũ oblati libelli, vt possit reus deliberare, de quo in d. auth. offeratur, renũtiare poterit reus: quoniã ea forma videtur illius fauore inducta Butrigar. de renũtiat. iur. tit. de beneficio induciarũ. Nã & tacitè renũtiari põt. Hinc libelli incerti exceptioni renũtiare videtur, q eã nõ opponit ante litẽ cõtestatã in ciuilib. caus. Alex. l. prima col. pri. ff. de

5 edẽd. Similiter in causa recõuẽtionis põt renũtiari libello iã oblato, vbi res est integra, atq; vbi nõ est quæsitũ ius aduersario Bald. auth. & cõsequẽter col. 3. vers. quæro vtrùm recõuẽtus. C. de sẽt. & interlocut. omn. iudic. Et pducẽs aliũ libellũ diuersũ à primo, renũtiare videtur primo Alex. l. si quis stipulatus n. 9. ff. de verborũ obligat. ex renũtiatione aũt libelli iã oblati illud sequitur, quod renũtiãs niti nõ põt libello, cui renũtiauit Bald. in addit. ad Specular. tit. de libell. cõcept. vers. ille q. & quãuis. Niconic. d. c. qm̃ contra n. 922. vers. mihi placet videatur tenere eã opinionẽ, q libelli oblatio possit de partiũ cõsẽsu omitti, tñ cõcordare videtur cũ cõclusione, quã supra firmauim⁹, vt sliz. substãtia petitionis, & qualiscũq; petitio remitti non possit, libelli aũt forma, & solẽnitas remitti possit, si pars, & iudex cõsẽserit, vt p eũ.

CLV. RENVNTIATIO Litis Contestationis.

S V M M AE.

1 *Litis contestatio, est litis exordium.*

2 *Litis contestatio, est fundamentum iudicij, & dicitur lapis angularis.*

3 *Litis contestationi renuntiari non posse.*

1 ORdinantur iudicia potissimũ per litis cõtestationẽ, quę est exordiũ litis, actoris narratione, & rei responsione cõstitutũ. l. 2. in principio. C. de iur. iur. propter calũn. l. prima. C. de lit. cõtestat. c. 1. extr.

2 eodẽ. c. dudũ de elect. il. 2. Et quoniã litis cõtestatio dicitur lapis angularis, & fundamentũ iudicij Bald. cap. 1 col. prima, & ibi Socin. de lit. cõtest. atq; est de substantia iudicij gloss. d. cap. dudum. DD. in l. prolatã C. de sentẽt. & interlocut. omn. judic. c. de causis, vbi Dec. de off. deleg. c. cùm causam de appellation. Afflict. decis. 283. n. 3. & cons.

3 71. n. 13 lib. primo, ideo illi renuntiari non potest gloss. in cap. pri. de libell. oblat. in d. cap. de causis, d. cap. dudũ in d. l. prolatã, & in cap. fi. de re iudicat. lib. 6. Bartol. in auth. offeratur circa finem C. de lit. contestat. & ibi Salic. in fine not. in clem. penult. de verborũ significat. Alex. in l. si conuenerit n. 6. ff de re iudicat. cons. 82. col. prima lib. 3. & cons. 219. põderatis n. 27. lib. 6. Paril. de Put. de Syndicat. verbo assessor. n. 4. Io. Croet. l. sciendum n. 36. ff. de verborũ obligat. Etenim non possunt partes renuntiare litis contestationi, cum ea sit exordium substantiale iudicij non tantum fauore priuato partium, sed etiam iure publico, & ipsius iudicis inductum. Virgin. de Boccat. tract. de interd. vti possidet. c. 19. de lit. contestat. n. 4. Orian. c. quoniã contra, verb. petitionis, col. 4. vers. quęrit vlterius. Roland. cõs. 8. col. prima lib. 4. cons. 75. col. fin. cons. 94. n. 28. lib. 2. cons. 71. n. 14. lib. primo. & hanc esse communem doctrinã Doctorũ inquit Mynsing. cent. 5. obseru. 74. Vãt. de nullit. tit. de nullit. ex defect. process. nu. 28.

CLVI. RENVNTIATIO Instantiæ.

S V M M AE.

1 *Tempus diffinitum, intra quod lites finem accipere debent.*

2 *Instantia, de qua in l. properandum C. de iudicijs.*

3 *Instantiæ renuntiari, an possit.*

4 *Instantiæ renuntiatio facta consentiente reo.*

5 *Instantiæ solo partium consensu renuntiari posse.*

6 *Instãtia, quãdo renuntiari possit ante litẽ cõtestatã.*

7 *Reo inuito, quando renuntiari possit instantia.*

8 *Aliud est renuntiare liti, & aliud instantię.*

9 *Instantia tacitè quoq; renuntiari.*

10 *Renuntiatione sicut perimitur instantia, ita perimitur effectus malę fidei induct⁹ per litis cõtestationẽ.*

IVdex nõ modo ius reddere tenetur, sed & id quamprimũ præstare debet: iniuria siquidem est, quod intra breue tempus reddere possit, id morari, & in lungas proferre moras. Quare nè lites fiant penè immortales, & vitæ hominũ modũ excedant, vt dicitur. in. l. properandũ in principio. C. de iudic. opti

1 ma ratione definitũ est tempus, intra quod lites finẽ accipere debent: Nam si nullum tempus ex statutis, constitutionibus, aut aliàs pręstitutũ est, tamen est tẽpus legitimũ, quod iudex, aut magistrat⁹ excedere nõ põt. l. si iudex. ff. de iudicijs Tẽpus itaq; certũ à Iustiniano cõstitutũ est in d. l. pperandũ, intra q litẽ quãq; decidi oportet, sed & fuit ãte eã cõstitutionẽ id tps certũ, qm̃ legitimũ tempo-

temporis; quod magistratus in lite dirimenda
excedere nō potest, mētio est in d.l. si iudex: nisi
tamen illa verba, ibi, ita tamē, vt legitimū tēpus
non excedāt) non Vlpiani verba sint, sed Tribo-
niani, respōsum Vlpiani ad constitutionē reuocā
tis. Vtcumq; se res habeat, quódnā id tempus
olim fuerit non liquet. Id autē à Iustiniano defi-
2 nitum est in d.l. properandū. Et ideo illa iudicij
exercitatio, quę incipit à tempore litis contesta-
tę vsq; ad sententiam, seu triennij, aut alterius
tēporis præstituti finē, si ante nō fuerit lata sentē-
tia, instantia non dicitur. l. & post edictum, §. cir-
cumducto. ff. de iudic. siquidem hæc est tempus
præstitutum ad contendendum, & litam finiendā
Bologn. l. postquam liti num. 10. C. de pact.
3 Sed videndū est, an renūtiari possit instātiæ, &
Bartol. in d.l. postquā liti n. 2. existimauit nō pos
se renūtiari instantię, quin & continuó renuntie-
tur iuri, & causę: quoniā ius est præābulū instātię
auth. qui semel C. quom. & quād. iudex. & ita te-
nera videtur. Ruin. cōs. 217. n. 18. lib. 5. sed cōtra-
riū tenet Bald. in d.l. postquā liti, cuius opinionē
sequūtur ibi Fulgol. Castr. Rom. Purp. & alij. Et
quāquā Bartol. in d. l. postquā liti singulariter di
xerit renūtiatione instātię videri iuē renuntiatū
iuri, & causę, soliq; instātię renūtiari minimè pos
se; Tamē DD. cōmunit. contrariū tenēt; cū renū-
tiari possit soli instātiæ vtraq; parte volēte, Bald.
d.l. postquā liti n. 3. Alex. cons. 22. nu. 6. lib. 1. Ri-
min. Sen. cōs. 346. n. 9. finitur quippè instātia eius
4 renūtiatione. Socin. tract. de iudic. n. 35. Aut igi-
tur renuntiatur instantiæ consentiēte reo, & hoc
casu valet renūtiatio, & poterit actor nouā insti-
tuere litem, perinde ac si instantia per temporis
lapsum finita esset, d.l. properandū. §. 1. & ita in
telligitur. l. edita C. de eden. Ferrar. in form. li-
bell. act. realis in glo. saluo iure n. 2. Boich. c. signi
ficātibus n. 22. de libell. oblat. Nā certū est soli in
stantiæ cum consensu partis renuntiari posse, ma
nente nihilominus saluo iure, & causa. DD. in d.
l. edita l. 1., & ibi glo. & Bartol. C. de præscript.
long. tēpor. Nihil aliud sanè curare debet iudex,
quam partium concordiā. l. prima. §. & post ope
ris. ff. de oper. nou. nūtiat. Romā. d.l. postquā liti.
nu. 11. Aut verò reus non consentit renuntiatio-
ni, & tunc: aut iudici constat reum esse absoluen-
dum simpliciter ab instātia iudicij, vt quia libel-
lus est malè conceptus, vel actio est ineptè propo
sita, vel ex alia causa rationabili, & valebit renū-
tiatio, cuius ratio est; quoniā alius effectus sequi
nō potest ex sententia, quæ ferretur, quàm renū-
tiationis solius instantię. Bartol. d.l. edita, quem
sequitur Angel. & Roman. d.l. postquā liti. Nāq;
iudicem ratione ineptitudinis libelli nō oportet
ferre sententiam. l. prima. ff. de off. assessorū: Aut
nō constat iudici reum esse absoluendum, & nō
valet renuntiatio, sed iudex procedere debet ad
decisionem causæ auth. qui semel. C. quomod. &
quand. iudex. Ferrar. d. gloss. saluo iur. Boich. d.
cap significantib. n. 22. Hoc sanè casu cùm quęsi-
tum sit ius duobus, litis contestatione, meritò id
ius nisi duorum consensu tolli poterit l. nihil tam
naturale. ff. de reg. iur.

5 Ex quibus concludendum est soli instantiæ,
vtraq; parte consentiente, renuntiari posse, reo
autem non consentiente: ita demum renuntiari
poterit, si sequi potest sententia absolutoria ab
obseruatione iudicij propter libelli ineptitudi-
nem, aut aliā nullitatē processus. Cæterùm regu-
la est, quód actor non potest renūtiare soli instan
tiæ inuito reo, vbi processus est validus auth. qui
semel. C quom & quādo iudex. not. in d.l. edita,
& d.l. postquā liti, quā regulam ponit Alex. cōs.
215. n. 1. lib. 5. secus autem, vbi certum est, quod
debet sequi absolutoria sententia ab obseruatio-
ne iudicij, vt dixi. Bartol. d.l. edita. Alex. d. cons.
215. n. 1. Et generaliter, vbi interest rei, quód
actor procedat, atq; ad sententiā deueniatur, re-
nūtiare non poterit actor instantię, ipso reo non
consentiente; cùm litis contestatione quasi cōtra
hatur, & proinde obligatur actor instantiæ, sicut
reus. Aliud dicendū est, vbi rei non interest. Bald.
in. l. quamuis in addit. n. 2. & in. l. sed si hac n. 4.
ff. de in ius vocando. Castr. d.l. postquam liti cir-
ca finē. Pecch. de iur. sistend. c. 48. n. 7. Quod autē
sua intersit, vt sententia feratur, probabit reus suo
iuramento. Bald. d. l. quamuis, & d. l. sed si hac.
6 Verùm ante litē contestatā poterit actor renū
tiare instantiæ, solutis tamē expēsis Bald. d.l. quā
uis. Et licet instātia incipiat à tempore contesta-
tionis litis d.l. properandū, tamen ante litem cō-
testatam renuntiari poterit instantiæ futuræ.
7 Et quod dicitur valere renūtiationem etiam
reo inuito, vbi sua nō interest, vt procedatur, de-
claratur, non valere renuntiationem, vt ipsi reo
acquiratur ius exceptionis, qua repellere possit
actorem volentem iterum inchoare litem: quo-
niam hoc casu exigitur ipsius rei volūtas. Castr.
d.l. postquā liti circa finem. Pecch. de iur. sistend.
d. cap. 48. Declaratur etiam, vt quis renuntiare
possit instantię, causa intentandi actionem con-
tra alium, vel contra eumdem sub alia tamen
qualitate Bartol. l. 2. §. sed si vnus penult. q. ff. de
prętor. stipulat. sequitur Roman. d.l. postquam li
ti num. 12. Sed & actor, mortuo reo, post litem cō-
testatam potest primę instantię renuntiare, & de-
nuo agare contra hæredem. Bartol. Alex. & Paul.
de Castr. d. l. 2. §. sed si vnus, Præterea si renun-
tiatum fuerit primæ instantiæ, poterit agi de-
nuo, vbi variatur modus agendi: quoniam re-
nuntiatio instantię non præiudicat varianti mo-
dum agendi gloss. in l. seruus, & ibi not. Bald. n.
3. ff. de his qui not. infam.
Est tamen sciendum posse ita demum renuntia
ri instantiæ inuito aduersario, si soluuntur litis
expensæ. Castr. l. fin. §. quod si actor nu. 3. C. de
iur. iur. propter calumn. Ferrar. in form. libell. vt
pacta seruentur in gloss. pacta, num. 15.
8 Aliud autem est renuntiare liti, & aliud re-
nūtiare instantię; quoniā primo casu tollitur ōne
ius, & vlterius non auditur volens repetere actio
nem. l. postquam liti C. de pact. Altero autem
casu manet ius, sed expirat tantum ipsa instan-
tia Ferrar. d. gloss. pacta num. 13. Cautè tamen
fecerit renuntians instantiæ, si protestetur ius
sibi saluum fore. l. si debitor. ff. quib. mod. pign.

sed an renuntians instantiæ censeatur renuntiare liti, dixi Renuntiatione 18.

9 Renuntiatur præterea tacitè loli instantię, patiendo labi tempus præscriptū gloss.d.l.postquā liti, & ibi Roman. num. 13. & alia gloss. in dicta l. properandum.§.fin. Marian.Socio. in repetit. c.venerabilis num. 121. de iudicijs. & hoc si aduersarius non prosequatur, alias secus. Per hanc autem tacitam ex lapsu temporis, non videtur renuntiatum causæ, seu iuri. Bart.d. l. postquam liti num.3. vbi rationem adfert, & ibi Curt.Iun. nu.16. & est textus in d.l.properandum.§.fin. & ibi gloss. in verb. causa, quæ, dum textus dicit, quod per triennium a causa ceciderit, exponit causa, idest, ab instantia, atq; ita probat text., dum dicit, nihilominus vigorem suum seruante, & facit text. in l. & post edictum verb. circumducto.ff.de iudic.& ibi not.Curt. Iun. nu. 6. vbi singulariter limitat non procedere in eo, qui patitur bis labi instantiam; quia tunc cadit a tota causa per tex.in.§.omnem, & ibi Angel.col. 2.auth. de litigios. sic & renuntians processui vel actis non videtur iuri, & causæ renuntiare, sed instantię tantum Alex dicta.l.postquam liti num. 7. & ibi Purpur. num. 49. Inchoans quoq; nouam instantiam videtur primæ renuntiare Rimin. Sen. cons. 346. num. 9. Neq; est omittendum quòd procurator falsus, qui iudicium inchoauit renuntiare non potest instantiæ, vbi dominus tale iudicium vult ratum habere, vt not. Angel. in l. bonorum possessio. num. 2. ff. rem rat. haberi.

10 Ex expressa autem renuntiatione instantiæ illud rectè infertur, quòd quemadmodū renūtiatione ipsa perimitur instantia, ita perimitur quoq; effectus malę fidei inductus per litis contestationem; quoniam actor renuntiando instantiæ, videtur quodammodo pœnitere interpellationis factæ, & fortè de iure suo dubitare. Quarè purgatur mala fides rei conuenti, & proinde purgatur etiam mala fides ipsius renuntiantis, vt in iudicijs æqualitas seruetur. l.fin.C. de fructib.& lit.expens. vt per Aret. c. significauerunt num. 33. de testibus.

CLVII. RENVNTIATIO,

Solemnitatis. l. fin. C. de sent. ex breuicul. recitand.

S V M M AE.

1 *Sententia diffinitiua in scriptis ferri debet.*

2 *Renuntiari an possit solemnitati, l.fin.C. de sent. ex breuic. recitand.*

3 *Sententia valet si recitata fuerit per notarium de mandato iudicis, & eo præsente.*

1 IN l.fin.C.de sentent. ex breuicul. recitand. cauetur, vt sententia diffinitiua in scriptis ferri debeat, alias non valeat & quoniam solemnitas dictę l. fin. videtur esse vnū de substantialibus iudicij, ita vt aliter prolata sententia non valeat, neq; ad eius rescissionem appellationis solemnitas requiratur, vt per Mant. singul. 695. vbi id confirmat pulcherrimo Christi Seruatoris nostri exemplo, de quo in Euangel Ioannis cap. 10. qui in causa adulteræ non statim absolutoriam sententiam tulit, eam accusantibus pharisæis, sed inclinans se, digito eam scripsit in terram.

2 Dubitari autem potest num partes possint renuntiare solemnitati dictæ. l. fin., vt scilicet, iudex sententiam sine scriptis ferre possit; qua in re nōnulli existimauerunt renuntiari minimè posse, cùm solemnitas huiusmodi sit de iudicij substantia gloss. in cap. fin. in verb. illustrium. de re iudicat. lib. 6. §. sicuti auth. de mandat. principium, & alia gloss. in cap. de causis in verb. consensu partium, de off. deleg., & ibi Hostien. Sed contrarium tenet Bartol. in l. quoties per illum text. C.de priuileg. scholar. lib. 12. & ibi Rebuff. nu. 5. Curt. Iun. in. l. ius publicum num. 5. ff. de pact. & idem tenere videtur Specul. tit. de sentent. §. iuxta. vers. non valet etiam Ial. in. §. curare col. fin. Instit. de act. Afflict. decis. 191. num. 7. Corset. singul. 313. verb. sententia. Lanfr. de Orian. c. quoniā contra. §. interloquutoria. vers. est ordine successiuo, nu. 8. Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defectu processus num. 71. Alij autem concordando has opiniones distinguunt, vt ita demùm dispositioni dictæ. l. fi. renuntiari possit, si in totum remittitur ordo iudicij, & ita procedit secunda opinio; secus autem si partes velint, vt non seruetur dispositio dictæ l. fin. in sententia ferenda. In cæteris autem seruetur ordo solemnis iudiciorū, & ita procedit prima opinio. Marant. de ord. iudiciorum in verb. iudicij tela, num. 41. Trentacinq. var. resol. lib. 2. tit. de sent. resol. 2.

3 Non est tamen omittendum, quod licet sententia non fuerit recitata per ipsum iudicem, tamen valebit si recitata fuerit per notarium de mandato iudicis, & eo presente. Rolan. cons. 41. col. 3. lib. 1. & ita seruatur.

CLVIII. RENVNTIATIO

Iuramenti Calumniæ.

S V M M AE.

1 *Iuramentum calumniæ, quando sit de substantia.*

2 *Iuramentum calumniæ expressè remitti non posse.*

3 *Tacitè remitti iuramentum calumniæ.*

4 *Expressa remissio iuramenti calumniæ, cur non valeat.*

5 *Iuramentum calumniæ, quando tacitè remittatur.*

6 Iura-

6 *Iuramentum calumniæ ex statuto, vel consuetudine omitti non posse.*

7 *Iuramentum calumniæ expressè remitti à lege.*

1 POST litis contestationem iuratur de calumnia, Specul. tit. de iuram. calumn. in principio. De eo igitur nunc videamus: Nam iuramentum calumniæ ita demũ est de iudicij substãtia, si exigitur ab altera partium, quoniam tunc omnino præstandum erit adeo, vt omissum vitiet procesũ, & sententiam nullam reddat l. 2. §. sed quia veremur C. de iuram. calumn. vbi Bart. nu. 3. DD. in cap. 1. & cap. fin. eodem. Marant. p. 6. tit. de iuram. num. 2. Curt. dicta. l. 2. in principio. nu. 2. & in dicto. §. sed quia veremur. Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defect. process. num. 29. Quare iuramentum calumniæ non est simpliciter de substantia iudicij, sed cum ea adiectione, hoc est, ita demum si petatur, vt per Castr. d. §. sed quia veremur, & ibi Franc. Curt. num. 2. Hinc maximè refert num hoc iuramentum petatur ab vna partium, vel ab vtraq; an id minus. Primo etenim casu remitti non potest; quoniam vbi petitur fit de substantialibus iudicij, & proinde omitti minimè potest. Altero autẽ casu remitti poterit.

Circa remissionem huius iuramenti duplex

2 est constituenda reg. Prima est, quod iuramentũ calumniæ expressè remitti non potest, cum illud inductum sit fauore publico d. l. 2. §. sed quia veremur, ibi non pro commodo priuatorum, sed pro communi vtilitate, imo introductum est iure naturali ac diuino. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 20. num. 2. & 5. Afin. in prax. iudiciorum. §. 3. c. 30. num. 2. & quod expressim remitti non possit, est gloss. in l. iusiurandum & ad pecunias §. qui iusiurãdum. in verb. exigatur. ff. de iur. iur. & in l. 1. §. primo. verb. sententia valebit post medium. ff. de ferijs. in l. de pupillo. §. qui opus in verb. exigatur. ff. de nou. oper. nunciat. in cap. 1. verb. tacitè de iuram. calum. lib. 6. gloss. fin. circa medium in l. pactum inter. ff. de pact. Marian. Socin. in c. cæterum. num. 12. de iuram. calumniæ Bald. & Alber. in d. §. sed quia veremur. Curt. Iun. l. pactum inter. num. 13. ff. de pact. & d. l. 2. §. sed quia veremur, & §. sin autem. Dec. in cap. iurauit num. 25. de probat. in l. expressa nocent num. 3. ff. de reg. iur. Gaill. obseruat. lib. 1. obseruat. 101. num. 4. Mancin. de iuram. p. 2. art. 1. num. 6. Marant. d. p. 6. num. 2. Mathesil. singul. 64. Marsil. Singul. 251. Tiraquell. de legib. connub. gloss. septima num. 80.

Neq; huic conclusioni refragatur, quòd expressè remitti possit iuramentum à teste præstãdum Ias. l. nemo potest. num. 29. ff. de leg. primo. Curt. dicto. §. sed quia veremur: quoniam iuramentum testis inductum est priuato fauore, vt testis veritatem dicat: iuramentũ autẽ calumniæ pro communi vtilitate. d. §. sed quia veremur ita Orian. in cap. quoniam contra, in principio de testibus. Alex. l. 1. col. 3. ff. de ferijs.

3 Altera est regula iuramẽtum calumniæ tacitè remitti posse d. §. sed quia veremur c. 1. de iuram calumn. lib. 6. c. cæterum eodem, & ibi Socin. num. 10 & 12 gloss. in clement. sæpe. §. citationẽ in fine. ff. de verborum significat. & in dicto. §. qui iusiurandum, verb. exigatur, & in dicta. l. 2. verbo. remitti. Alberic. d. l. 2. nu. 26. vers. quærit gloss. & ibi Bald. num. 6. inquit id tenere omnes Curt. d. §. sed quia veremur, & d. l. 2. in principio Dec. dicta. l. expressa nocent. num. 3. & in d. cap. iurauit. num. 25. Ias. l. cum quid lect. 2. num. 18. ff. si cert. petatur. Ferrar. in form. libell. actionis realis. verb. per sacram. Mathesil. notab. 64. & ibi Additio. Magal de secur. it. & saluacond. p. 8. in fine. Marsil. singul. 252. iuramentum. Tiraq. de legib. connub gloss. 7. num 80. Vant. tit. de nullit. ex defect. process. num. 19. & est cõmunis, vt per Chircou. in communib. cent. 2. cõclus. 97. Gaill. obseruat. lib. pri. obser. 84. 85. & 101. nu. 4. Ferrar caut. 12. num. 1. Marant. dicta. parte. 6. tit. de iuram. num. 2. Afflict decis. 283. num. 7. in fine.

Verùm nonnulli tenuerunt tacitè remitti non posse gloss. in. dicta. l. 2. verb. remitti Garcia in. l. 2 nu. 4. ff. de pact. Vasqun. de success. creat. lib. primo. §. 9. & §. 7. num. 39. & illustr. controuers. lib. 2. c. 64. num. 20. Sed communis Doctorum sententia est tacitè remitti posse à partib. per omissionem.

4 Ratio cur expressè non possit remitti iuramẽtum calumniæ, tacitè autem possit, illa est: quoniam respicit non tantum vtilitatem partis, sed etiã publicã Bald. d. §. Sed quia veremur, Gaill. dicta. obseruat. 101. num. 4 Præterea remissio expressa continere videtur turpe pactum. Socin. d. § cæterum num. 11. Sed præcipua ratio illa esse videtur: quoniam in expressa remissione lex valide suspicatur aduersus litigatores, quod velint citra metum periurij etiam per calumnias inter se litigare, quæ suspicio cessat in tacita remissione per omissionem d. §. sed quia veremur.

5 Sed quod dictum est iuramentum calumniæ tacitè remitti posse, ita verum est, si ab vtraq; parte omittatur Bartol. l. de pupillo. §. qui opus, & ibi Alex. & Ias. ff. de nou. oper. nunciat. Imol. l. quã bonafide §. si alieno nomine. ff. de damn. infect. Ias. d. §. sed quia veremur, vbi est text. apertus. Etenim omitti quidem potest ab vtraq; parte, & eius omissio non vitiat processum, neq; sentẽtiã c. p. de iuram. calum. lib 6. Verum si illud petitũ fuerit, & non præstitum, vitiatur processus, & sententia Ferrar. in form. libell. actionis realis in gloss. per sacram. num 7. Vbi igitur fuerit petitũ iurari etiam ab altera partium, tunc non potest etiam tacitè remitti d. §. sed quia veremur. Mathesil. notab. 64. & probatur in cap. pri. de iuram. calumn. lib. 6. Alex. d. §. qui opus nu. 2. Marian. Socin. d. c. cæterum nu. 12. & est cõmunis opinio iuramentũ calumniæ nulla ratione omitti posse, vbi illud petitum fuit. Rol. cons. 71. lib. 1. Viuius decis. 109. num. primo. & idem asserit Socin. Iun. cons. 59. nu 1. lib. 2. vbi col. 2. inquit quod text. in d. §. sed quia veremur, intelligitur magis communiter

communiter secundum Doctores, quando per partem fuit petitum iurari: Et licet Vrsill. ad Afflict. decis. 265. num. 31. voluerit iuramentum calumniȩ omitti posse, etiam si petitum fuerit, tamen communis opinio, & obseruantia est in contrarium, vt per Viuium. decis. 109. num. 4. Quinimò si statutum requirat, vt iuretur de calumnia, illud intelligi oportet, si petatur Menoch. d. q. 20. in fine.

Supradicta autem ampliantur procedere etiã in summarijs, vt declarat Alex. in. l. qui bona. §. si alienn. ff. de damn. infect. Roland. cons. 71. n. 9. lib. primo. Extenduntur quoq;, vt neq; iudex remittere possit iuramentum calumniæ Menoch. d. q. 20.

6 Nam & iuramentum calumniȩ ex statuto, vel consuetudine remitti non potest. Ias. l. iusiurandum. §. qui iusiurandum. col. prima. ff. de iur. iur. Socin. Iun. d. cons. 59. col. fin. Menoch. d. q. 20. Rol. d. cons. 71. col. 2. Ferrar. in forma libell. in act. real. verb. per sacram. num. 8. Cort. in memoral. verb. iuramentum calumniȩ. Afflict. in constitut. in prælud. q. 11. num. 7. Afin. in praxi. §. 3. c. 30. num. 4 & est communis, vt per Kirchou. d. conclus. 97. Gaill. d. obseruat. 85. Caroc. de iuram. decisiuo. q. 13. principali, num. septimo. Viuius decis. 109. Quod autem dicitur consuetudine, vel statuto induci non posse, vt hoc iuramentum non prȩstetur, id verum esse intelligitur de iur. canon. cùm iure ciuili videatur contrarium, vt per Alber. d. l. secunda num. 26. vbi inquit ita vidisse seruari Bergomi, quo loco consuetudo est, quòd in causis non iuratur de calumnia.

Limitantur modò prædicta, vt expressè ab homine remitti non possit iuramentum calumniæ, secus à lege, vt in patrono, parentib. & similibus gloss. in. l. iusiurandum. §. qui iusiurandum. ff. de iur. iur. Curt. d. l. 2. num. 14. & 16. Caroc. de iuram. decisiuo. q. prima decimȩ quȩstion. princip. num. 23. Sed an iuramentum calumniȩ tolli possit lege, statuto, consuetudine, aut principis rescripto, latè tractat Anton. del Rè tract. de iuram. calumn. c. 13. quȩ quæstio tota pendet ab ea inuestigatione, an iuramẽtum sit de iure naturali, & diuino: quoniam tunc tolli non poterit, secus si de iure positiuo.

CLIX. RENVNTIATIO Feriarum.

S V M M AE.

1 *Feriæ, quare institutæ fuerunt.*
2 *Tempore feriato nullus compelli debet venire ad iudicium, nec litigare, & cur.*
3 *Ferijs renuntiari, an possit.*
4 *Repentinis ferijs renuntiari, an possit, & num. seq.*
5 *Ferijs à statuto, vel à principe inductis renuntiari non potest.*
6 *Ferijs repentinis per pactum renuntiari non potest.*
7 *Ferijs litigatorum causa in dictis, veluti messium, & vindemiarum renuntiari potest, & cur.*
8 *Feriarum messium renuntiatio extra iudicium valet.*
9 *Ferijs renuntiari potest per procuratorem.*
10 *Ferijs messium etiam tacitè renuntiari potest.*
11 *Feriarum renuntiatio tacita in vno, vel pluribus actib. iudicij non trahitur ad alios actus.*
12 *Renuntiatio feriarum valet ante sententiam, secus post.*
13 *Renuntiatio feriarum valet quoad ipsos litigatores renuntiantes, secus quoad alios.*
14 *Simplex feriarum renuntiatio, intelligitur de prȩsentibus, non etiam de futuris.*

ID beneficij ex ferijs capiunt rei,
vt feriaris diebus vacatio litium
sit. l. omnes iudices. l. omnes dies.
C. de ferijs. l. prima, & l. pridie. ff.
eod. Sic, & olim iustitium erat,
quod ius eo tempore staret nec
progrederetur. Gell. noct. acti. lib. 20. cap. primo:
item erant nefasti dies, de quibus Ouidius de Fa
1 stis. Feriæ institutȩ fuerunt, aut diuini cultus cau
sa, vt scilicet homines litibus, & fori iurgijs vacui
impensius diuino cultui operam darent. d. l. omnes dies. l. fin. C. de ferijs. c. fin. eod. Aut ob publicam causam, vt gaudium publicum luctusue publico iustitio celebretur, vt in ferijs, vt aiũt repẽtinis. l. sed & si per prȩtorẽ. §. si ferię. ff. ex quib. caus. maior. l. siue pars. C. de dilationibus. l. pri. l. à nullo. C. de ferijs: Aut deniq; hominum causa, vt feriæ messium, vel vindemiarum, quo tempore homines occupantur circa rem rusticam in colli-
2 gendis fructibus, Tempore ergo feriato nullus compelli debet venire ad iudicium, nec litigare. l. prima. in prin. ff. de ferijs c. fin. vbi DD. extr. eod. Nam per id temporis, vexari litibus nemo debet, vt à curis litium quis feriatus commodè vacare possit, aut Diuino cultui, si ferię ad honorem Dei: aut rei rusticæ, si messium vel vindemiarum feriæ inciderint, aut publicȩ causæ, vt in repentinis ferijs. Nam, & apud antiquos, lex talis erat, de religione: Ferijs iurgia amouento. Feriarum etenim festorumq; dierum ratio in liberis requiem habet litium, & iurgiorum: in seruis operum, & laborum Cic. lib. 2. de legib. Riual. in historia iuris ciuilis num. 33. cum sequenti.

Compelli tamen quis poterit ad iudicium
3 tempore quoq; feriato, si ferijs renuntiatum fuerit, cum scilicet renuntiari potest. Videamus ergo: an ferijs renuntiari possit. In qua re illud certum est, ferijs diuini cultus causa institutis renuntiari minimè posse, quoniam priuatorum causa non constituuntur. c. fin. de ferijs. l. fin. C. eod. c significauerunt de iudicijs. notat gloss. in. l. si feriatis in verbo, & voluntate ff. de ferijs in. c. sæpè. de verborum signifi. Specul. tit. de ferijs. §. nunc videamus. Felin. in. c. si diligenti num. 20. de foro compet. Bart. l. si feriatis, num. 2. ff. de arbitris. Ias. l. prima num. 4. ff. de ferijs. Socin. cons. 69. col. 2. lib. 4. Nam Deus, tum intimis sensibus, tum externo cultu est à nobis piè colendus, quod sanè non facilè præstari potest ab his, qui

huma-

humanarum rerum, & præsertim litium occupationibus detinentur, ideo id tempus feriarum præscriptum est, quo id commode effici queat, vnde sabatum, hebraicum nomen, latinè cessatio dicitur, vt s.l.z. fideles, & animo, & corpore in eam curam incumbant, vt festis diebus à negotijs, litibus, corporisq; laborib. feriati, Deum piè colant, ac venerentur.

4 Repentinis quoq; ferijs renuntiari non potest, vt pote quia ex publica non priuatorũ causa indicuntur. gloss. in clement. sæpè. in verbo, ob necessitates in fin. de verbo. signif. Specul. in tit. de ferijs. §. nunc videamus in prin. Felin. d. c. si diligenti nu. 20. DD. in. l. prima. C. de ferijs Castr. Alex. & alij in. l. prima. ff. eod. Bald. in c. conquestus. num. 8. de ferijs Alex. cons. 36. num. 6 lib. 2. Vant de nullitatib. tit. ex defectu iurisdictionis. num. 129. Martin. Garrat. tit. de princ. quæst. 410.
5 Thesaur. decis. 39. num. 7. Vnde renuntiari minimè potest ferijs à statuto, vel a principe inductis: quoniam illę constituuntur ob publicã causam cui à priuatis renuntiari minimè potest. Alex. cons. 36. col. fin. vers. secundo dicit. lib. 2. Verùm repentinis ferijs inductis ob superstitionem renuntiari poterit, secundum Bald. in. l. si ut proponis. prima. C. quomodo, & quando iudex. Sed
6 & renuntiari potest ferijs repentinis per pactum, vt limitat. gloss. in d. clem. sępè, & Io. Andr. ad Specul. tit. de ferijs. §. fin. Quæ tamen limitatio reprobatur per Zuccard. in. l. prima. col. 7. vers. ex hoc textu nota. C. de Pact. Quia etiam pacto priuatorum, ijs, quæ ex causa publicæ vtilitatis inducta fuerunt, minimè præiudicari potest.

7 Aliud dicendum est in ferijs litigatorum causa indictis, vt messium, vel vindemiarum, quibus haud dubiè renuntiari potest, vt quę priuata causa institutæ fuerunt. l. prima. ff. de ferijs. ibi pręsentibus illis, & sponte litigantib. & ibi Ias. & alij. l. si feriatis, vbi gloss. & DD. ff. eod. notatur in clem. sæpè. de verborum signif. Specul. d. §. nunc videamus. Felin. d. cap. si diligenti. nu. 20. vers. corollarium quartum. Bart. l. si feriatis. ff. de arbitris. Alex. post glossam in. l. prima. ff. de ferijs gloss. & Doctores in. l. omnes la secunda. C. de ferijs. c. fin. extr. eod. Alex. cons. 36. Viso. col. 3 lib. 2. Vant. de nullit. cap. 9. num. 130. Butrig. de renuntiat. iuris. tit. de beneficio feriarum. Thesaur. Bedemont. decis. 39. in prin. & num. 7. Quæ renuntiatio operatur, vt tempus feriarũ messium, vel vindemiarum fit vtile, & currat instantia. Alex. d. cons. 36. num. 6. Bald. cons. 467. Queritur. lib. primo. Imò dicta renuntiatio nocet etiam hæredi ipsius renuntiantis. Alex. cons. 188. Viso. n. 8. lib. 2. Poteritq; his ferijs renuntiari etiam si statutum negatiuè, & prohibendo loqueretur. Bald. in. l. prima. §. sed excipiũtur. ff. de ferijs. & cons. 213. nu. 2. in fin. lib. 2. vbi loquitur in statuto Cęsenę negatiuo.

8 Sed, & renuntiatio feriarum messium extra iudicium facta valet. Ias. in. l. prima. in fin. ff. de ferijs. Bart. d. l. prima. §. sed si prætor num. 2. & 4. vbi inquit ita communiter teneri. Vital. de clausulis. tit. An ferijs renuntiari possit num. 4. Vnde, & in contractib. renũtiari potest ferijs. Natt. in clem. sæpè. num. 297. de verb. signif. Possuntq; partes in instrumento futuris ferijs renuntiare. Specul. d. §. nunc videamus vers. quid si renuntiatio. Aret. in. §. idẽ iuris, vers. quæro, an valeat renuntiatio. Instit. de exceptionib. Signorol. in. l. postquam liti. col. 9. vers. in instrumentis C. de pactis. Alex. d. cons. 36. nu 7.

9 Imò ferijs renuntiari potest etiam per procuratorem. Alex. l. prima num. 10. ff de ferijs, & ibi Castr. quod maximè procedit si procurator sit cũ libera Alex. d. l. prima Aret. Instit. de exceptio. §. appellantur. col. 12. vers. quæro an procurator: Quod tamen intellige, nisi per procuratoris renuntiationem maximum fieret domino præiudicium, vt per DD. citatos.

10 Et non solum expressè renuntiare possunt partes ferijs, sed etiam tacitè Alex. l. prima. ff. de ferijs; & ibi. Ias. nu. 3. Specul. d. §. nunc videamus. vers. sed quid si iudex. Vnde qui de ferijs non excipit, tacitè eis renuntiare videtur. Alex. cons. 213. col. 2. lib. 2. Feder. de Senis. cons. 11. nu. 10. circa fin. Curt. Iun. cõs. 199. num. 13. lib. 13. Cranet. cons. 248. nu. 2. Feriarum ergo exceptio opponi debet aliàs processus valet Ias. l. prima in prin. num. 3. ff. de ferijs. Nam si tempore feriato messiũ, vel vindemiarũ, vtraq; parte comparente feratur sententia, censetur ferijs renuntiatum, cum partes comparentes eas non allegauerint, & processum passæ sunt. Io. de Imol. cons. 88 In casu pręmisso. Alex. cons. 213. num. 3. cum seq. vers nec potest. lib. 2. vbi inquit idem dicendum esse de quolibet alio actu, si citatus comparet, & non opponit. Renuntiatum quoq; tacitè censetur ferijs, si tempore feriarum sententiam ferri postuletur. Menoch. cons. 87. num. 24. Surd. cons. 8. nu. 22.

11 Sed illud hoc loco in quæstionem venit: An si quis in vno, vel pluribus actibus iudicij non opposuerit de ferijs, atq; ita tacitè illis renuntiauerit, in alijs actibus ex tacita renuntiatione excludatur, vt postea non possit ferias allegare: & in hac quæstione communiter DD. concludunt renuntiationem non extendi ad alios actus. Bald. in. l. prima. §. sed excipiuntur. ff. de ferijs, & ibi Alex & Angelus. Cur. Iun. d. cons. 199. Natt. cons. 659. num. 10. lib. 4. Zuccard. in rub. ff. si cert. petat. col. 12. vers. & pro hoc facit. Balbus. in communib. cent. 6. concl. 311. Mars. in prax. §. attingam. num. 19. vers. item adducit. Surd. de alimẽt. tit. 3. quæst. 16. num. 31.

12 Sed quod dictum est renũtiari posse ferijs, declaratur, vt renuntiatio valeat ante sententiam, secus post: quia tunc renuntiatio non conualidat actus tempore feriato factos. Castr. & Ias. d. l. prima. ff. de ferijs, per text. in. l. si expressim. ff. de appellat. Balbus in suis comm. cent. 4. concl. 313. pulcrè Bald. in. l. cum antea, ad finem. C. de arbitris. Felin. in c. significasti. col. 2. vers. tenementi. de foro compet.

13 Præterea feriarum renuntiatio valet, quo ad ipsos litigatores renuntiantes, non item quo ad alios. Quare testes etiam si partes renuntiauerint

ferijs

renuntiauerint ferijs non compelluntur feriato
tempore testimonium pro vllo ferre, possuntq;
ferias allegare gloss. in l. ōnes. 2. C. de ferijs & ibi
Bald. in fin., & in. l. fallaciter vers. item collige.
C. de abolitionib. & in cap. conquestus col. 2. de
ferijs. Castr. in, l. prima num. 5. vbi Alex. num. 8.
& 16. ff. de ferijs. Bald. in. l. actus, nu. 2. C, eodem
& cons. 467 lib. primo, & cons. 374. lib. 5. Afin.
de execut. §. 3. cap. 250. Et an testes de consensu
partium possint examinari die feriata, vide Fa-
rinac. de testib. quæst. 80. num. 57. Minusq; iudex
tempore feriato compellitur procedere, licet
partes renuntiauerint Bald. dicto cons. 374. &
dicto cons. 467. Thesaur. decis. 39. Sic, & arbi-
ter cogi potest procedere etiam feriatis diebus,
cum in compromisso renuntiatum fuit ferijs.
Bald. cons. 6. lib. p. cons. 374. lib. 5. Lanfranc. de
Oriano. de arbitris diuis. 7. quęst. 6. Castr. in l. p.
§. sed si prætor. num. 7. ff. de ferijs, Siquidem ar-
biter compromissum acceptando consentire vi-
detur, vt procedi debeat etiam tempore feriato;
secus si in compromisso renuntiatum nō fuisset;
sed postea partes renunciassent, vt per DD. alle-
gatos, & Castr. in d. §. sed si prætor.

14 Simplex autem, renuntiatio feriarū intelligi-
tur de pręsentibus, non etiam de futuris Ias. in. l.
prima, num. 29. & ibi Alex. num. 6. ff. de ferijs
Bart. in l. prima. §. sed si prętor. num. 3. ff. eodem.
Alex. cons. 188. num. 9. lib. 2. Aret. in. §. appel-
lantur. Instit. de except. Signorol. in. l. postquam
liti. col. 9. C. de pact. Marsil. in prax. §. aggredior.
num. 46.

CLX. RENVNTIATIO

Dilationum actoris, vel rei.

SVMMAR.

1 *Dilationes quare concedantur.*
2 *Dilationibus an, & quando renuntiari possit, vsq; in fin.*
3 *Dilationibus re integra renuntiari potest.*
4 *Dispositio Nou. Constit. Mediol. tit. de bonis ad crid. pon. traditur.*
5 *Quando dicatur res integra, vt renuntiari possit dilationib.*
6 *Statutaria vel legali dilationi renuntiari non potest, secus impetratę à iudice.*
7 *Dilationi data ex beneficio restitutionis in integrum, & iure speciali renuntiari potest.*
8 *Dilationi renuntiari potest, vbi altera pars renuntiauerit omnibus probationibus.*
9 *Dilatione concessa reo post terminum actori datum, cui actor renuntiauit, statim reo cedit terminus.*
10 *Minor renuntians probatorio termino tacitè, vel expressè, an restitui possit, remissiuè.*
11 *Renuntiare dilationi quomodo quis dicatur.*

Dilationū materia est amputādā.
l. 2. C. de temporibus appellat.
cum rei publicæ expediat,
vt quam citissimè lites expe-
diantur. l. properandum C. de
iudicijs. Verum illas dari ex-
pedit, ne nimia licentia liti-
gantes, lites protrahant, &
ideo certis, & diffinitis temporum spacijs dila-
tiones, & termini circumscribuntur, ne ius suum
prosequentes longo temporis interuallo eludā-
tur d. l. properandū. l. 2. C. de temporib. apellat.
clem. dispendiosam. de iudicijs. c. 2. de senten.
1 & re iudic. deinde actoribus idoneum tradi de-
bet spacium, quo se ad iudicium præparare; &
instruere possint, nec non reis, ne pręcipiti cele-
ritate iustę defensiones illis præripiantur. l. 1. ibi
spacium instructionis C. de dilat. c. fin. ibi tem-
poris spacium. eodem. Dantur quippe litigan-
tib. dilationes ad conuincendam illorum mali-
tiam, vt inquit text. in authent. iubemus. C.
de iudiciis. c. prout nobis, & ibi gloss. in verb.
conuincendam. de dolo, & contumacia. Item.
fauore iudicū, vt maturè iudicare possit, cum tpe
res perpēdatur, siquidem opportet iudicē cuncta
rimari. c. iudicātē. 30. q. 5. c. in prim. 2. q. 1. l. iudi-
ces cū authēt. iubemus C. de iudic. l. 2. C. de edēd.

Sed quoniam vidimus supra de ferijs; nunc
videndum erit de dilationib., quæ litigantib.
2 dantur, num slz. illis renuntiari possit, in qua
quęstione, variæ fuerunt opiniones. Namquidā
existimauerūt, quod actor nō possit vti ea dilatio-
ne, cui renūciauit reus, uidēs quod ipse actor vult
vti ea; & quod reus nō possit renuntiare dilatio-
ni sibi concessæ in præiudicium actoris, siquidem
actor vti potest dilatione concessa reo, & è con-
uerso, vt notat Bart. in. l. petendæ secundo nota-
bili. C. de temporib. in integr. restit. Specul. tit.
de dilat. §. vide. col. pen. vers. quid si reus, per
text. in. l. si post mortem. §. fin. ff. de bonorū pos-
sess. contr. tabul. Bald. in l. post quam col. vlt. C.
de pact. in. d. l. petēdæ. col. vlt. & in l. amicissimos
§. Lucius. ff. de excusationib. tutorum. Felin. in
cap. si diligenti. num. 32. corolario. 2. de foro
compet. Mihi placet ea sententia, quod slz. inuito
aduersario alter re integra possit dilationi pe-
titæ renuntiare Bart. in. d. l. petendę num. 5. per
tex. in. l. amicissimos. ff. de excusat. tutorum vbi
priuilegio quæsito alterius causa, non potest vti
quis in illius damnum, quam sententiam sequi-
tur Salic. in. d. l. petendæ. Bart. in. l. si iudex cir-
uento. ff. de minorib. & alij. Quare secun-
dum eos non obstat. d. l. si post mortem. §. fin. quo-
niam procedit cum quis vti vult contra alium
tertium, cuius facto non fuit illi beneficium con-
cessum, quæ sententia secundum supradictos
Doctores procedit re integra, quoniam non
potest dici hoc casu aduersario ius omnino quæ-
situm: Minusq; obstat secundum eos. l. si. iudex
circumuento. ff. de minorib. quoniam loquitur,
de iure speciali extraordinario, & cōtra ius com-
mune. Salic. d. l. petendæ num. 9. Alij voluerunt

renun-

renuntiari posse in præiudicium partis, per d.l.
si iudex, vt refert Salic. d. num. 9. Alij verò distin-
xerunt, vt re integra renuntiari possit in præiu-
dicium partis, secus re non integra arg. l. si pe-
cuniam in prin. ff. de conditio. ob. caus. Deniq;
plures voluerunt Indistinctè renuntiari nō posse,
quia statim concessa dilatione ius quæsitum est
aduersario, vt refert. Salic. d. loco Ego tamen
3 accedo illi sententię, quod re integra renuntiari
possit dilationi, vt mox dictum est; namq; re
non integra, cum dilatio sit communis vtriq;
parti renuntiari non potest aduersario inuito,
secus re integra. Bart. d. l. petendę. num. 5. in. l. si
post mortem. §. fin. num. 2. ff. de bonorum possess.
contr. tabul. in. l. sacris in fin. C. de proxim.
sac. scrin. lib. 12. Orian. cap. quoniam contra, &
c. 2. num. 6. de dilationib. Borgnin. decis. 21. nu.
9. parte prima. Salic. in. l. si quis iusiurandum
in fin. C. de reb. creditis. Osasc. pedemont. decis.
97. num. 4. Quare dilatio, quæ ab altero litigā-
tium impetratur, alteri quoq; ita prodest, vt in
illius pręiuditium renuntiare nequeat. Ias. in. l.
1. num 51. ff. de adoptionib. vbi communem in-
quit. Tiraq: de retract. Lignagier. §. 36. nu. 27.
Grauat. ad Vestr. lib. 5 cap. 4. num. 6. Boer. in sin
gul. in verbo, dilatio. num. 15. Nam cum
propter æqualitatem seruandam communis ef-
ficiatur. l. petendæ. C. de temporib. in integr. re-
stitu. illi renuntiari non potest, inuito eo, cui fuit
comunicata. arg. si arrogator. & ibi notat Bald. ff.
de adoptio. Omnis quippe dilatio communis est
vtriq; parti, notat Orian. c. quoniam contra c. 2.
de dilationib. Specul. tit. de dilationib. num.
14. Marant. in suo speculo. sexta parte principali
secundæ partis, actu secundo tit. de dilat. num.
18. notat Afin. in prax. §. 22. cap. 10. Cumia
in ritib. magnæ curiæ cap. 41. num. 5. Et si non
æqualiter in specie, vt notat Ias. in l. admonendi
lectur. prima. num. 66. ff. de iur. iurand. & ideo,
cauti aduocati non patiuntur suum clientem
renuntiare dilationi, nisi altera pars, item illi
renuntiet. Abb. In c. de testib. num. 7. vers. quęro
pro declarat. de testib. Nam terminus quilibet
communis est vtriq; parti, etiā si altera expressè
renuntiauerit. Carauit. in ritib. magnæ curiæ. ri-
4 tu. 90. incipiente item seruat ipsa curia. Hincq;
ex Constitutionib. dominij Mediolani. tit. de
bonis ad cridas ponendis. §. finitis in fin. ita sa-
pienter cautum est, cui termino in toto vel in
parte per contradicentem, vel contradicentes
renuntiari possit in sui dumtaxat præiudicium;
Ratio cur renuntiari non possit etiam in præiu-
dicium alterius partis, satis colligitur, ex. §.
proximè sequenti, dum ibi ita disponitur; Qui
terminus ipsi contradicenti, vel contradicentib.
assignatus, sit etiam ipsi ponenti communis.

Sed & eam distinctionem, aut res est integra,
aut id minus, sequitur Angel. in. §. fin minus,
col. 8. vers quæro si data est. Instit. de actionib.
post Salic. in d. l petendę nu. 9. vers. ista quæstio.
5 Res autem non integra dicitur forte, post quam
actor dederat articulos ad probandum, vel fece-
rat citari testes ad examinandum. Bart. d. l. pe-
tendæ, & ibi Salic.

Sed supra intellige in dilatione à iudice im-
6 petrata, secus si sit statutaria, vel legalis dilatio;
quoniam huic non potest renuntiari. Barr. in l. si
arrogator. n. 23. ff. de adoptionib. vbi Bald. & in l.
fin. num. 12. quęst. 7. ff. de ferijs. Cumia in ritibus
magnæ curiæ. cap. 76. num. 113.

7 Intellige secundò non procedere in dilatione
data ex beneficio restitutionis in integrum, &
iure speciali, quoniam tunc renuntiari potest per
text. in. d. l. si iudex circumuento. Bart. in. l. si post
mortē. §. fin. ff. de bonorū possess. cont. tabul. Ias.
in. l. si arrogator num. 54. ff. de adoptionib. &
quamuis hanc differentiam competentem de iu-
re communi, vel speciali, improbet idem Bartol.
in d. l. petendæ; tamen verius est, quod tradit in.
d. l. si post mortem, vt per. Vasq. de successionib.
parte prima lib. 3. §. 25. limit. 30 num. 6. In casu
sanè dictę l. petendę, ideo renuntiari non potest
dilationi, quia illius beneficium actor consequi-
tur beneficio legis sic disponētis, vt ęqualitas ser-
uetur, non etiam ex speciali iure Brun. de statut.
art. 10. nu. 8. & tradit Tiraq. de Retract. Ligna-
gier. in fin. tituli num. 27.

8 Intellige tertiò, nisi altera pars renuntiaue-
rit omnib. probationib. Ias. in. l. si arrogator. nu.
55. ff. de adoptionib. Paris. ad Bartolū in. d. l. pe-
tendę. textus est, & ibi notat. Angel. in §. quia
verò. authent. de restit. Francisc. de Cald. in. l. si cu
ratorem habens in verb. vel aduersarij dolo. C.
de in integr. restit. minorum.

9 Non est autem omittendum, quod si dilatio
concedatur reo post terminum actori, datum, ac
postea actor renuntiauerit suo termino, statim ce
dit terminus reo. Bald. in. l. fin. col. 1. vers. quæro
quid est dictum. C. qui admitti.

10 Sed an minor tacitè, vel expressè renuntians
probatorio termino restitui possit, latè tradit Go
mes. variarum resolut. tomo. 2. cap. 14. num. 5. vbi
latè tractat hanc quęstionem.

11 Renuntiare autem videtur dilationi, ac ter-
mino, qui facta sibi protestatione per partem fuit
in ea negligens. Lancellot. de attentat. cap. 7. nu.
27. Vel qui termino non paruit. Moron. de treug.
& pace. quæst. 118. num. 65.

Itaq; vt concludam hoc caput. Aut loquimur
de dilatione à iudice concessa speciali iure ip-
sius petentis: Aut de dilatione à iure communi,
aut municipali concessa. Primo casu rursus: aut
res dici potest integra, quia impetrans nundum
cœpit ea vti, & tunc renuntiari potest, etiam in
præiudicium aduersarij, secus si res non fuerit in-
tegra. Altero casu renuntiari non potest, vt iam
dictum est.

CLXI. RENVNTIATIO, *Probationum, & allegationum.*

S V M M AE.

1 *Probationum vis.*

2 *Renuntiatio probationum, an valeat.*

3 Renun-

3 *Renuntiatio probationum facta in iudicio.*
4 *Probationum renuntiatio extra iudicium facta.*
5 *Probationum renuntiatio ab vtraq; parte facta, & de conclusione in causa.*
6 *Probationum renuntiatio ab vna partium facta.*
7 *Probationibus simpliciter renuntians, an videatur renuntiasse omnibus probationibus.*
8 *Probationibus qui renuntiauit, an videatur renuntiasse confessioni.*
9 *Renuntians probationibus, an excludatur à probatione per inspectionem, vel à delatione iuramenti.*
10 *Renuntiatio probationum facta in vna instantia, non nocet in alia.*
11 *Probationum renuntiatio quid operetur.*
12 *Præsumptio legis duplex.*
13 *Præsumptioni, quando renuntiari possit.*
14 *Præsumptio. l. quintus. ff. de donat. inter. iur. & vxor.*
15 *Fictio quid.*
16 *Præsumptioni iuris, an possit tacitè renuntiari.*
17 *Allegationum renuntiatio.*
18 *Renuntiatio allegationum simpliciter facta.*

1 IN iudicio, negante aduersario, opus est probationib. quæ id põderis, & momẽti habent, vt qui probare non potest, iure carere dicatur. l. argẽtarius, §. cum autem ff de edendo. Bal. cons 67. num. 3. vers. & quia lib. 3. Cranett cons. 48. num. 4 Neq; enim satis est, vt ius non deficiat, sed & probatio deficere non debet. l. duo sunt Titij. ff. de testam. tutel. Bal. d. cõs. 67. quæ planè probari nequeunt, ea pro non gestis, neq; existentibus habentur. l. in lege. ff. de cõtrah. empt. Corne cons. 226, num. primo. lib. primo. Cranett. d. cons. 48. num. 4. Quinimò cùm probationes fiant ad iudicis instructionem. l. quingenta. ff de probar. ipsum iudicem adstringunt, vt secundum eas ferat sententiam gloss. in cap. primo. verb. contra, de re iudicat. lib. 6. l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præsid. & quia sententia ex probationib. fertur Marsil. in rubr. C. de probat. num 67. meritò is sententiam pro se sperare minimè debet, quod probare nequit. Probatio etenim, vt inquit Dhamuuder. in prax ciuil. c. 157. num. primo. est anima processus, ac vt inquit Bero. q. 50. num. primo; causæ victoriam, & decisionem respicit; vnde dicitur in. l. quoniam in fine. C. de hæretic. quòd probationum facultas augustari non debet.

Per textum igitur in d. l. quoniam, voluit gloss. in §. vltimo auth. vt sine prohibit. matres. quòd
2 renuntiatio probationum minimè valeat, vti aduersus publicam vtilitatem; quòd & voluit alia gloss. in auth. iubemus C. de iudic. in auth. at qui semel, in verb. producto C. de probation & in auth. de testib. §. quia verò. not. in auth, vt cum de appellat. cognoscitur. § sed & hoc. Et ideo dixit Bald. cons. 317. num. 2. lib. 4. quòd renuntiatio probationum non nocet.

Verùm quòd probationibus renuntiari possit notatur in d. §. sed & hoc, quod veriùs videtur per regulam generalem. l. si quis in conscribendo C de pact. & per id quod scribit Salic. in d. auth.
3 iubemus, oum. 3. Qua in re igitur ita dicendum videtur. Nam aut renuntiatio probationum fit in iudicio, aut verò extra. Renuntiatio probationum in iudicio facta valet c. de testibus c. cum venissent, & ibi gloss. de testib. & ita tenent Doctores, vt per Castrens. d. auth. iubemus num. 3. vers. breuiter, & ibi Bartol. Bald. Salyc. num. 3 & Iacobinus à S. Georg. n. 7. Felin. in cap. 2. de probat. col. fin. Purpur. in. l. pacta nouissima nu. 63. C. de pact.

Quod tamen declaratur, vt non procedat in causa status. l. 3. cum sequenti. ff. de liberal. causa. Salicet. d. auth. iubemus num. 3. nec non, vt per eum, in caus. criminal. Namq; reus non potest etiã cum iuramento in causis criminalibus renuntiare probationibus, vt notatur in. l. pactum inter. & dixi Renuntiat. 34.

4 Renuntiatio autem probationum extra iudicium non valet Bartol. Bald. Castr. Salic. & Iacobio. à S. Georg. in d. auth. iubemus. idem Bartol. in. §. sed & hoc num. 3. auth. vt cum de appellat. cognoscitur. quod tamen procedit quoties generaliter renuntiatur omnibus probationibus: quoniam eo casu non valet renuntiatio, vti contra bonos mores, & inuitans ad delinquendum Salicet. d. auth. iubemus num. 3. vers. circa pactũ, & ibi Iacobinus a S. Georgio num. 8. vers. sed tutius est. Felin cap. si diligenti num. 12. vers. alius casus de for. competent. Cæterum pactum speciale, videlicet, ne quid probetur per testes, an valeat, dicam Renuntiat. 163.

5 Cùm autem vtraq; pars renuntiauit probationibus: tunc in causa conclusum esse dicitur gloss. in. §. quia verò, in verb. concluserunt. auth. de testib. in cap. cum dilectus, & ibi DD. de fid. instrum. Specul. tit. de teste. §. fin. Abb. cap. pastoralis nu. 8. de causa possess. & proprietatis. Alex. cons. 67. In causa. num. 9. lib. primo. Bald. in d. auth iubemus col. vlt. & in. l. si accusatoribus nu. 18. C. de accusat. Felin. in d. cap. cum dilectus. Roman. cons. 176. Ias. in repetit. l. admonendi. num. 51. ff. de iur. iur. Nicons. in repetit. c. quoniam contra num. 1006. de probationib. Gaill. obseruat 107. lib. primo. Menoch. de arbitr. iudicum. q. 35. in principio. Surd. cons. 8. num. 11. lib. primo. Nam latè loquendo, etiam quoad iuris effectum renuntiare, & concludere in causa idem est. Bero. in cap quoniam contra nu. 210 de probation. Et si secundum eum secundum proprietatem verborum aliqua differentia videatur. & not. in cap. quoniam contra, & ibi Aret. nu. 8. de probation. Æquiparantur sanè conclusio in causa, & renuntiatio facta probationibus Zabarell. cons. 23. In causa in principio.

6 Verùm renuntiatio probationum ab vna partium tantum facta, non habet vim conclusionis in causa Bald. in addit. ad Specul. tit. de teste. § fin. vers. quid si vna pars. in auth. at qui semel, col 4. vers. quid si vnus C. de probationib. Renuntiatio etenim probationum, vt vim habeat conclusio-

clusionis in causa. Primum exigitur, vt fiat ab vtraq; parte, vt dixi. Deinde vt sit renuntiatum omnib. probationibus. Felin. d. cap. cum dilectus. n. 27. Cum igitur renuntiatum fuit siue expressè, siue tacitè ab vtraq; parte omnibus probationibus, dicitur facta conclusio in causa, quę claudit os partibus. Capic. decis. 35. in fine. et si conclusio in causa, fiat etiam aliter: nempè legis dispositione. Bald. l. si accusatorib. in fine C. de accusationib. Felin. d. cap. cùm dilectus numer. 28. Menoch. de arbitr. iudicum quęst. 35. num. 6. vel etiam cum iudex expressè terminum ad probandum statuit, vel partes citauit ad audiendam sententiam. Felin. d. cap. cũ dilectus num. 29. Menoch. d. q. 35. n. 6. Nam & renũtiatum censetur probationib. per lapsum dilationum, & termini ad probandum, & probatum habendũ. Alex. cons. 101. viso processu num. 4. lib. 2. & cons. 198. num. 9. lib. 7. Fulgos. cons. 138. col. 3. in principio. Siquidem conclusio in causa fit, cùm litigãtes renuntiant omnibus probationibus, siue tacitè, siue expressè c. cum dilectus vbi DD. de fid. instrumentorum. Menoch. d. q. 35. num. 4. Vnde si ex constitutionib. aut iure municipali præfigatur terminos ad probandum, eo elapso censetur renuntiatum probationib., & conclusum in causa Bald. d. l. si accusatoribus in fine, & cons. 67. Quia lib. primo. Felin & Menoch. dictis locis. De renuntiatione tacita ex temporis lapsu dixi lib. 5. cap. vit.

7 Probationib autem simpliciter renuntians, videtur renuntiare omnib. probationibus Specul. tit. de positionib num 9. atq; excluditur ab omni probatione: parsq; aduersa non tenetur respondere positionibus renuntiantis. Castr. in rubr. C. de probation. in fine. sequitur. Roland. cons. 88. n. 31. lib. 3. Siquidem post renuntiationem probationum non possunt fieri positiones à renuntiante Specul. tit. de positionib. § 4. num. 7. Mascar. de probat. conclus. 1176. verb. positiones. nu. 36. Positiones quippe pertinent ad probationem Specul. titul. de dilat. §. fin. vers. item quid si datus. Neq; debent amplius admitti articuli ad probandum. Ias. in repetit. l. admonendi. nu. 17. ff. de iur. iur. & in. l. patre furioso, num. 18 ff. de his, qui sont sui, vel alieni iur. minusq; instrumenta produci poterunt Mynsing. cent. 6. obseruat. 56. num. 3.

8 Verùm qui probationibus renuntiauit, non videtur renuntiasse confessioni partis, sed iuuari poterit illius confessione. Specul. tit. de position. §. 4. vers quid si. Bald. in auth. qui semel. C. quomod. & quand. iudex & in rubr. C. de probation. col. 2. Felin. in rubr. extr. eod. col. penult. Ias. cons. 149 col. 2. lib. 4. in l. si duo patroni §. idem Iulianus num. 10. ff de iur. iur. Cranetr. cons. 622. num. 16. Grat. cons. 152. num. 10. lib. 1. Osasch. decis. 97. num. 8. Roland cons 88. num. 8. lib. 3. Marsil. c. at si clerici nu 19. de iudicijs. Surd. cons. 111. num. 4. lib. primo. Mascard. de probat. conclus. 1223. num. 13.

9 Sed & qui renuntiauit probationibus non excluditur à probatione per inspectionem, seu per euidentiam rei. Bal. d. l. si quis testibus in fine, & ibi Salicer. C. de testib Roman. in rubr ff. de arbitr. Alex. in l. Publia. ff. depos. Mascard. de probat. num. 56. Seraphin. priuileg. iuram. 102. num. 12. Nam & si renuntiatum sit probationibus, & in causa conclusum, debent tamen iudices accedere in rem præsentem Alciat. l. pslam num. 5. ff. de verb. significat. Quinimò exclusus à probando, non videtur à delatione iuramenti exclusus. Bald. in auth. sed nouo iure, circa finem C. si certum petatur. Purpur. in. l. manifestè num. 6 ff. de iur. iur. Præterea & si probationib. renunciatum sit, tamen adhuc produci poterit in teste uir religiosus, vel alius probatissimæ opinionis, & cui nihil opponi possit Specular. tit. de instrum. edit. § fin. vers. sed quid si debitor. Guier. l. nemo potest. num. 135. ff. de leg. primo.

10 Sciendum quoq; est, quòd renuntiatio probationum facta in vna instantia, in dubio non nocet in alia. Specular. tit. de renuntiat. col. 2. vers. hoc autem scias. Beroius in cap. quoniam contra. num. 218. de probat. Vnde licet in causa principali renuntiatum fuerit omnib. probationibus, tamen possunt adhuc fieri in causa appellationis Innocent. c. cum venissent num. 3. de testib. Salicet. l. per hanc. num. 5. vers. expeditis. C. de tempor. appellat. Ias. l. in pecuniarijs. num. 4 ff. de ferijs. Neuizz. cons. 19 num. 28. Mascard. conclus. 1165. num. 40.

Quod tamen intellige, nisi in causa principali renuntiatum fuerit iuri, de quo fit probatio: quoniam tunc renuntiatio nocebit etiam in causa appellationis Bal. l. 3. C. de fid. instrumentorum.

11 Operatur autem renuntiatio probationum, vt is qui renuntiauit non possit vti dilatione concessa alteri parti ad probandum, & si alias dilatio debeat esse communis auth. iubemus, & ibi DD. C. de iudic. Paul. de Castr. l. petendæ nu. 9. C. de tempor. in integr. restitur. & Ias. l. si arrogator num. 5. ff. de adopt.

Cum autem præsumptio iuris, sit vera, & propria probatio, vt docuit Menoch. de præsumpt. lib. primo q. 36. uideamus an, & quando ei renun-
12 tiari possit. In qua re sciendum est præsumptionem legis duplicem esse, nempe præsumptionẽ iuris, & alteram quę dicitur pręsumptio iuris, & de iure. Præsumptio iuris tantum, est probabilis coniectura, quæ alio non adducto pro veritate habetur, vt per Alciat. in tract. de præsumpt. in pręlud. p. 3. num. primo; quem sequitur Simanc. Catholic. institut. titulo 50. de pręsumpt. num. 6. Nam vbi lex nihil statuit super præsumpto, est præsumptio iuris tantum; Vnde præsumptio. l. filium. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur., & l. si chyrographum. ff. de probationib. cum similibus. dicitur præsumptio iuris tantum; & contra hanc admittitur probatio in contrarium. l. siue possidetis, & ibi not. C. de probation. Altera præsumptio iuris, & de iure, est vbi lex aliquid præsumit, & super pręsumpto tamquam re certa statuit gloss. in d. l. siue possidetis. Alciat. de præsumpt. in prælud. p. 2. num. 3. per cap. 15. qui fidem, de spõsalibus. Et hęc ideo dicitur præsũptio

Iuris, quia est à lege ipsa inducta, de iure autem dicitur quia super tali præsumptione lex inducit firmum ius, & lex eam habet pro veritate, vt declarat. Bald. in l. siue possideris num. 6. C. de probat. quem sequitur Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 3. & alij quos ibi refert. Vnde hæc non admittit probationē in contrariū, vt in d. cap. is qui fidē: in l. antiquæ. C. ad Velleian. in l. fin. C. arbitr. tutel. Vbi verò lex præsumit, & præsūptio est iuris, & de iure: tūc partes renūtiare nō possūt huiusmodi dispositioni, quæ dicitur dispositio legis, & nō hominis, vt per Menoch. de præsūptionib. lib.
13 1. q. 46 nu. 22. Ex quibus infertur, quòd statuto præsumenti solutionem post certum tempus, renunciari non potest per partes, etiam pacto expresso, vt singulariter inquit Cuman. in. q. incipiente, vila copia. vers. circa secundum, & refert. Parif. in addit. ad Bartol. in l. omnes populi, nu. 24. ff. de iust. & iure. Quod est notandum ad statutum Mediol. cap. 112. de scripto manu debitoris. vbi si quis non petierit ex scripto manu debitoris infra annos 12. scriptum illud est nullius valoris, & momenti, & præsumitur esse solutum. Estq; notandum ad statutum, quòd præsumit cōtractum, seu instrumentum fictitium, quòd fanè valet, vt per. Bartol. d. l. omnes populi. n. 24. Altero autem casu, vbi est præsumptio iuris tantum; tūc si lex præsumit aliquid actum à partibus, cui ipsæ partes renuntiare non possunt, hoc casu renūtiari non potest, vt per. Menoch. de præsumpt. lib. primo. q. 46. num. primo. Nam huiusmodi dispositio, hominis, non legis dicitur. Alciat. de verborum significat. lib. 3. num. 38. vers. secundus casus. Et ideo testator non potest prohibere ius accrescendi, quod est omni lege præsumptum, concurrente tacita testatoris voluntate, vt per eū post. Rip. in l. si infulam num. 60. ff. de verb. obligat. & Alciat. in l. 4. §. Cato. n. 82. ff. eod. Idemq; dicendum est, quando lex non habito respectu ad præsumptam partium voluntatem, aliquid inducit, vt per. Menoch. d. q. 46. in tertio casu. Cęterū vbi lex prçsumit aliquid esse actum inter partes, de quo possunt disponere, tunc renuntiare potest. Menoch. d. q. 46. in secundo casu. Et hęc dicitur dispositio legis, & ideo vbi lex prçsumit, quod est de natura contractus, tunc partes renuntiare possunt, vt habetur in. l. cum. quid. ff. si certum petatur. Qua ratione etiam præsumptioni. l. Quintus. ff. de donat. inter uir. & vxor. quòd acquisita per mulierem, constante matrimonio, præsumantur in dubio acquisita de bonis mariti, vt euitetur præsumptio turpis quæstus, renuntiari potest. Imo huiusmodi præsumptio tollitur confessione mariti, qui renuntiare potest. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 51. num. 18. Et hoc verum, vbi agitur de præiudicio mariti tantum, secus si agatur de præiudicio tertij, vt per eum.
14 num. 29. & 31. Quare ex dispositione statut. Mediol. c. 269. prohibetur renuntiatio per maritum. Imo si alienans rem suam expressè voluerit, vt ea acquiratur vxori, non etiam marito, valet pactum, etiam non obstante statuto, vt consuluit. Ploc. affinis meus cons. 16. num. primo.

Namq; expressè conuenire potest, vt finita conductione, non censeatur facta reconductio, & renuntiare præsumptioni dictæ. l. Quintus. Gozad. l. 2. num. 167. C. de pact. inter empt. & vendit. sequitur Menoch. de præsumptionib. lib. 3. præsumpt. 85. num. 41. Imo conductor finita locatione tenetur intimare domino, quod non intendit continuare. Bald. l. prima. §. fin. ff. de eo, qui pro tutor. refert, & sequitur. Iaf. in. l. si ex legati causa, num. 14. vers. septimò signanter limita. ff. de verb. oblig.

15 Quod verò attinet ad fictionem, ea dicitur legis dispositio, cui renuntiari non potest, vt expressè tradit. Menoch. de præsumpt. lib. primo. q. 8. num. 19. Imo quando lex procedit fingendo, protestatio, etiam in contrarium facta, nihil operatur, cum omnis fictio sit contra veritatem. Roger. de protestatio. §. 6. numer. 23.

16 Non est tamen omittendum, quòd præsumptioni iuris potest etiam tacitè renunciari, eam non allegando: quoniam quoties lex aliquid præsumit, id dicitur allegari, aliàs minimè iuuat præsumptio. l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. ff ad. l. Iul. de adulter. Crauet. cons. 258. Efficaciora col. vlt. Sed quando præsumptio iuris & de iure, vel iuris tantum allegari debeat, copiosè tradit. Menoch. de præsumpt. lib. primo. qu. 47. Propterea illuc te remitto.

Allegationes autem in iure, aut in facto, & in probationibus accipi possunt, vt inquit gloss. in. §. sed & hoc vers. allegationes. auth. vt cum de appellat. cognosc. & ideo allegare est intentionem suam iuribus, & statutis confirmare, vt trad Specul. in titul. de disputat, & allegat. §. 2. per tex. in cap. inter dilectos de fid. instrum. in. §. aliorum 9 q. 3. Fiunt autem allegationes iuris, post probationes ante conclusionem in causa ad instruendum iudicem. Planè vt inquit. Baldus in auth entic. iubemus in principio, per allegationes iuris animus indicantis ad cognoscendam veritatem adducitur, & ideo partium interest allegationes in scriptis dare. l. in dies. C. de iudic. & qui non dedit læsus dicitur, & minor ad allegandum restituitur. l. minor viginti quinq; annis omissam. ff. de minoribus.

17 De renuntiatione allegationum, habetur in d. authent. iubemus in principio, vbi allegatio accipitur, non quę in facto est, sed ea, quæ in iure posita est, per Doctores ibi: ex quo textu adnot. gloss. & Doctores ibi valere renuntiationem allegationum iuris, vt per. Angel. ibi nu. 2. Aretin. num. primo, Corne. & alios. & idem habetur in. §. si & hoc, & ibi gloss. & Bartol. auth. vt cum de appellat. cognosci.

18 Sed an renuntians allegationibus simpliciter, intelligatur renuntiare allegationibus iuris, vel facti, dubitatum fuit, vt per Beroum capit. quoniam contra. numer. 217. de probationibus. Sed communiter receptum est, vt videatur renuntiare allegationibus iuris, non etiam facti. Alberic. dicta authent. iubemus, vbi

vbi inquit ita communiter obseruari. Aret. cap. cum venisset circa finem. de testibus. & facit Bartol. in. l. consentaneum. col. fin. C. quomodo, & quando index. vbi voluit simpliciter loquentem de allegationibus, intelligi secundum communem stylum iudiciorum de allegationibus iuris, quod rationem habet: nam allegationes propriè dicuntur, quæ in iure fiunt per aduocatos. l. vnica. C. quæ desunt aduoca. Renuntiatio itaq; allegationum accipi debet de allegationibus iuris, nisi aliter ex coniecturis appareat. Paul. de Castro dicta authent. jubemus. Nam & secundum communem vsum loquendi allegationes dicuntur illę, quæ fiunt in iure. Est tamen sciendum, quod renuntiatio allegationum non excludit quin iura, & leges etiam allegari possint vsq; ad sententiam: quoniam renuntians allegationibus iuris, & legum, non videtur renuntiasse legibus pro se facientibus. Quinimò illę semper allegari possunt, etiam non obstante renuntiatione. Bartol. in dicta auth. iubemus. num. 3. per. l. ornamentorum. ff. de aur. & argent. legat. cum simi lib. Paul. de Castr. in d. auth. iubemus, & ibi. Aret. Angel. Bald. Corne. Iacobin. de S. Georgio, & alij omnes, vt per Curt. Iun. ibi num. 5. Bero. in d. cap. quoniam contra num. 217. Afin. in prax. §. 12. cap. 13. Quæ sententia confirmatur ex eo, quod scribit Bald. in d. auth. iubemus num. 9. vbi monet, quod nunquam potest claudi os alicui, quin possit allegare leges, licet sit conclusum in causa, sequitur. Ias. in repetit. l. admonendi. nu. 64. vers. item adde. ff. de iur. iur.

Sed quamuis post renuntiationem allegationum, iura allegari possint, tamen iudex non cogitur allegationes audire. Angel. d. auth iubemus in principio.

Quinimò licet pars non alleget iura, vel leges, tamen iudex debet ex officio suo supplere, vt habetur in titul. C. vt quæ desunt aduoc. Bald. d. auth. iubemus, quartò notab. Et quamuis post renuntiationem allegari etiam possint iura, & leges, tamen renunciatio operatur, vt renuntians non possit postea allegare etiam intra terminum concessum diuersæ parti allegare volenti d. auth. iubemus, & ibi Angel. Et ideo quamuis aliàs dilatio communis esse debeat. l. petendæ. C. de tempor. in integr. restit. tamen parti, quę renuntiauit allegationib. dilatio communis esse non debet. Bald. d. auth. iubemus, & ibi Paul. de Castr. Corne. & Iacobin. de S. Georgio. Operatur pręterea renuntiatio, vt non teneatur iudex statuere renuntianti dilationem ad faciendas allegationes quãuis allegari possint vsq; ad sententiam. Bartol. d. auth. iubemus. nu. 3. & ibi. Bald. Aretin. Berous d. capit. quoniam contra. num. 217. Operatur quoq; renuntiatio, vt iudex non teneatur allegationes iuris, post renuntiationem factas in acta redigere; aut cum actis transmittere. Paul. de Castro dicta authent. iubemus, vbi inquit hanc bonam practicam esse menti tenendam, & ibi. Baldus. num. 4. Curt. Iun. num. 5. & 6.

CLXII. RENVNTIATIO Testium, vel instrumentorum.

SVMMAE.

1 *Probationem, quæ faciunt.*
2 *Instrumenta, & depositiones testium eandem vim obtinent in exercendis litibus.*
3 *Probationi testium, & instrumentorum renuntiari non potest extraiudicialiter, aliàs secus.*
4 *Renuntiatio attestationum non excludit probationem faciendam per instrumenta, & allegationes.*
5 *Pars quæ renuntiauit productioni testium, non poterit alios producere.*
6 *Renuntiatio facta in iudicio, non extenditur ad testes, quos tunc temporis se habere ignorabat.*
7 *Publicatis attestationibus, non possunt testes produci.*
8 *Renuntiare quis potest instrumentis iam productis, si hoc dicatur expressè.*
9 *Renuntiatio instrumenti operatur, vt videatur renuntiatũ tãtum probationi faciendæ per instrumentum, non autem debito, & obligationi, quæ continetur in ipso instramento.*

1 PRrobationem facit, & uiua vox, & mortua, hoc est testes, & instrumenta gloss. rubr. C. de fid. instrument. not. in. §. si quis igitur. auth. de instrum. caute. Testimoniorũ vsus frequens est, & necessarius. l. prima. ff. de testib. atq; testium probatio est naturalis, cum altera probatio, nempè instrumentorum sit contra naturam: nam prodigiosa res quodammodo videtur, vt corio animalis mortui credatur. Innoc. c. cum P. de fid. instrum. Dec. in rubr. nu. 2. extr. de testibus. Mascat. de probationib. q. 6. num. 3. Est quippe in humanis reb. maximus vsus testium, cùm sint innumerabiles res, quas à nobis ignorari necesse sit, nisi eas ex testium fide cognoscamus.

2 Fides autem instrumentorum, & depositiones testium eandem vim obtinent in exercendis litibus, vt inquit text. in. l. in exercendis. C. de fid. instrumentorum. c. cum Ioannes extr. eod. Nã & si maximè controuersi iuris sit, propter Doctorum varias opiniones probationem testium, vel instrumentorum vtra validior, ac dignior sit, vt refert latè. Mascard. de probat. d. q. 6. Tamen illud satis constat, ad probationis effectum eandem vim obtinere testes, & instrumenta, vt declarat. Bartol. in. l. 2. § item Labeo. nu. primo. ff. de aqua. pluu. arcend.

Cæterum circa modum, & rationem probandi hæc inter se differunt. Bartol. d. loco, atq; inter se, vt excedẽtia, & excessa, vt per. Mascard. de probat. q. 5. num. 14.

3 Probationi testium, & instrumentorum renunciari non potest, sed renuntians testibus, & instrumentis, etiam non obstante renuntiatione, poterit testes, & instrumenta producere; gloss. in auth. iubemus C. de iudicijs. & ibi not. Ias. num. 3. alia gloss. in. §. quia verò. auth. de testibus. auth. ut qui semel. C. de probationib. & in. §. quia verò auth. vt fine prohib. matr. Quod tamen Doctores intelligunt procedere cùm renuntiatio fit extra iudicium, vt per Doctores in d. auth. iubemus, & ibi Bartol. Angel. Paul. de Castr. Ias. nu. 5. Iacobin. à S. Georgio num. 7. Curt. Iun. num. 11. vbi inquit hanc esse magis communem opinionem. Fulgos. l. ne quisquam nu. 2. ff. de edendo. Sed de renuntiat. testium, vel instrumentorum extra iudicium, dicam. Renuntiat. proxima.

Verùm in iudicio renuntiari potest productioni testium, & instrumentorum per regul. l. si quis in conscribendo. C. de pact. ita DD. in d. auth. iubemus, vbi Bartol. Bald. Angel. & Salic. Ias. num. 6. Iacobin. à S. Georg. num. 7. Curt. Iun. num. 18. Felin. cap. si diligenti num. 11, vers. secundus casus. de foro competenti. Fulgos. d. l. ne quisquam num. 1. Afin. in prax. iudiciorum. §. 12. cap. 12. limit. 2. Nã de testium renuntiatione habetur in c. cũ venissent. in cap. de testibus. extr. de testibus. Et de instrumentorũ renuntiatione habetur in cap. cũ dilectus de fid. instrumentorũ. in. l. 3. C. eod. Ratio autem cur renuntiatio probationis testium, & instrumentorum in iudicio valeat, extra iudicium non item, illa est: quoniam actus qui fit in iudicio validior est eo, qui fit extra iudicium. l. cum ostendimus in fin. ff. de fideiussor. tutor. vt trad. Curt. Iun. in d. auth. iubemus num. 22. vbi inquit hanc rationem esse vnicam. Ego tamen existimauerim illam esse veram rationem, quòd renuntians in iudicio renuntiare videtur probationibus, quę iam competunt; renuntians verò extra iudicium, renuntiat facultati probandi per testes, & per instrumenta, quod sanè videtur restringere probationum facultatem, vt per gloss. in d. §. quia verò, & dicam renuntiat. proxima.

Quod tamen diximus valere in iudicio renuntiationem testium, & instrumentorum, non procedit in causis criminalibus. Castr. in auth. at qui num. 14. C. de probationib. Ias. d. auth. iubemus. num. 7. Vel vbi qualitas, & spectata fides testium aliud suadere potest. Specul. tit. de instrum. edit. §. fin. vers. sed cum debitor. Ias. auth. iubemus numer. 7. versic. secundò, & ibi Curt. Iun. num. 20. versic. & istam secundam, vbi tamen dubitare videtur.

4 Verùm renuntiatio attestationum, non excludit probationem faciendã per instrumenta, & allegationes Abb. cap. licet num. 18. de probat. Neque videtur renuntiare productioni instrumentorum, idem Abb. in cap. pastoralis nu. 8. de caus. possess. & proprietat. Et renuntiatio productionis testium non operatur renuntiationem allegationum iuris, Butr. c. gratum. de off. del g.

5 Ex quibus rectè fit, vt renuntiatio productionis testium fit terminus exclusiuus eorum productionis. Hinc partes post renuntiationem non possunt amplius redire ad illos examinandum. Quam regulam negatiuam trad. Farinac. tract. de testib. qu. 75. cap. 6. num. 275. per totum, vbi latè declarat, vt illic videre omnibus promptum est. Namq; testis deponens post renuntiationem productionis testium, non probat. Innoc. cap. constitutus 2. de testibus, & latè declarat Campeg. de testib. reg. 175. & 271.

Planè pars, quæ renuntiauit productioni testium, non poterit amplius testes producere, quamuis diuersa pars possit. Quare cauti aduocati non patiuntur partem suam renuntiare, nisi altera quoq; pars renuntiet Abb. cap. de testib. ol. 2. vers. quæro pro declaratione, vbi Felin. in primo notab. de testibus.

Nam quoties vna pars tantum renuntiat, si altera pars habet dilationem, pars renuntians non potest ea vti, sed vti poterit solum pars non renuntians. Bald. l. petendæ. C. de tempor. in integ. restit. Felin. d. cap. de testibus. nu. 12. Vnde quod dicitur in auth. iubemus. C. de iudicijs, & in d. l. petendæ. Nempè quòd dilatio commissa vni parti intelligatur communis vtriq;, ita procedit, si pars non renuntiauit productioni testium Felin. d. c. de testib.

6 Declara tamen, vt renuntiatio testium facta in iudicio, non extendatur ad testes, quos tunc temporis se habere ignorabat. Castr. in auth. at qui num. 14. C. de probat. Prætereà declara, vt renuntiatio productionis testium facta in Prima instantia non se extendat ad causam appellationis, quia super nouis capitulis produci poterunt testes. Abb. in capit. fraternitatis, vbi Aret. in 4. notab. & Paris. numer. 3. de testibus.

7 Sed & renuntiari potest tacitè in iudicio testium productioni, nempe consentiendo publicationi Abb. & alij in d. cap. fraternitatis. Vnde publicatis attestationibus, non possunt testes produci Campeg. de testib. reg. 176. Publicatis. Sola enim publicatio, ex vi tacitæ renuntiationis, est terminus exclusiuus, etiam quod producere volens, testificata non didicerit. Paris. in repet. dicti cap. fraternitatis num. 64. vbi inquit hanc esse magis communem sententiam. De qua re uid. Farinac. de testibus q. 75. cap. 8. Nam paria sunt renuntiare testibus, & consentire publicationi d. cap. de testib. in fin. & ibi Felin. not. Alex. cons. 84. num. 2. lib. 4. Rimin. Sen. cons. 649. num. 2. Surd. cons. 8. num. 20. cons. 176. num. 6.

Sed & infertur, quod principalis, qui renuntiauit vsui testium, non tenebitur de falso. Bald. l. fin. C. si ex fals. instrum. Capic. decis. 67. in fine, & declarat. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 319. nu. 28. Verùm voluit Bald. in. l fin. num. 13. C. si ex fals. instrum. quòd testes quibus renuntiatum fuit, tenentur de falso: quoniam quoad eos delictum dicitur. l. si quis legatum. ff. ad l. Cornel.

de

de fals. facit. l. si aduersarius. C. de fid. instrum. Sed contra dictum Baldi facit, quod falsitas, quæ non nocet nõ est punibilis. l. domus. C. de fals. Afflict. decis. 404. num. 9. Sed dici potest hoc casu testes pœna puniri posse, non tamen pœna ordinaria, sed arbitraria, per id, quòd scribit Afflict. d. decis. 404. num. 13. Quapropter Bart. in. l. si aduersarius, in fine. C. de fid. instrum. tradit cautelam, vt quamprimum quis cognouit aliquem ex testib⁹ à se productis falsum deposuisse, debeat statim renuntiare vsui illius testis, quoniam hac ratione renuntians non tenebitur de falso, tamquam vtẽs dicto falsi testis; quod tamen est verum, nisi ipse sciens falsum testem produxerit, vt per eum. Vnde renũtiare etiam potest ipsis instrumentis productis. l. si aduersarius. C. de fid. instrumentorum vbi Bartol. Doctores in d. auth. iubemus. Angel. l. ne quisquam. num. 3. ff. de edendo. Afin. d. c. 12. vers. ampliatur. Castr. auth. atqui. num. 14. Quinimò instrumentis renuntiare potest etiam is, qui ignorat quid in illis contineatur, modo tamen ex certa scientia id faciat, & specificè renuntiet beneficio ignorantię Bald. in. l. qui iure. ff. de militar. testam. Bursat. cons. 431. num. 29.

8 Præterea instrumentis potest quis renuntiare, etiam postquam ea produxit, si hoc dicatur expressè, secus si implicitè renuntiauerit instrumentis quoniam hoc casu intelligitur de producendis, non de productis, ac videatur sibi contrarius Castr. d. auth. iubemus num. 5. Cum autem renuntiatur instrumẽto, quod fuit de falso accusatum, tunc renuntians videtur confiteri illud esse falsum, quamuis euitet pœnam falsi, vt per Doctores in d. l. si aduersarius. Aliud tamen est si aduersus instrumentum falsitas apposita non fuerit. Socin. cons. 24. num. 10. lib. primo.

Nam quoties producitur instrumentum, quòd ex certis indicijs ab aduersario negatur esse verum, tunc cõgitat producens probare id esse verum, & si non poterit probare contra obiectionẽ, de falso punitur, vt falsarius. l. fin. C. ad l. Cornel. de fals. Quare producenti instrumentum, hoc remedium competit, vt possit renuntiare vsui instrumenti producti, quod si fecerit euitabit falsi pœnam. l. si falsos. C. ad. l. Cornel. de fals. Sed id intelligi debet de eo, qui nõ fabricauit, aut fabricari fecit falsum instrumentum, sed tantummodo instrumento falso per alium fabricato vtitur; quoniam fabricans falsum instrumẽtum, & si eo non vtatur punitur, vt falsarius, quoniam delictum falsitatis est perfectum d. l. si falsos. & ideo non est amplius pœnitentię locus. l. qui ex mente. ff. de furt. Quinetiam renuntians vsui instrumenti propter obiectionem falsi, videtur tacitè fateri instrumentum non esse verum d. l. si aduersarius, & ibi not. & ideo illa confessio operatur, vt eo instrumento in eo iudicio, in quo renuntiauit, nec contra quemuis alium, alio etiam iudicio renuntians vti possit, vt per DD. d. l. si aduersarius. Cęterũ vbi contra instrumentum minimè obiecta fuit falsitas, tunc illi renuntians non poterit eo instrumento vti in eadem instantia, sed in alia, vt per Bartol. d. l. si aduersarius.

Pręterea quamuis instrumentum producẽs apud acta, videatur fateri omnia contenta in eo arg. d. l. si aduersarius. l. cum precibus C. de liber. caut. quam conclus. ponit Mascard. de probat. conclus. 915. tamen id fallit nisi statim producens re integra renuntiauerit productioni Mascard. d. conclus. 915. num. 5. est tamen aduertendũ, quòd producens instrumentum in iudicio, non potest postea renuntiare, & pœnitere in præiudicium aduersarij, quoniam productione in iudicio, factum est commune. ita ex communi sententia inquit Mynsing. centur. 6. obseruat. 76. Sic & pars, quæ testes iuratos produxit in iudicio, non potest altera parte inuita, illis renuntiare, & eorum productioni: quoniam productione effecti sunt communes, & altera pars petere potest, vt examinentur. Boer. decis. 245. nu. primo. Gutet. l. nemo potest. num. 131. ff. de leg. primo.

9 Renuntiatio autem instrumenti operatur, vt videatur renuntiatũ tantum probationi faciendæ per instrumentum, non etiam debito, aut obligationi, quę continetur in ipso instrumento. Bartol. & Bald. l. Labeo. §. 1. ff. de pact. Felin. cap. capitulum num. 24. de rescript. in capit. cum venerabilis col. 7. de except. Dec. cons. 17. nu. 3. & cons. 169. col. 2. Roland. cons. 45. nu. 16. lib. 3. Crauett. cons. 257. num. 4. vers. similiter videmus. cons. 449. num. 7. Paris. de resignat. benefi. lib. 8. q. prima num. 17. Sic & renuntians litteris, non præsumitur renuntiare contentis in eis, sed probationi per ipsos faciendę. Decian. cons. 29. n. 76. cons. 54. num. 75. lib. 2. cons. 113. nu. 20. lib. 3. cons. 64. num. 39. lib. eodem. Mascard. de probat. conclus. 1564. num. 9. Paris. de resignat. benefic. lib. 8. Nam aliud est instrumentum, & aliud contenta in ipso. Bartol. l. si quis legatum col. fi. in principio. ff. ad l. Cornel. de fals. Felin. d. c. cum venerabilis col. 6. Ias. in. l. seruum filij. §. eum qui. num. 6. ff. de leg. primo. Afin de execut. §. primo c. 10. Bald. cons. 444. in principio. lib. primo. Surd. cons. 80. num. 29. cons. 144. num. 13. Neq; enim necessariò infertur, quis renuntiauit instrumento, ergo liberauit à debito. Quoniam intelligi potest renuntiatum fuisse instrumento; hoc est probationi, quæ fieri potest per instrumentum. Crauett. cons. 257. num. 4. vers. similiter videmus, per tex. in. l. 3. C. de fid. instrumentorum. ibi, nec ex ea scriptura, arguendo à contrario sensu.

Quinimo renũtians instrumento, illudq; deinde tradens debitori, non præsumitur remisisse creditũ, sed renuntiasse probationi ipsi⁹ instrumẽti. Bald d. l. 2. nu. 1. Menoch. de pręsumpt. lib 3. pręsũpt. 140. num. 16. per text. in. l. Labeo. ff. de pact.

Contrarium tamen voluit idem Bald. in. l. vnica. §. ille autem. C. de lat. libert. tollen. Ias. in. d. §. primo. Quoniã si tradẽdo instrumẽtũ simpliciter, creditor intelligitur remittere debitũ d. l. Labeo. §. 1. quanto magis renũtiãdo instrum. Ad textũ verò in. d. l. 3. respond. illũ loqui, quãdo quis solũ renũtiauit vsui instrumẽti. Sed priorẽ sẽtẽtiã veriorẽ esse inquit. Io. Crott. in repetit. l. sciendũ n. 48. ff. de verb. obligat. Menoch. de pręsumption. præsumpt. 140. n. 16. Nam in instrumẽto primũ

considerátur vsus ipsius instrumenti, qui consistit in probatione d.l. 3. deinde obligatio, quæ continetur in instrumento. Quare renuntians simpliciter instrumento videtur renuntiare probationi tantum, non etiam remisisse obligationem; quoniam hac ratione iuris videtur operari renuntiatio, & renuntiatio vnius, non includit renuntiationem alterius. l. si vnus §. ante omnia. ff. de pact. l. si domus, vbi Bartol. ff. de seruit. vrban. prędiorum.

Nec est omittendum, quòd partes non obseruantes instrumentũ præsumuntur illi renuntiare, concurrente tamen aliquo tẽporis spatio. Brun. cons. 95. nu. 5. Mascard. de probat. conclus. 1264. num. 24 & faciunt quæ dixi lib. 3. c. 15.

Intellige tamen, vt renuntiatio productionis testium, vel instrumenti facta in causa principali non extendatur ad causam appellationis. Bartol. in auth. at qui semel, C. de probat. Angel. auth. iubemus num. 5. & ibi Alex. num. 6. Bald. nu. 7. & Iacob. à S. Georg. num. 9. C. de iudic. DD. in cap. cum venissét de testib. vbi Abb. col. vlt. Mascard. de probat. conclus. 1265 num. 41.

CLXIII. RENVNTIATIO,

Ne quid possit probari, nisi per certam probationis speciem.

S V M M AE.

1 *Pactum, vt quid non possit probari, nisi per certum probationis genus.*
2 *Pactum, vt debitor, non possit probare solutionem, nisi per scripturam.*
3 *Pactum quòd contra instrumentum non possit probari, nisi per aliud instrumentum.*
4 *Probari, vt quid non possit per testes.*
5 *Pactum, vt quid non possit probari vllà probationis specie.*
6 *Pactum, vt probatio fieri non possit, nisi per instrumentum non valet.*
7 *Renuntiatio iurata, vt probatio fieri non possit, nisi per instrumentum.*
8 *Statutum reijciens probationem per testes.*
9 *Probatio per testes quibusdam casibus reijcitur.*

Docuimus supra renũciari posse in iudicio productioni testium, vel instrumentorum: nunc accedamus ad renuntiationem testium,
1 vel instrumentorum, quæ fit extra iudicium. Pactum igitur, vt quid non possit probari, nisi per certum probationis genus: nimirum, vt creditor non possit probare creditum, aut debitor, vt non possit probare solutionem per testes, aut instrumenta, non valet, siquidem probationum facultas angustari non debet. l. quoniam in fine C. de heretic. imò potius ampliari. l. generaliter in principio C. de reb. cred. Præsertim non est dubitandum quin huiusmodi pacta prębeant occasionem delinquendi, cum quis facilè possit, sublatà probãdi facultate, locupletari cum aliena iactura. Nam quę probari nequeũt, pro nõ gestis, neq; existentibus habẽtur. l. in lege. ff. de contrah. empt. Corn. cons. 226. num. primo lib. primo. Crauett. cons. 48. num. 4.
* Neq; enim satis est, vt creditor sit verè creditor, aut debitor solutione liberatus fuerit, nisi id legitimè probari possit: nimirum quia qui probare nequit, iure carere dicitur. l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. l. duo sunt Titij. ff. de testam. tute. Bal. cons. 67. num. 3. vers. & quia lib. 3. Crauett. d. cons. 48. num. 4. Neq; ad vnam speciem probationis iudex debet animum alligare. l. 3. §. quæ argumenta ff. de testib.

2 Vnde non valet pactum, vt debitor non possit probare solutionem, nisi per scripturam gloss. in. §. quia verò, in ver. senatusconsulto, ibi & per hoc puto. auth. vt sine prohib. matr. & ibi Angel. quæ quidem gloss. est singularis, & notanda Castr. in l. pactum inter hæredem nu. 5. ff. de pact. & ibi Curt. Iun. num. 15. trad. Specul. tit. de probat. §. videndum vers. sed pone, & tit. de renuntiat. §. primo. vers. quid si dicatur. Bartol. in d. §. quia verò. & hęc est communis opinio, vt testatur Marsil. in rubr. C. de probat. num 33. Guter. de contract. iuratis num. 66. vbi inquit hanc esse cõmunem opinionem, proindeq; tenendam esse in iudicando, & consulendo, licet in puncto iuris non careat difficultate. Et nõ valere voluit Surd. decis. 277. num. 11. & generaliter non valet pactum, vt probatio non possit fieri, nisi per instrumentum, non autem per testes. Castr. d. l. pactum inter hæredem num. 5. Iał. auth. iubemus num. 5. C. de iudic. Afin. in prax. §. 22. cap. 12. limit. prima. nu. 2. Viuius comm. opin. 575. vbi plures referens inquit hanc esse magis communem sententiam, cum alijs, de quib. per Seraph. priuileg. iuram. 140. Mascard. de probat. conclus. 479. nu. 2. Itaq; pacta, quę quotidie apponuntur in instrumentis, scilicet, quòd contra instrumentum non possit probari, nisi per aliud instrumentum, non valet, vt not. in d. §. quia verò. Bartol. d. auth. iubemus num. 2.

4 Quare probationi testium renuntiari non potest, vt scilicet quid probari non possit per testes gloss. in d. §. quia verò. Felin. in cap. si diligenti num. 12. de for. compet. & est comm. opinio, vt per Imol. in d. c. si diligenti, & ibi. Abb. col. 4. vers. quartus casus. Bartol. d. auth. iubemus. Nam facultas probandi per testes est publica. l. prima in principio ff. de testib. auth. eodem in principio Felin. d. cap. si diligenti num. 12. vers. primus nisi.

5 Multò minus valebit pactum, vt quid non possit probari vlla specie probationis, vt quod inuitat ad delinquendum Salyc. d. auth. iubemus nu. 3. vers. circa pactum, Felin. d. cap. si diligenti nu. 12. vers. alius casus.

6 Verùm opinio supradicta, quòd non valet pactum, vt probatio fieri non possit, nisi per instrumentum non transit absq; difficultate, cõtrariaq; sententia verior videtur Fulgos. d. cõs. 208. vers. in diuersam cons. 120. Super eo. col. 2. vers. super. Tiraquel. de pœn. caus. 5 t. n. 117. cum seq. Imol.

Imol.in.l.custodias.ff.de publ.iudic.& in cap.si diligenti.num.21. de for. compet.vbi inquit hanc opinionem probabiliter defendi posse. Salic. d. auth. iubemus num. 3. vers. circa pactum. Bald. cons.33.Verba instrumenti col.prima lib. primo Alber.l.si quis in conscribendo col.3.num.12.C. de episc.& cleric.Franc.decis.361.num.4.Surd. cons.54.num.12.

Pro hac sententia facit tex.in.l.contractus C. de fid.instrumētorū,vbi valet pactū,quòd omninò exigatur scriptura ad validitatē probationis Alex cōs. 50.In causa,&lite col.prima vers.item per pactum lib. 5. Marsil. in rubr. C. de probat. num.34.

Præterea renuntiatio facultatis probandi per testes valet,quia non modò non inuitat ad delinquendum,sed & fraudem repellit:quia per testes multa veritati contraria perpetrantur. l.testium in principio.C.de testib. atq; facilè potest debitor tempore solutionis sibi prospicere, & per instrumenta probare Salic. d. auth. iubemus nu. 3. vers. circa pactum. Fulgos. d. cons. 208. col. prima.

Tertiò inductum videtur fauore debitoris, vt possit probare solutionem etiam per testes, atq; vt latam habeat probandi facultatem;ergo is poterit fauori suo renuntiare, vt non possit per testes probare. Angel.Instit.de except. §. idem iuris.col.25.vers.quæro an valeat. Atq; imputandum est ei,qui per testes probare noluit, cùm de suo tantum agatur præiudicio.Frecc.de præsent. instrum.p.16. q. 3. ac imputet sibi debitor, qui tempore solutionis potuit sibi prouidere, vt conficeretur instrumentum de solutione Salicet. in d.auth.iubemus.

Quartò certis quippe casibus statuunt leges, vt probatio fieri non posit,nisi per instrumentū, vel per testium numerum ampliorem solito.l.testium. cum auth.C.de testib.atq;id fit per legem l.3.C.si min.se maior.dix.l.generaliter.C.de nō num. pecun. l. cum de indebito. §. fin. ff.de probat.ergo & per pactum id fieri poterit argum. l. non impossibile.ff.de pact.vbi Bartol. Angel. d. §.idem iuris.Fulgos.d.cons.208.Surd.d.cons.54. num.13.

Deniq; pactum hoc est seruandum, cùm regulariter pacta conuenta sint seruanda. l. iurisgentium.§. prætor ait ff.de pact. Cum autem omnia pacta sint seruanda,quæ non sunt contra leges,vel bonos mores,aut publicam vtilitatem Bartol. in q.prima Lucanę ciuitatis in princip.l.pacta quæ contra.C.de pact. seruari omnino debet hoc pactum,quòd non est contra leges, aut bonos mores,neq;contra publicam vtilitatem.

Non est igitur id pactum contra leges,neq;cōtra bonos mores, quoniam multis casibus lege disponitur, vt probatio non possit fieri,nisi per scripturam Surd.d.cons. 54.num.13. & mox dictum est. Atq; probandi facultas statuto,vel consuetudine restringi potest ad certum probandi modum Minsinger.centur. prima obseruat. 5. & hanc esse communem sententiam testatur Tiraquell.de retract.lignag.§.2.gloss.prima num.17. ex quibus planè constat id pactum non esse contra leges, neq;repugnare bonis moribus.

Neq: dicatur id pactum esse contra publicam vtilitatem: siquidem potius lex pro communi vtilitate statuit ad refrenandam testium facilitatem,per quos multa veritati contraria perpetrantur,vt dicitur in d.l.testium. Neq;est credibile leges, quæ disponunt, vt quid probari non possit per scripturam,statuere aduersus publicam vtilitatem Fulgos.d.cons.204. Non est enim vera illa ratio, quòd probatio per testes inducta sit ob publicam vtilitatem Ias.d.auth.iubemus num.5. Et quāuis dicatur in.l.prima.ff.de testibus, quòd vsus testium frequens est, & necessarius, non tamen sequitur,quòd principaliter circa eum publica verletur vtilitas. Sic & in.l. prima.ff.de appellat.dicitur appellationis vsum esse frequentē, & necessarium,& tamen appellatio pacto tollitur l.fin.ad fin.C.de tempor.appellat. Præterea si renuntiatio probationis testium esset contra publicam vtilitatem,certè ea fieri minimè posset in iudicio Felin.d.cap.si diligenti num.52. Neq;obstat,quòd habetur in.l.final.vbi Bald.C.si certum petat. quoniam id ideo procedit ex eo,quia lex tradit certam formam probandi, cui renuntiari non potest,ita tradit Alex.in d.auth. iubemus n. 14.& facit, quòd scribit Felin.in cap.2.col fin.de probat. & Imol.in.l.custodias num.4. ff. de publ. iudic.

Pręterea huiusmodi pactum non est contra publicam vtilitatem principaliter, sed secundariò,alioqnin id pactum iuratum non valeret,cum tamen haud dubiè valeat, vt infra dicam. Ias. d. auth.iubemus nu.5.Fulgos.d.cons.208. Roland. cons.88.num.5.lib 3.

Ad gloss.in.d.§ quia verò. respondetur, quòd ibi malè supponit illud verbum, concludere, dū exponit,idest,renuntiare. Nam tex.ibi non loquitur de renuntiatione, sed de quarta productione,quæ est productionum conclusio Salicet. d.auth.iubemus.num.3.vbi Bald.num. 7.

7 Sed quamuis dubium esse possit, an valeat pactum, quòd probatio fieri non possit, nisi per instrumentum,tamē cessat omnis difficultas, vbi pacto accessit iuramentum.Seraph. priuileg. iuram.74.num.32. Sequitur Mancin. de iuram. p. quarta effect.106.Etenim pactum,quo quis se restringit ad certam probationis speciem,haud dubiè valet.Romā. singul.204. Dubium est.Bauer. de virtut.iuram.num.141.Petruc.in.l. prima.nu. 297.ff.de iur. iur. Butrig. de renunciat. iur. ciuil. tit.de benefic.l.2.§.legatis.ff de iudic. in fin. Guter.de contract.iurat.c.66. num.3. Roland. cons. 88.num.4.lib.3.Seraph.priuileg.iuram.140.n.3. Mancin.de iuram. part. 4.effect. 245.nu.2. Surd. cons.54.num.17.

Supradicta cōclusio,vt scilicet valeat pactum, quo probatio fieri nō potest per testes,pręsertim accedente iuramento,declaratur,vt non obstante pacto produci possint quicumq;testes per.l.testium.C.de testibus.qui textus est valde singularis Abb.cap.2. in fine de probat. Marsil. in rubr. C.de probat.nu.39.& singul.157. Bero. cons. 93. num.2.

num. 2. lib 3. Plot. conf. 60. num. 8. Mynfing. centur. prima obferuat. 5. decif. Peruf. 82. num. 11. p. 2. Boff in prax. tit. de Principe num. 253. Afin. in prax § 19. c. 5. verf. 2. Prætereafi teftes producti fuot perfonæ legales, & fpectatæ fidei, non obftante pacto, admitti debent. Seraph. d. priuileg. 140. Mancin. d. effectu 245. num. 4. Frecc. de præfentat. inftrum. p. 16. q 3. Tiraquell. de pœn. cauf. 31. num. 117. Marfil. rubr. de probat. nu. 55. Boff. tit. de Princip. num. 253. Afin. d. capit. 5. limitat. 5. Alex. conf. 158. in fi. num. 9. lib. 2. Fulgof. d. côf. 208. Felin. d. cap. fi diligenti num. 12 Iaf. d. auth. Iubemus. num. 7.

Sed, & iudex non obftante pacto poterit procurare, vt teftes ex officio iudicis examinentur Roman. fingul. 204. Dubium eft. Felin. d. cap. fi diligenti num. 12. Roland. d. conf. 88. num. 13. lib. 3. Natta conf. 140. num. 7 lib. primo. Afin. de execut. §. 3. c. 42. Contr. tenet Gutet. de contract. iurat. c 66. num. 5. verf. fed vtrumq; quæ fententia magis placet. Item non obftante pacto poterit probari per teftes, & inftrumenta fimul. Rol. d. conf. 88. num. 16. Marfil. d. rubr. C. de probat. nu. 69. Crauett. conf. 216. num. 17. Beto. conf. 153. nu. 38 lib. primo. Afin. d. cap. limitat. 3. Menoch. cól. 160. num. 40 adipifcen. poffeff. remed. 4. nu. 919. Vrfill. ad Afflict. decif. 271. nu. 2. Boff. tit. de Princip. num. 203. Plot. conf. 30. num. 14. Nam hic cafus dicitur cafus mixtus, qui non comprehenditur, vt per Doctores fupraecitatos.

Declara quoq; vt fi ex pacto probatio fieri nõ pofsit, nifi per fcripturam, erit tamen locus oblationi iuramenti; quandoquidem iuramentum non eft probatio. Thefaur. decif. 256. Nifi is cui iuramentum oblatum eft, iuraret fe non recordari, verifimilifq; effet caufa obliuionis, quoniam tunc non poteft referri, & videtur fpecies probationis, vt per eum in fin. Admittitur quoq; probatio per teftes, & valebit probatio, vbi pars non contradicit Felin. c. 2. num. 17. de probat. Dec. conf. 11. num. 2. Cremen. fingul. 43. Cott. in memorab. ver. ftatuto Mediolani, circa finem verf. quæ omnia.

Valet igitur pactum reijciens probationem
3 per teftes, maximè autem valet ftatutum, cuius
4 maior eft vis, quam pacti. Alex. conf. 50. n. primo lib. 5. cool. 37. col. prima lib. 6. Tiraquell. de retract. lignag. §. primo. gloff. 2. num. 16. cum feq. Marfil. d. rubr. de probat. num. 48. Trigon. fingul. 24 Mynfing. centur. prima obferuat. 5. Boff. tit. de Princip. num. 253. verf & ibi habes. latè Afin. in prax. §. 19. c. 5. in princip. vbi teftatur hanc effe magis communem conclufionem. Vnde ex difpofitione ftatuti Medicl. c. 88. certis cafibus non admittitur probatio per teftes, & cap. 324. verf. nec pofsit, cauetur donationem inter viuos non poffe probari factam, nifi per inftrumentum publicum.

5 Sed & plures cafus, in quibus de iure communi, reiicitur probatio per teftes not. Ferrat. in forma productionis inftrumenti num. primo, & not gloff. in cap. primo. §. poftquam. in princip. in verbo, in fcriptis de cenfib. lib. 6. Priuilegium quoq; non poteft per teftes probari Bald l. fin. nu. 14. C. de . . . . Boff. tit. de Principe. n. 292. Nec mãdatum. Boer. decif. 154. num. 8. Afin. d. cap. 5. nu. 9. Nec quædam acta iudicij, vt diftinguit Bald. d. l. final. nu. 13. & ibi Addit. Barbat. conf. 76. nu. 16. lib. 4.

CLXIV. RENVNTIATIO,

Vt teftibus fine iuramento credatur.

SVMMAE.

1 *Iure Digeft. in teftimonijs ferendis iuramentum minimè exigebatur.*
2 *Tefti fine iuramento non creditur, etiamfi magna dignitate, vel Cardinalitia præfulgeat.*
3 *Intellectus c. tuis de teftibus.*
4 *Iuramentum in tefte eft iure Codicis.*
5 *Iuramentum in tefte exigitur priuato fauore partium ad veritatem tuitandam.*
6 *Iuramento, quando remitti pofsit, & quando non.*

1 IN teftimonijs ferendis iure Digeftorum iusiurandum minimè exigebatur, propterea iure Codicis teftes prius, quam perhibeant teftimonium iuris iurandi religione arctari debent, vt inquit text. in l. iusiurandi. Cod. de teftib. & latè tradit. Farinac. de teftib. q. 74 quia iuramentum in tefte eius eft momenti, ut illius omifsione tefti dictum fit nullum c. quoties c. licet. 2. §. teftes. c. fraternitatis. de teftib. & ratio effe poteft quoniam probatio teftis regulatur à iuramento, vt inquit Bald. conf. 96. in princip. lib. p. etenim tefti fine iuraméto nó creditur Caftr. conf. 70. Quia fruftra. lib. p. vbi extendit etiam fi teftis magna dignitate, vel Cardinalitia prętulgeat. Iaf. l. admonendi num. 189 ff. de iur. iur. Tiraq. de pœn. cauf. 51. num. 136. Mancin. de iuramen. part. 4. effect. 236. nu. 2. Alex. conf. 124. Quoniam abundè num. 6. lib. 6. vbi voluit id procedere etiamfi plures effent teftes fine iuramento deponentes, etiamfi Cardinales: quia folum faciunt præfumtionem.

2 Illud autem controuerfum eft, an conueniri pofsit, vt teftibus fine iuramento deponentibus plena fides adhibeatur, & videtur quod non. Nã hoc iuramentũ eft iuris Diuini, vt habetur. Genes. c. 31. vbi legitur Iacob. voluiffe teftimonium Laban. foceri fui iuramento confirmari; & quod fit iuris Diuini voluit Menoch. de arbit. iud. lib. p. quæft. 26. num 3. Propterea hoc iuramentum videtur effe de forma, & fubftantia teftimonij d. l. iusiurãdi. c. fuper nobis. de teftibus. idcirco etiã videtur effe de fubftantia, quia teftimonium fine eo non valet c. de teftibus extra de teftib. Abb. c. tuis. de teftib. ergo videtur, vt illi renuntiari non pofsit, per ea, quæ diximus fup. de Renuntiatione formæ. Tertiò non valet ftatutum, quod tefti fine iuraméto credatur, vt voluit Andre. de Ifer.

in

in proem.Const.limit.65.ver.vel vt testis, & ita tenere videtur Felin.d.c.tuis. col. 2.vers.sed. de hoc dubito. ergo neq; valere debet pactum, arguendo à statuto ad pactum.glos. in rub.Cod.de decret. Decur.lib. 10. l. non impossibile.ff.de pact. Quartò hoc iuramentum non potest remitti cum dispensatione Pontificis,Felin.c constitutus num.16.de rescript.Martil. sing. 214.num.4. Straccha. tract. de assecur. glos. 39. num.5. vt scribit. Augustin. de An. lib. de potestate Eccles.quæst.53.artic.vlt,cum sit contra ius Diuinum,vt dictum est:ergo multò minus conuentio ne partium. Quintò ex remissione iuramenti lædi videtur iudiciorũ auctoritas, & respublica,cuius interest ne falsi quicquam in iudicioc õmittatur, quod facilè contingere potest omissa ius iurandi religione,atq; cuius interest sentẽtiã à iudicib⁹ ferri ex legitimis,& ueris probationibus. auth. de tabellioni. in princip.Postremò 4 quemadmodum iuramentum calumniæ remitti non potest,l.2.§. sed quia veremur. Cod. de iuram, calum. ita neq; remitti poterit hoc iuramentum,Quod autem testibus remitti non possit iuramentum calumniæ voluit Io Aegid.de reprobat.testium num.11. ver. sed sacramentum. Neq.huic opinioni refragatur text.in. c. tuis. de testib.per quẽ notant D.D.posse remitti iuramen
3 tum testibus:quoniam d.c.procedit in religiosis, non autem in alijs testibus, vt per Io. Aegid. d.num.11. Nam nihil mirum si ex partium consensu possit remitti iuramentum huiusmodi per sonis,ob eorum spectatam fidem, quæ ratio cessare videtur in alijs personis.

Contraria tamen sententia verior esse videtur siquidem habemus text.expressum in.c.tuis. de testibus,ibi,nisi à parte remittatur aduersa, & est ibi glos.Felin. & alij, & alia glos in. l. iusiurandi. Cod.de testib.in.l.2.§.sed quis veremur.Cod.de iuram.calũ.ĩn.c.tertio loco.de probat.in.c.fraternitatis.de testib. in.l.p. §.p.ff.de fer. & ibi Bart. Alex.& alij.Bart. in.l.si quis legatum circa finẽ. ff.ad.l.Cor de fal.in.l. filius familias.num.5.ff. de donat. Ias. in repet.l.admonendi num.102. ff.de iur.iur.in.l.reprehendenda,num.3.Cod.de instit. & subst.it. Cast.l.sola num.2.Cod. de testib in d. l. 2. §.sed quia veremur in fin. in.l.quæ dotis in fin. num.107.ff.solut.mat.in.l.2.§. prima col.2.in princip.ff.de vulg.& pupil. & in.l.nemo potest. num. 29.ff.de leg.p Socin.reg.403.Testes. nu. 4.& reg. 424.Testis num.2,Farinac.conf. 20. num 4.Abb. cõs.51.Videtur in princip.lib.p.Ferrar.in for. op po.contra testes.versic. & non iurati num.2. Marant.de ord.iudic.par.3.num.39. Stracchæ. tract. de assecur. glos.39.num.5.Gaill.lib.p. obseruat. 101.Vasq. de success. lib.p.§.9. nu. 1. versic, ad hanc difficultatem,Et hęc opinio est communis,vt per Grauat. in praxi lib.5. cas.28. n. 41.& ita cõmuniter teneri inquit Mynsinger.cẽtur.6.obseruat.32.Mascard.de probat.concl. 13. 63.vers. testi absq; iuramento in fin. & lib. p. quæst.5.nu.103.Mancin.de iuram. part. 4.effect. 136.num.3.Guter.in.l. nemo potest.num.136.ff. de leg.p.vbi inquit hanc opinionem esse cõmunem, & verissimam. Farinac.vbi plur. refert. de testib. quæst.74.num.83. & est pro hac opinione facit. glos. in.auth. de testib.§. & licet.in verbo, supplicijs,vbi ex partium consensu remitti potest testium defectus, & potest approbari fides eorum testium,quibus alias minimè crederetur, vt per Guter.d.l. nemo potest.num.127.cum seq. Et quemadmodum valet conuentio, vt credatur simplici dictoaduersarij absq; iuramento,ita valere debet pactum, vt fides adhibeatur simplici dicto testis Ferrar. in.for.oppo. contra testes in glos.& non iuratę.num.2. Quibus accedit, quod licet dictum testis sine iuramento sit nullum d. l. iusiurandi,tamen vbi actus est nullus fauore alicuius,intelligi debet,si ipse velit glos.in l. 2. ver. volenti,& ibi Ias.Cod.de iur. emphyteut. & dixi etiam sup. de Renũc.nullitatis, & facit,quod tradit Felin.d.c.tuis nu.p.versic. iu text. ibi.

Non obstante videntur, quæ supra adducta sunt pro parte contraria.Et primò non obstat quod iuramentum in teste sit iuris Diuini, quia immò est de iure ciuili,hoc est Codicis vt in d.l. ius iurãdi,quoniam iure Digestorũ à teste nullũ exigebatur iuramentum Curt. Iuu. d. §. sed quia veremur num. 17. & quod hoc iuramentum sit iuris ciuilis,voluit Bart. in.l.filius familias.num. 5.ff.de donat. Alex.l.milites.n.7.Cod.de testam. milit.Roman.in.rub.C.de arbit.n. 34. Anchar. in clem.sæpe.de verb. sign Decian. conf.51. nu. 86.lib.2.

Neq; obstat, quod hoc iuramentum videatur respicere formam ipsius testimonij, quoniam huic formæ, priuato fauore inductæ,renuntiari potest. Felin. c.2.fallent.6.de fide instrum. Ruin. l.nemo potest.n.5.ff. de leg.1.Immò D.D.notãt ex d. c.tuis.iuramentum non respicere formam substantialem ipsius testimonij, Aretin. d.c. tuis. num.3.& ibi Felin.col.p. & ita voluit Bart. in d. l.si quis legatum.Neq; iuramentum est de natura infra ipsius testimonij. Mascard.de probat.lib.p. quæst.5.num.103 Deniq; cum omnis actus non valeat sine solemnitate,ergo solemnitas est de substantia Felin.d.c.tuis col.2.

Non obstat etiam, quod dicitur de statuto, quia contrarium respondit. Roman.cons.10.Viso puncto.Præterea diuersa est ratio in hoc casu inter pactum,& statutum, vt voluit Felin.d.c.tuis. col.2.vers.sed de hoc dubito; vt non obstat, etiã illud,quod dictum est, ipsum Põtificem minimè posse dispensare, vt in testimonijs ferendis non exigatur iuramentum. Nam argumentum non procedit;Pontifex nõ potest remittere,ergo neq; partes,vt per Stracch.d.glos.39. num. 6.

Nec me mouet,quod in iuramento testis versetur fauor publicus propter falsitatem euitandam; quoniam hęc falsitas cum sit delictum nunquam præsumitur.l.merito.ff.pro socio,& ita respondit. Guter. d. l. nemo potest.num. 136. sed
5 etiã respõdetur iuramẽtũ in teste exigi priuato fauore partiũ,propter veritatem eruendam.glos. in.l.p.§.p.ff.de fer. Bart. in.l. si quis legatũ. ff.ad. l.Cornel.de fals.vbi inquit hoc iuramentum non esse inductum fauore iudicis,sed partium. Ias. in

Repet.d.l.admonendi num.102.Fel.d.c.tuis.col. 2. Guter.d.l.nemo potest.Stracch.d. glos. 39.nu. 6.Curt.Iun.l.1.§.sed quia veremur. nu. 17. Cod. de iuram.calum.Mascard.de probat.lib.p.q.5. n. 208.Vasq.de succes. lib.p.§.9.n. p.versic.ad hanc difficultatem: Et quia iuramentum calumniæ non respicit principalem fauorem partis, sed iudicis, & publicam vtilitatem, vt religione iusiurandi adducti minimè calumnietur, cum in iuramento calumniç aliud dicendum est, vt per.glos.in l.p.§.p.ff.de fer.& in d.c.tuis.Ferrar. in d.glos.& non iurati.num.3.

Neq; postremò dicedendum est d. c.tuis.quo innititur cõmunis opinio procedere in personis religiosis tantum, vt loquitur: quinimmo procedit in quibuscunq; testibus, etiam non religiosis: nam quod in d.c.tuis.testes fuit religiosi, facti contingentia fuit.Guter. d.l.nemo potest.num, 136.

Sed declaratur dicta conclusio, vt procedat tantum in caussis, quç pendeot à libera partium voluntate. Abb.d.c.tuis, & ibi Felin.num.3. Ias. l.p.num.15.ff. defer. & icciRco non procedit in caussis capitalibus, in quibus non solum de priuata, sed etiam de publica vtilitate agitur. Abb. in.d.c.tuis.num.5.& ibi Boich.num.9. Cassan.in consuetud.Burg. rub.4.in princip. num.34.Mascard.de probat.lib.p.q.5, num. 108.

Non procedit etiam hæc conclusio, vbi testes producerentur ad matrimonium dissoluendum, quia eo casu non potest iusiurandum remitti. glos.in d.c.tuis. Ias. in.l.p.num. 15. ff.de fer.in.l. reprehédéda.n.3.Cod.de instit.& substit. Gaill. lib.p.obseruat.101.num.6.Mascard.d.q.5.num. 211.

Neq; procedit, quando ageretur de probatione affinitatis inter eos, qui contraxerunt sponsalia, quia tunc non potest remitti iuramentum. Felin.d. c.tuis.col.2. versic.sed in quantum. Sed neq; poterit remitti consensu partium iuramentum æstimatoribus, quia illud est credulitatis, secus si esset veritatis glos.c.fraternitatis.de frigid. & malef. & in d.c.tuis.

Declara quoq; vt non sufficiat cõsensus illius, contra quam testes producuntur, nisi interueniat etiam consensus producentis. Farinac.d.q.74.n. 136.nam secundum Abb.in c.tuis.col.2.quoniam testis iurat testificari pro vtraq; parte, & ex falso eius testimonio posset vtriq; partium prçiudiciũ generari, ideo vtriusq; partis consensus erit necessarius. Sed contrarium tenere videtur. Ias. in repet.l.admonendi. num. 235.ver. tu aduerte ff.de iur.iur.per text.in d.c.tuis in fin. ibi, nisi forte hoc à parte remittatur aduersa, cui text.respõdet ibi Abb.

Declaratur etiam dicta conclusio, vt non procedat in tacita remissione iuramenti, vt communiter dicunt DD. vt per Felin.in d.c.tuis, num. 2. vers.sed vltra, & ibi Boich. num.9. Farinac.de testib.quæst.74.num.84.Mancin.de iuram. par.4. effect.236.num.4. & iccirco si testis non iuratus deponeret me presente, tacente, & non contradicente, non idcirco consensisse videor, quod deposuit non iuratus.Ias.in.l.quæ dotis num.107.versic. octauus casus.ff.solut.mat.Sed hæc opinio, quod requiratur consensus expressus, non videtur esse vera, quoniam in actibus etiam iudicialibus, tantum valet tacitus consensus quantum expressus.c.gratum.de off.deleg.modo tamen tacitus consensus ex prçsumptione inferatur, vt per Aretin. d. c. tuis num.6.Præsentia simplex sine contradictione etiam in iudicio, non inducit consensum præsumptum, nisi post tempus datum ad appellandum, ideo ex præsentia sola cum taciturnitate, non videtur remissum iuramentum, vt per. Aretin.d.nu.6.

Postremò procedit supradicta conclusio, accedente iudicis auctoritate.glos.in d.c.tuis.Specul. tit.de testib.§.sed quæritur.versic.& nota. sequitur.Bald.in.l.p.§.p.num. 5.ff. de fer.vbi inquit, quod quamuis partes remiserint iuramentum testi, tamen iudex, si voluerit illud deferre, poterit, sequitur Curt.Iun.l.2.§.sed quia veremur.nu. 17.Cod.de iuram.calum.Gaill.lib. p. obseruat. 101.num.6.Sed quod non exigatur iudicis auctoritas, voluit. Abb.d.c.tuis num.4.Bart.d.l.p.ff. de fer. post glos.ibi. Felin.d.c.tuis num. 3. Mynsing.centur.6.obseruat.32.Ferrar.d.glos.& nõ iurati, num.2.& facit, quod inquit. Bart.in.l.si quis legatum. num.4. ff. ad.l. Cor.de fall. vbi inquit hoc iuramentum non esse inductum fauore iudicis, sed partium: sed contrarium tenent plures, quos refert.Farinac.d.q.74.num.91.

CLXV. RENVNTIATIO,

Iuramenti in litem.

SVMMAE.

1 *Iuramentum in litem cur ita appelletur.*
2 *Io.Baptista Plotus I.C.Collegij Nouariensis.*
3 *Iuramentum in litem continet duo specialia fauore actoris.*
4 *facultati iurandi in litem renuntiari posse.*
5 *Iuramentum in litem facultatem esse.*

AD finem probãdi pertinet quoq; iuramentum in litem: nimirum ad finem probandi æstimationẽ totius litis, vel rei, de qua est lis:
1 & quamuis cætera iuramenta præstentur etiam super lite, seu occasione litis: tamen cum hoc præstetur de ipsa lite, vel re, de qua lis est, speciatim appellatur iuramentum in litem. Nam hoc iuramentum, quod ex delatione iudicis præstatur, ob contumaciã, & dolum aduersarij, permittitur iuranti æstimationem ipsius rei, ante ius quod interest, probare, vt habetur toto tit.ff.de in lit. iur. Materiam iuramenti in litem, vti latissimè omnium, ita etiam
2 omnium elegantissimè tradit Io.Baptista Plotus I.C.Collegij Nouariæ consanguineus meus vir sane insignis eruditionis, in eius repetione ad. l. si quando.Cod.vnde vi.

3 Iura-

3 Iuramentum in litem continet duo specialia
fauore actoris, & primo speciali fauore ipsi⁹ acto-
ris lex permittit, vt is pro suo arbitrio, & affectio
ne litem æstimet, ac iudex quodammodo, & te-
stis in propria causa constituatur. Alterū est spe
ciale, quod res æstimari potest vltra iustum pre-
tium, condemnariq; potest reus in plus, quam de-
beat. l. qui restituere ff. de rei vind. l. si fundus. §.
in vindicatione, vers. nam si. ff. de pignor. Qua-
4 propter huic iuramento, & facultati iurandi in-
ductæ fauore probare volētis volūtate ei⁹, cui de-
fertur renuntiari potest. Alex. in l. fin. ff. de in lit.
iur. vbi inquit glos. p. ibi, quę videbatur velle con
trarium, communiter reprobari, & idem inquit
ibi. Bart. & sequuntur alij.

Non obstat text. in d. l. fin. in illis verbis, qui ex
necessitate iuris in litem iurauit, quoniam dici-
tur iuramentum necessarium, nō necessitate prę-
cisa, sed causatiua, nimirum quando deficiunt
aliæ probationes, quia si petitor vult obtinere ne
cesse habet petere iuramentum. Cast. d. l. fin. Est
5 etenim iuramentum in litem facultas, non etiam
necessitas, vt falsò existimauit glos. in d. l. fin. &
facit, l. si tutor. in fin. ff. de in lit. iur. ibi potestate
petitori in litem iurandi concessa. l. p. ibi in litē
iuramenti tibi facultas erit. & l. 2. Cod. de in lit.
iuran. vbi dicitur is, qui ratione tutelæ, seu cura se
posuit, inuitus in litem iurare compelli non po-
test, sed volens ita demum audiendus est, & c. per
quos text. inquit Aret. in rub. Inst. de act. col. 2.
versic. tertio, quod nemo inuitus cogitur iurare
in litem, alioquin fauor verteretur in odium, l.
quod fauore. Cod. de legib.

Quod igitur permittat lex contra regulas iu-
ris, posse quid probari per iuramentum in litem,
vt inductum fauore eius, cui lex permittit defer-
ri, atq; ideo is renuntiare poterit, vt per. Socin.
cons. 146. Viso. col. fin. lib. p. & ita tenet Plot. in l. si
quando. num. 812. Cod. vnde vi. Magnus quip-
pe fauor est, ut ipsum iuramentum solum sit pro
plena probatione actoris in eius causa propria,
ut per. Plot. d. l. si quando. num. 869. ver. & vt uni-
co uerbo concludam.

CLXVI. RENVNTIATIO,

Vt probatio minus legitima, & quę aliàs non probat, faciat probationem.

SVMMAE.

1 *Probatio imperfecta, vt habeatur pro perfecta par-
tium consensus operari potest.*
2 *Attestationes inualidæ partium consensu approban
tur.*
3 *Iudex ex partium consensu tenetur fidem adhibere
probationibus aliàs non legitimis.*
4 *Forma probandi, quomodo renuntiari possit.*

PRobatio, ut iudici plenam fidem faciat
debet esse legitima, & præterea constās
ex omnibus suis partibus, Bald. in rub.
1 ext. de probat. nu. 2. Verùm consensus partium
siue expressus, siue tacitus operari pōt, vt imper-
fecta probatio habeatur pro perfecta. Innoc. c. cū
causā in glos. in uerb. præsūptionē. de testib. not.
Bald. in l. fi. C. de testib. in auth. si quis in aliquo.
Cod. de eden. Alex. l. Titia. n. 13. ff. solut. mat. Ias.
l. admonendi. n. 103. ff. de iur. iur. Crau. cons. 206.
num. 19. Decis. Genuæ. 78. num. 50. Nam partes
possūt facere, quod probationes inualidæ ualeāt,
atq; se submittere minus sufficientibus probatio
nibus, & regulariter possunt omne inualidum
validum facere. Afflict. decis. 91. num. 14. & idcir
2 cò attestationes inualidæ partium consensu ap-
probantur. Innoc. d. c. cum causam. num. 4. & ibi
Felin. num. 19. Rom. cons. 104. in fin. Marsil. rub.
de probat. num. 278. & dicta testium minus le-
gitimè examinatorum possunt consensu partium
approbari. Bart. l. p. § p. ff. de fer. Ias. d. l. admo-
nendi. num. 104. Sed & consensus partium facit,
vt attestationes, & probationes receptę cōram ar-
bitratore, probent coram ipso iudice. Bald. d. l. fi.
Cod. de test. atq; ut acta ordinaria iudicij facta
coram arbitro, ualeant coram iudice absq; alia
monitione, Felin. c. præsentata. num. 6. de testib.
ubi declarat, non procedere in actis substantiali
bus, quæ non dependent à partium potestate.
Quin & semiplena probatio ex partium conuen-
tione plenè probat. Marsil. rub. de probat. num.
279. Vnde uidemus ex conuentione partium fi-
dem adhiberi testimonio unius, nec non testibus
sine iuramento, atq; testibus aliàs inhabilibus, &
in causa propria, ut alibi dixi.

Sic etiam consuetudo facit, ut plene probet im
perfecta probatio. c. cū dilectus. de fide instrum.
Felin. in c. 2. fallent. 6. de fid. instrum. Rom. l. ad-
monendi num. 59 ff. de iur. iur. Franch. in c. p. nu.
5. de appellat. & ibi Berq. num. 33 Fran. Marc. q.
455. num. 4. par. 2 Vt igitur consuetudo facit, ut
ualeat probatio alioquin inualida, ita etiam pa-
ctum. Felin. in c. 2. fall. 6. de fide instrum. Item
possunt partes facere, quod credatur copiæ, cui
aliàs nō crederetur. DD. in auth. si quis in aliquo.
Cod. de edendo. Afflict. decis. 91. num. 14 Et gene-
3 raliter partes conuenire possunt, quod iudex te-
neatur fidem adhibere probationibus, aliàs non
legitimis, & reprobatis glos. in. §. & licet auth. de
testib. quā DD. comuniter sequūtur, ut per Curt.
Iun. in l. ius publicum. nu. 7. ff. de pact.

Nec quicquam facit, quod ita renūtiando vi-
deatur remitti dolus futurus, & quod hæc renun
tiatio inuitet ad delinquendum, contra l. si unus.
§. illud, ff. de pact. l. conuenire. ff. de pact. dotal.
quia non est dolus certus, sed pręsumptus, qui
remitti potest, vt per Felin. c. 2. fall. 6. de fid. instr.
Non obstat etiam, quod videatur tradita certa
forma circa probationes, cui renuntiare minimè
potest, quia etiam formæ priuato fauore inductæ
renuntiari potest, vt dixi sup. de Renuntiatione
formę. Nam videmus etiam iuramentum in
teste exigi pro forma, & tamen illi renuntiari po
test. Felin. d. c. 2. fall. 6. & dixi Renunt. 164.

4 Intellige tamen, vt formæ probandi tum re-
nuntiari possit, cum ea inducta sit priuata partiū

vtili-

vtilitate ne decipiatur, secus vbi respicit publicam vtilitatem, & fauorem alterius, & iccirco renuntiari non potest. l. vnica. Cod. de mand. princi. qua disponitur mandata secreta principis allegantí, quancunq; dignitate prędito non esse credendum sine litteris ipsius principis, quoniam ibi agitur de fauore principis, cui pręiudicari non potest ex aliorum renuntiatione, vt per Ferret. in d. l. vnica. num. 51. Secundò intellige ita demum formæ probandi renuntiare posse partes, si ea probatio est verisimilis inspecta qualitate scripturę, vel personarũ, aliàs huiusmodi renũtiatio, quę præbet occasionem delinquendi, & falsum fabricandi non valet, vt de statuto, & consuetudine ita voluit. Crau. de antiq. temp. part. p. ver. viso de verbis enuntiatiuis. num. 32.

CLXVII. RENVNTIATIO,

Vt scripturæ priuatæ plena fides adhibeatur.

S V M M AE.

1 *Scriptura aut est publica, aut est priuata.*
2 *Scriptura publica, quæ sit.*
3 *Scriptura priuata quotuplex sit.*
4 *Sriptura priuata ex pacto partium probat, aliàs nõ.*
5 *Conuentio, quod priuata scriptura; vim habeat publici instrumenti non valet.*
6 *Producens scripturam priuatam illius fidem videtur approbare.*

1 SCriptura aut est publica, aut priuata. l. scripturas. Cod. qui potior. in pig. hab. Quæ autem scriptura non est publica, ea priuata dicitur. Rebuff. tract. de chirog. & schedul. recognit. in præfat. num. 2. & iccirco om-
2 nis scriptura dicitur priuata, prę̈ter scripturam notariorum, & actorum iudicialium Cardin. io c. 2. de fide inst. Rebuff. d. tract. de chirog. num. 2. Scriptura priuata secũdum Bart in. l. nuda ratio. num. 5. ff. de donat. & in auth. & si contractus nu.
3 7. Cod. de fid. instru. est triplex. Quędã, n. est apodissa, siue apocha, q̃ datur à parte alteri parti. Altera est liber rationũ, quẽ quis sibi conficit. Tertia est epistola. Scriptura cum est priuata, sine alijs adminiculis minimè probat. l. instrumenta. Cod. de probat. Bart. & DD. in auth. & si contractus. Cod. de fide inst. & in. l. admonendi. ff. de iureiur. quinimmo mille scripturæ priuatæ simul iunctæ non faciunt plenam fidem. Bald. in rub. de contract. inuest. num. 3. Marsil. rub. 2. de probat. num. 267. vers. & adde hic. Sed illud in dubium venit. An ex pacto scriptura priuata plenam probationem faciat: & quod non faciat plenam probationem voluit Innoc. in c. cum P. tabellio. de fide inst. & ibi. Bald. idem. Bald. in. l. Imperator. nu. 32. ff. de stat. hom. in. l. de quib⁹ num. 17. ff. de legib. Rom. cons. 253. In puncto, in princip. Angel. & Paul. de Castro, in. l. pactum inter. ff. de pact. Declan. cons. 33. num. 110. cons. 15. num. 59. lib. p. Nam ex pacto non potest dari auctoritas plenę probationis priuatæ scripturæ. Innoc. d. c. cum P. Ias. l. non impossibile. num. 3. ff. de pact. Boer. quæst. 295. num. 18. Franc. Marc. decis. 63. num. 6. part. 2. Neq; pactum operari potest, vt scriptura priuata valeat in vim publici instrumenti. Angel. d. l. pactum inter. expressius. Alex. l. p. §. fin. num. 3. ff. de verb. obligat. quoniam ex huiusmodi pacto daretur materia falsum fabricandi. Paul. de Cast. d. l. pactum. num. 6. & sequeretur, quod partes possent creare tabellionem, quod sanè priuatis non permittitur. Innoc. d. c. cum P. tabellio: & idcircò solemnitati, & formę renuntiari non potest. l. scripturas Cod. qui potior. in pign. hab. quoniam solemnitas probationis est inducta fauore publico. l. fin. & ibi not. Bald. C. si cert. petat. Ruin. l. ne. no potest. col. p. ff. de leg. p.

Contrarium tamen, vt valeat pactum, quod fides adhibeatur priuatæ scripturæ voluit. Butr. in c. finem. de dolo, & contum. Bald. l. de quibus. col. 2. ff. de legib. cons. 275 col. 2. lib. 3. Alex. cons. 313. num. 6. lib. 4. in. l. p. §. fi. num. 3. ff. de verb. obligat. & ibi Ruin. num. 10. Felin. c. 2. fall. 6. de fide instrum. Dec. c. veniẽs, in fin. de testib. Ias. l. admonendi. num. 101. de iureiur. Socin. cons. 266. num. 30. lib. 2. Corne. cons. 174. col. fin. lib. 3 Paris. cõs. 68. num. 24. lib. 3. Marsil. rub. de probat. nu. 278. Et hæc est cõmunis opinio contra Innoc. vt per Crauet. cons. 273. num. 2. cons. 939. num. 12. & de antiq. temp. part. p. num. 111. vbi inquit hanc esse veriorem opinionem. Alba. cons. 276. num. 18. Rebuff. tract. de chirograph. & schedul. recognit. in præfat. num. 40. & hanc esse meliorem opinionem inquit. Valasc. de iure emphyt. quæst. 7. nu. 24. versic. item licet. Iul. Ferret. de re nauali. lib. p. num. 74. Mascard. de probat. conclus. 1295. num. 14.

4 Licet igitur regulariter scriptura priuata nõ probet plenè, tamen hęc regula fallit ex pacto partium. Ias. d. l. admonendi. num. 105. vers. ex quibus omnibus.

Quę conclusio maximè procedit, vbi agitur de scriptura iam confecta, vt per Alex. d. cons. 313. nu. 6. sequitur. Dec. c. 2. n. 18. de fide instr. c. veniens, in fin. de testib. c. 2. num. 47. de probat. Barbat. cons. 18. num. 11. lib. 4 Crauet. de antiquit. tempor. part. p. versic. viso de verbis enuntiatiuis, num. 31. Nam valet etiam pactum, vt credatur scripturæ faciendę secundũ cõmunem opinionem Ludouic. Lana de formul. testam. conclus. 2. num. 15. & potest quis pacto adstringi, vt credatur priuatæ scripturæ scribendæ per aliquẽ priuatum. Butr. c. 2. versic. quartus casus, & versic. ad tertium genus. de fid. instrum. Vt etenim viuæ voci vnius ex pacto, vel ex dispositione alicuius creditur. l. Theopompus. ff. de dote pręleg. & suo loco dicam: Ita ex pacto fides adhibenda voci mortuæ. Bald. d. l. de quib. num. 17. Alex. d. cons. 313. num 6. & l. p. §. fin. ff. de verb. obligat. Alciat. cons. 27. num. 10. tom. 2. lib. 6.

Præterea cessante subscriptione, ita demum

ipsa

ipsa scriptura probat, si pars eam fatetur. Felin. c. 2. fallent. 5. de fide instrum. ergo idem operari debet consensus, vt confessio. Felin. d. c. 2. fall. 6. Deinde quod scriptura priuata non plenè probet, inductum videtur fauore partium, cui per ipsas renuntiari potest. Ias. d. l. admonendi. nu. 101. Deniq; cum valeat consuetudo, & statutum, quod detur plena fides scripturæ priuatæ, debet multò magis valere pactum, quoad præiudicium ipsarum partium, vt per Crauet. de antiq. temporis. versic. viso de verbis enuntiatiuis. num. 30.

Non obstat modo, quod solemnitas, & forma probationis inducta sit fauore publico, & quod inferior non possit contra legem disponere. l. formam. Cod. de offic. præfect. prætor. quia id procedit in alterius præiudicium, non etiam in præiudicium ipsius renuntiantis, & vbi agitur de suo fauore tantum, potest disponere etiam contra leges. Alex. d. cons. 113. num. 6. Felin. d. c. 2. fall. 6.

Non obstat etiam, quod ex huiusmodi pacto videatur remitti dolus futurus, & dari materia fabricandi falsum, contra. l. conuenire. ff. de pact. dotal. &c. l. si vnus. §. illud. ff. de pact. quia tûc nô agitur de dolo certo, sed præsumpto, qui remitti potest. Felin. c. 2. fall. 6. de fide inst. &c. idcirco valet pactû, vt stetur libro ipsius locatoris, vt p Barbat. cons. 18. nu. 31. lib. 4. Deniq; non obstat, quod partes non possint quem creare notarium publicum, vt per Innoc. in d. c. cum P. tabellio, quia ex pacto scribens non sit notarius, neq. illius scriptura priuata ex vi pacti dicitur instrumentum publicum notarij, quamuis fidem inter ipsas partes tantum faciat, vt per Alex. d. l. p.

4 §. fin. Crauet d. ver. viso. num. 31. Nam argumentum. Innoc. procederet si ex pacto scriptura priuata fidem faceret inter omnes, secus si inter ipsos paciscentes secûdum Crauet. d. n. 31. Sic etiâ exemplum probat ex pacto partium. Bart. in auth. si quis in aliquo, circa prin & ibi Curr. Ian. & alij. Cod. de edend. & in. l. in fraudem. §. neq. de iure fisci. Felin. d. c. 2. fallent. 6. qua ratione potest etiam testator in eius testamento approbare in vim testamenti priuatam scripturâm. Bart. l. si ita scripsero. ff. de cond. & demon. Alex. cons. 4. n. 7. lib. 4. Alba. cons. 276. nu. 19. Valasc. de iure emphyt. quæst. 7. ver. si certè videmus. Vnde videmus etiam partes remittere posse iuramentum, quod præstatur testibus, quoniam illud inductû est fauore ipsarum partium, & consentire possunt vt fides adhibeatur testimonio vnius testis, alias inhabilis, vt infra suo loco dicam.

5 Declara tamen, vt nô valeat conuentio, quod scriptura priuata vim habeat publici instrumenti, &c. ita conciliat opiniones contrarias. Alex. l. p. §. fin. nu. 3. ff. de verb. oblig. cuius distinctionē refert, & sequitur. Alciat. in d. §. fin. num. 30. ubi inquit id esse vtile, propter statuta concedentia executionē publicis instrumentis. Stracch. tract. de assecur. glos. 37. Crauet. de antiq. temp. d. versic. viso de verbis enuntiatiuis. num. 31. Sim. de Præt. de interp. vltim. volunt. lib. 2. solut. 2. num. 55. Neq. n. facere potest consensus partium, vt scripturæ priuatæ stetur, tâquâ publicæ, & quod habeat vim publici instrumenti, quoniam id esset creare publicum tabellionem, quod priuatis non permittitur Valasc. de iure emphyteut. q. 7. num. 14. versic. fieri tamen non potest; vbi declarat non procedere, vbi priuata scriptura approbata est in publico instrumento: quoniam tunc habet vim publici instrumenti, cum in publica scriptura à Notario confecta approbata fuerit.

Declara etiam vt pactum, quod fides adhibeatur cuicunq; priuatæ scripturæ intelligi debeat, quando priuata scriptura esset verisimilis, ne detur occasio delinquendi, nam huiusmodi pactum generale esset indiscretum, si adeo indistinctè intelligeretur, vt de statuto, & consuetud. voluit. Crauet. d. versic. viso. num. 32.

Sed & intellige, vt ex pacto scriptura priuata minimè probet in præiudicium alterius. Alex. d. cons. 113. num. 7. versic. nec ad hoc obst. Dec. cons. 184. num. 7.

6 Tacitè quoq; fidem scripturæ priuatæ approbare videtur illam producens in iudicio. Alex. d. cons. 113. num. 4. cum sequent.

CLXVIII. RENVNTIATIO

Vt dicto, vel testimonio alicuius stetur.

S V M M AE.

1 *Testi vnico plena fides non adhibetur.*
2 *Testi vnico, vt plenè credatur, partes sua renuntiatione efficere possunt.*
3 *Partes non possunt absolutè conuenire, vt vnico testi credatur, sed quod nominatim certæ personæ credatur, puta Titia.*
4 *Testi vnico plena fides adhibetur, quando partes nô solum consentiunt in personam vnici testis, sed etiâ in dicto.*
5 *Partes cōstatientes stare dicto vnici testis, an probare possint contrarium eius, quod testis deposuit.*

1 Regula est notissima vnico testi plenam fidem minimè adhiberi. l. vbi numerus. ff. de testib. l. iusiurandi. Cod. eo. c. in omni. c. licet vniuersis & c. cum à nobis extra eod. & Deuter. c. 19. ita scribitur. Nô stabit vnus testis côtra aliquē, quicqd illud peccati, & facinoris fuerit, sed in ore duorum aut trium testium stabit omne uerbum: quod & habetur. Mathę. c. 18. & Ioan. c. 8. & tradunt DD. in mille locis, vt inquit Neuizan. cons. 54. num. 15. idq; usus forensis, & multorû auctoritas côfirmauit. Menoch. cons. 98. n. 12. Nâq. in omniû ore est, quod dictû uni⁹, est dictû nulli⁹, vt latè comprobat. Farinac. tract. de testib. quæst 63. cap. p. vbi inquit hanc regulâ non solum communiter receptam, sed apud omnes indubitatam esse.

2 Verùm partes facere possunt, vt vnico testi plenè credatur. Specul. tit. de testib. §. testat. versic. vigesimoquarto, Alex. Roman. Aretin. Socin. Io.

Crot.& alii.in.l.p.§.fin.ff.de verb.obl.& hæc est communis sententia,vt per Iaſ.in d.§.fin.num.8. & in.l.iusiurandum quod ex conuentione in principio num.6. ff.de iureiur.& testatur.Blanc.de cõpromiſsis.quæst.8.num.27. Couarru.var.resolut. lib.1.cap.13.num.2. versic. quamobrem dictum vnius.Crot. de testib.nu.111. Campeg. de testib. regul.197.fall.24.Nell. de testib. num.85.cal.23. Bossi.tit.de opposit.contra testes.num.70.versic. partes possunt conuenire. Guter.in l. nemo potest.num.138 ff.de leg.p.Mynsing centur.5.obseruat.16.Ioseph.Lodo.decis.70.versic.falsissima demum sunt.in fin.vbi testatur de magis communi. Michael.Gras.in communi. lib.2.cap. 17.quæst. 57.Viu. in suis communib. versic. testimonium vnius testis,vbi testatur hanc esse communem, æquiorem, & melioribus rationibus fundatam, & hanc conclusionem esse clarissimam, & communiter approbatã tradit. Vasq.de success. lib.1 §.2 requil.p.nu.7. Mascard. de probat. lib. p.in præfat q.11.num.11.& conclus.386.num.5. latè tradit.Farinac.de testib q.63.c.p.limit.p. num.18.vbi inquit,quod quamuis aliqui contrarium voluerint,tamẽ absurdum erit, in iudicando præsertim,ab hac sententia recedere:tum quia est magis communis: tum etiam quia verior. Namq; unius testis dictum,quod à iure censetur semiplena probatio, ex partium renuntiatione potest effici,vt plena. Rom.in. l.admonendi.nu. 4.ff.de iureiur.vbi inquit hoc esse notabile dictũ, & menti tenendum. Nam quemadmodum pacto fieri potest,vt dicto alterius partis, & aduersarii met credatur,vt dicam Renun.seq. ita multò magis fieri poterit, vt vnico testi plena fides adhibeatur. Specul. d. §. testat. versic. vigesimo quartò.Etenim quod vnicus testis minimè probet fuit principaliter inductum fauore litigantium,atq; ideo illi renunciari potest.Iaſ.in repet. l.admonendi.num.101.in fin.ff.de iureiur.immo etiam infami credendum est de partium voluntate. Angel.l.pactum inter hæredem circa finem. ff.de pact.

3 Sed & supradictam conclusionem tamen quadam moderatione temperandam esse censeo; Namq. partes non possunt absolutè conuenire,vt vnico testi credatur, sed quod nominatim credatur vni solum,puta Titio,partes certè conuenire possunt. Ang.in d.l.pactum inter hæredem circa finem,versic.item non valebit pactum,vbi ita intelligit.l.Theopompus.ff.de dot. prælег. siquidẽ secundum eum ibi forma probandi à lege tradita, exigens saltem numerum duorum testium. l. vbi numerus.ff.de testibus.mutari non potest;sequitur.Iaſ.in repet.d.l.admonendi num. 100. & 200.& alij quos refert. Couarru.var.resol.lib. 1. cap.13.num.2.versic. verùm opinio communis, Afin.in praxi. §. 19. c. 27.num. 9. Bursat. cons. 185.num.21.lib.3.Valasc.de iur. emphyt. quæst. 7.num.14. & Crot.in d.l.p.§.fin.num. 16. uer.secundus casus est, & Farinac. de testib. quæst. 63. cap.1.num.23.ubi declarat supradictam conclusionem procedere,quoties partes consentiunt in certam personam, & nominatim etiam in certũ negotium,vt puta dicendo,quod stare volunt dicto talis,super tali mutuo,vel deposito, alioquin si absoluta fuerit promissio, nempe de stando dicto vnius tantum in genere, non valebit promissio,ne detur occasio fraudibus, & falsitatibus, vt per Farinac. d. loco, & ita iudicatum fuit,vt per Mynsing.centur. 5.obseruat.16.

4 Declara etiam procedere,quando partes cõsentiant non solum in personam vnici testis, sed etiam in dicto Crot.in d.§.fin. num. 16. Couarru. d.c.13. num.2. ver.item, & illud. Blanc.de compromiſ.q.8.num.18.Farinac d.c.p.num 22. Quare,& si partes consentiant stare dicto testis vnici, tamen non prohibentur propterea probare contrarium eius,quod testis deposuit,vt censuit. Aleiat.in.l.p.§.fin.num.34.ff. de verb. obligat. Sed contrarium voluit. Bald.in.l.bonæ fidei. num 8. & ibi Salicet. Cod. de rebus. cred. sequitur. Blanc.d.q.8 nu.29.versic.credo. Vnde Couarru. ita temperat, vt id solum iudicis arbitrio committatur:siquidem plerumq; expedire potest causæ definitioni,non ita adstringi iudicem illius testis testimonio, vt veritas omittatur; quod & tenere videtur.Farinac.d.c.p.nu.25.& hæc Couarru.sententia mihi placet.

CLXIX. RENVNTIATIO, Vt dicto creditoris, vel aduersarijmet plenè credatur.

S V M M AE.

1 *Conuentio de stando simplici dicto partis, siue creditoris valet.*

2 *Quod intellige, vt infra & num 2.*

3 *Intellectus statut Mediolani cap. de Sacram. super expensis vel damnis.*

4 *Tutores non possunt conuenire de stando simplici dicto aduersarij.*

PRoximus est ijs, quę sup. explicauimus. An valeat conuentio, vt vnius dicto stetur, explicandi locus. An renuntiatio valeat, vt dicto, vel iuramento creditoris, vel aduersarij met plenè credatur.

Circa primum plures existimauerunt non valere huiusmodi conuentionem, pro qua sententia facit. Primò quod is, cuius dicto, vel iuramento stari debet, videtur fungi simul vice partis, & iudicis, quod quidem est inconueniens, l. vnica. Cod. vt nemo in sua causa. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. iud. Homude.cons.165. num. 8. Præterea is foret testis in propria causa contra.l. nullus.C.de testib. Atq; hoc casu fides adhibeatur vnius dicto tantum c. licet vniuersis.c.in omni, & ibi gloſ. de testib.l.vbi numerus. ff. eod. & maximè testi non iurato, vbi stari debet simplici dicto l.iusiurandi. Cod. de testib. Postremò huiusmodi conuentio inuitare videtur ad delinquẽ

dum contra.l.conuenire.ff.de pact.dotal.Specul. tit.de probat. §.videndum versic.quid si ibi dicitur.

Nec huic sententiæ obstare videtur text. in.l. iusiurandum,quod ex conuentione.ff.de iure iurand.quoniam super debito iam contracto benè potest deferri iuramentum,non autem super debito iu futurum contrahendo, vt refert. Ias.iu d. l. iusiurandum.n.p.vt neq;obstat tex.in.l.uideam°. §.deferre,& ibi. Cast.ff.de in lit.iur.vbi iudex debet deferre:quoniã loquitur iu iuramẽto extraiudiciali,vt per Ias.d.l.iusiurandum.Et hanc sententiam sequuntur plures.Cyn.in.l.siquis iu conscribendo num.9.Cod.de epis.&cler.Specul.d.§.videndum num.7.Cast.d.§.deferre num.3.Salicet. in d.l.iusiurandum, quod ex conuentione. num. 2.Roman.in l.admonendi col.19. ff. de iure iur. & iu.l.nuda ratio.ff.de donat.Ias. d. l. iusiurandũ n.p.versic aduerte tamen,vbi inquit hanc sententiam in puncto iuris teneri posse.Siguorol.cons. 213.Cum instrumentis.num 3. & cons.156.factum sic se habet.num.3.

Verùm contrariam sententiam cõmuniter sequuntur DD.scilicet,vt conuentio de standosimplici dicto partis,siue creditoris valeat.Bart. Ias. Alber.& alij iu d.l.iusiurandum.idem. Bart.in.l. fin,nu.3.ff.de pretor stipul. Alexan.cons.37.Viso. nu.31.lib.2.cons.47.circa primum.nu.4.lib.p.Socin.cons.80.Visis quibusdam.n.12. lib.4.Ferrar. iu for.libel.act.real.in verbo,& expressis.nu 1 t. Natta. cons. 213.Præsupponitur. nu.5.Cagnol.l. quatenus.nu.25.ff.de reg.iur.Osasc.Pedem.decis. 8.nu.3 Couarru.var.resolut.lib 2.c.13.n.1. Phanuc de iure iur.iu lit.part.2.c.p.nu.11.Bologni.in l.p.num.66.ver.& si contingat.Cod.de sent.quę pro eo. Afiu.in praxi.§.32.cap.2. ampliat.9.nu. 2.decis.Genuæ.110.num.7.decis.134.nu.3.& decis.78. nu. 8.Nam de consensu partium fieri potest,vt dicto aduersarij met stetur. Fariuac.de testib.q.63.cap.p.nu.18.& n.21.Pro hac communi sententia facit text.in l.fin.Cod.de fideicom. vbi valet conuentio de stando iuramento hęredis circa legatum.d.l.iusiurandũ quod ex cõuentione.

Non obstant modo adducta pro contraria sententia.Et primò non obstat unum,& eundem nõ posse simul fungi iure partis,& iudicis, quoniã id procedit,nisi aliter conuentum sit. l.p.§.si conueniat.ff.de pact.& patet text.in.l.fin. Cod.de fideicom.ubi unus,& idem pars est,& index.Neq. etiam obstat quem esse testem in propria causa; quoniam,consentiente aduersario,quis potest esse testis in propria causa Marsil.in rub. de probat.nu.277.Bald.in d.l.fin.Nam is,cuius dicto ex conuentione statur,testis in causa sua esse censetur.Bero.in rub.ext.de probat.nu.55. Neq;etiã obstat,quod dicitur non esse adhibendam fidem dicto unius; siquidem communis sententia est, quod valet pactum de stando dicto vnius. text.vt per Ias.in d.l.iusiurandum.nu.6.& suo loco dixi. Deniq;nec quicquam facit,quod huiusmodi conuentio præbeat occasionem delinquendi;quia poterit peti reductio ad arbitrium boni viri,vt mox dicam.

2 Sed hanc sententiam moderatione quadam temperant DD. nimirum vt ita demum procedat, si æqua fuerit declaratio, aliàs reduci debet ad arbitrium boni viri. l.libertus.ff. de oper. libert.Bart.& alij in.l.fin.ff de pretor. stipul. Specul.tit.de probat.§.uidendum.versic.quid si tibi Ias.& alij iu d.l.iusiurandum.Bologniu.iu.l.p.n. 66. versic. & si semel. Cod. de sent. quę pro eo. Alex.cons.37.nu.31.lib.2.Io.de Annan. cons.31. Præsupposito iu fin.Natta cons.213.nu.5. Couar. var.resolut.d.c.13.nu.p.Hinc rectè cautum est ex dispositione stat. Mediol. cap.de sacram. super expensis,vel damnis.in hæc uerba:si debitor promittat iu instrumento omnes expensas, ac damna se daturum absq. sacramento creditoris, non tamen cogetur prædicta soluere,etiamsi creditor habeat fundatam intentionem suam super expẽsis,& damnis promissis,nisi creditor iurauerit:iuramentum tamen posse moderari per iudicem,si sibi videbitur.

Quę sententia declaratur etiam,ut ante declarationem huiusmodi promissio reuocari possit,arg.d.l. iusiurandum,quod ex conuentione. Nam si iu iudicio reuocari potest,ergo etiam extra iudicium,cum iudicium habeat uim stipulationis.Rebuff.iu.l.p.num. 67. Cod. de sent. quę pro eo,vbi Bolog num.66.versic.dicebat tamen. & huiusmodi pactum etiam iuratum reuocari potest. Bart.iu.l.fin.ff. de pretor. stipul. Intellige tamen,ut possit reuocari ex noua causa. Ias. d.l. iusiurandum quod ex conuentione, iu princip. Angel.d.l.fin.Natta cons.213.Pręsupponitur.nu.

3 5.ubi improbat.Bart.Vnde statutum Mediolani d.cap.de sacram.super expensis.in fin.in hæc uerba disponit,non intelligatur tamẽ sublata facultas reuocandi ipsam promissionem eatenus,quatenus de iure fieri possit.

Quibus adde,quod stante huiusmodi pacto de stando iuramento creditoris, nihilominus tenetur ipse creditor instante debitore iurare de calumnia.Bald.c.cæterum.nu.4.de iuram.calum.

4 Tutores tamen non possunt conuenire de stãdo simplici dicto aduersarij. Bart. iu d. l iusiurandum vbi. Ias. & Aretin. Quod etiam dicendum est iu procuratore, quod non potest in pręiudicium constituentis sic conuenire. l.si procurator vbi D.D.ff.de cond. indebiti. Angel. in. l.cum. res.num.19.ff.de leg. p.& cons. 248.

CLXX. RENVNTIATIO,

Testium inhabilitatis.

S V M M AE.

1 *Oppositiones contra testes, quando remitti possint.*
2 *Testis inhabilitas etiam tacitè remittitur.*
3 *Cautela, vt astui semper adhibeantur testes affines, vel amici.*
4 *Producens testes;an censeatur remittere.*
5 *Omittens oppositiones contra testes.*
6 *Protestans exceptiones suas saluas fore contra te-*

stium personas, & dicta;
5 *Partis non oppositio aduersus testes quid operetur.*

QVædam sunt oppositiones circa inhabilitatem, seu defectum testium, quæ dependent à partium voluntate, veluti cùm testes repelluntur fauore litigantium, putà quia testis est producentis consanguineus, uel affinis, uasallus, domesticus, socius, venditor, criminosus, uel ei, contra quē producitur inimicus, conspirator, uel aliàs suspectus. Aliæ sunt oppositiones inductæ non fauore litigantium, sed odio ipsorum testium, putà quia testis est hæreticus, excommunicatus, paganus bannitus cum sim.

Prioris generis oppositiones remitti possunt ab eo, contra quem testes producuntur, cùm aliæ minimè remitti possint, vt per Io. Andre. in addit. ad Specul. tit. de teste. §. sępe. in prin. Bald. l. si quis testibus. nu. 13. C. de testi. Felin. in c. præsen-
1 tium. nu. 4. ver. quintò fallit. extra eo. Namq; vbi testium inhabilitas inducta est fauore eorum, contra quos debent testificari, certè illi renunciari potest expresè, vel tacitè, vt adnotat per illum tex. Salicet. in d. l. si quis testibus. n. 1. & inhabilitas testium ita demum tollitur de voluntate partium, si ea est remissibilis. Marsil. singul. 91. Licet testis. Mascard. de probatin. conclu. 408. n. 19. Farinac. de testi. q. 62. limit. 6. n. 151. Vnde exceptiones contra testes remitti possunt expreisè, vel tacitè. Alex. cons. 121. Viso processu. n. 13. lib. 2. Testisq. inhabilis admittitur de expressa illius, de cuius pręiudicio agitur, volútate Marsil. in. l. 1. §. ad quęstioné. n. 57. ver. pro quib⁹ facit. ff. de quęst. Farinac. d. q. 61. limit. 8. n. 177. Ex quibus fit. vt pars possit remittēdo cōuenire, vt testibus etiā inhabilibus credatur. Freccia. de præsēt. instru. par. 5. n. 12. atq; vt testis minus legitimus, & inhabilis probet. d. l. si quis testibus, vbi doct. Vasq. de success. crea. lib. 2. § 11. requisi. 1. nu. 8. Bursat. cons. 285. nu. 19. lib. 3. Siquidem testis qui repellitur fauore eius contra quem producitur, redditur habilis eo volente. Specul. tit. de teste. §. 1. ver. quid si aduersarius.

2 Qinimo inhabilitas testis etiā tacitè remittitur. Nam quis rogando testem inhabilem, vel patiendo, vt testis inhabilis adhibeatur in instrumēto, remittere videtur eius inhabilitatem. glo. est in. §. sed exigim⁹, in ver. supplicijs. authen. de testi. quam singularem inquit. Bald. in c. in nomine domini. col. 1. de testi. & in l. parentes. n. 4. C. eo. & latè habetur per Marsil. in. l. 1. §. ad quæstionem. nu. 27. ff. de quęsti. Guter. in. l. nemo potest. n. 127. ff. de leg. 1. Franc. Curt. tract. de testi. conclu. 22. nu. 45. Nam testis instrumentarius cēsetur, à partibus approbatus. Nenizan. cons. 47. num. 2.

3 Vnde traditur cautela, vt actui semper adhibeantur testes affines, & amici, quoniā illi à parte approbati censentur. Felin. in c. cum inter. nu. 11. ver. ad idem. de except.

Quod glo. dictum in d. §. sed exigimus, nō solū
4 procedit in testibus instrumentarijs, sed etiā in productis in iudicio. Nam per productionem testis, censetur remissa personæ inhabilitas. Bald. in d. l. parentes. n. 5. Boer. decil. 245. n. 2. cum seq. Guter. in d. l. nemo potest. n. 130. & traditur regula, quod testes inhabiles probant cōtra producētē, vt latè tradit. Farinac. de testib. q. 62. limit. 10.

Imo approbatio personę testis, cēsetur facta per solā inductionē in testē, licet postea quis nō fuerit vsus ipso teste. Boer. d. decil. 245. n. 4. vbi hanc sētentiam veriorem dicit, atq. etiam siquis ipsius testis productione vti noluerit. Craue. cōs. 188. n. 5. vel etiā si pars solum ipsos testes in iudicio nominauerit, quoniam licet non fecerit illos examinare, si pars aduersa illos examinare fecerit, pars quæ nominauit non potest postea personas impugnare, idem Craue. de antiq. tempo. par. 1. §. quæritur, num. 15. ver. nec illud omitto.

Verùm producens testē videtur eius personā tantū approbare, non etiā eius dictum. Natta. cōs. 285. n. 5. Guter. d. l. nemo potest, n. 133. vbi inquit hanc opinionem esse verissimam. Namq; aliud est testē posse repelli ratione personæ, aliud ratione suspicionis, circa id quod deponit, Bald. cons. 41. Præsupposito. n. 6. ver. contrariū videtur. lib. 5. Est tamen sciendū, quod producens testes, & eorū examē publicatū, cēsetur approbare personas, & dicta. Alex. cons. 66. col. pen. in fi. ver. itē non obstat si diceretur. lib. 2. Craue. de antiq. tēpo. par. 2. §. quæritur etiā. n. 13. & 14. ver. sed aduerte. Nam hoc casu vigore productionis testis cēsetur approbatus etiā in eius dictis. Ias. in rub. ff. de iureiur. n. 9. Riminald. Iun. cōs. 258. n. 14. lib. 3. Et ideo producens testes deponentes de credulitate, cēsetur eorū testimonia approbare, & probāt contra producentē. Roman. cōs. 106. Pater reuerēde. ad fin. Craue. cōs. 201. n. 7. Similiter testis de auditu nō probat pro producēte, sed cōtra ipsū. Cephal. cōs. 65. n. 55. lib. 1. vbi idē inqt de teste vnico. Nāq. is plenè probat cōtra producentē. Surd. cōs. 217. n. 21. lib. 2. Declara tū, vt nō cēseatur approbatū dictū testis, q deposuit extra articulos, q a pars nō potuit hoc cogitare. Signorol. cōs. 79. in prin. & n. 3.

Et non modò per actū contrariū factū iuri opponēdi de inhabilitate, veluti testē rogando, vel producendo, quis renūtiare cēsetur inhabilitati:
5 Sed etiam per omissionē, nempè non opponēdo intra tēpus cōstitutū. Namq; pars nō opponendo contra personas testiū aduersus se productorū, cēsetur remittere eorū inhabilitatē. Ias. l. patre furioso. n. 24. ff. de ijs qui sūt sui vel al. iur.

Planè exceptio inhabilitatis testiū, cui renūtiari pōt, nisi fuerit ab initio opposita, censetur remissa. Bald. l. si quis testibus n. 13. C. de testi. Vnde secundū eū, ibi cauti aduocati sēper protestantur in principio exceptiones suas saluas fore contra personas & dicta, adhoc vt excludatur tacita remissio. Namq; exceptio inhabilitatis opponi sēper debet ab eo, cōtra quē testis producitur, neq. notorietas excusat ab oppositione omissa: siquidē nō opponēs remittere cēsetur inhabilitatē. Butri. c. cū dilect⁹. 2. n. 55. ver. si autē testis. de cōsuetud. & in c. bonæ. 1. n. 33. ver. ex his apparet. de postul. prælat. & exceptiones contra testes non oppositæ

ante

ante publicationem censetur remissæ. c. præsentium. de testi. Alex. consi. 122. Viso processu. num. 12. lib. 2. Itaq. partis non oppositio operatur remissionem inhabilitatis testium ex tacita eiusdẽ partis voluntate. Clar. §. fin. q. 25. in fi. Farinac. de testib. q. 62. limit. 8. nu. 175. cum seq. & nu. 192. inquit, quod si testes fuerint inhabiles fauore ipsius partis, tunc pars non opponens remittere censetur, & iudex ex officio non potest eos repellere.

7 Verùm partis non oppositio operatur solùm remissionem inhabilitatis testiũ respectu exceptionum, quæ remitti possunt, pru vt est inimicitia, familiaritas, consanguinitas, cũ sim. Farinac. d. limit. 8. nu. 186 Præterea non opponens contra testem, censetur solùm remittere inhabilitatem circa ea, quæ erant sibi cognita, secus circa ea, quę nõ poterat diuinare. Signorol. cõs. 79 Factũ sic se habet. in prin. Salice. l. si quis testibus. n. 4. cũ seq. C. de testi. Nam pars non opponens nunquam remittere videtur eam inhabilitatem, quam ignorat. Farinac. d. limit. 8. nu. 183.

Et generaliter licet inhabilitati testis censeatur renunciare adhibens eum pro teste, vt supra dictum est, tamen oportet probare, quod tunc suberat huiusmodi inhabilitas, itẽ quod appareat de sciẽtia adhibentis ipsum testem; siquidẽ ignorãs nõ videtur remittere. l. mater decedẽs. ff. de inoffic. test. ita declarat. Alex. cõs. 191. Visis. lib. 7.

CLXXI. RENVNTIATIO, Prohibitionis Authen. At qui semel. C. de probati.

S V M M AE.

1 Authen. At qui semel. C. de probatio. dispositio.
2 Renuntiari potest dispositioni d. Authen.
3 Prohibitio d. Authen. inducta fuit fauore partium.
4 Tacitè etiam renuntiari potest dispositioni d. Authen.
5 Pars non opponens cẽsetur renuntiare prohibitioni d. Authen.

Dictum est in præcedenti renunciatione de testiũ inhabilitate; nunc sequitur, vt videamus de prohibitione, quod scilicet post testiũ publicationẽ, & didicita testificata nõ possint testes examinari super eisdẽ articulis, vel
1 directè contrarijs. §. quia verò auth. de testib. & auth. at qui semel. C. de probat. & quia hæc prohibitio videtur inducta fauore publico, non etiã ipsarum partium, ne scilicet fraudes, aut falsitates committãtur, sanè videtur dicendũ, quod partes non possunt illi renunciare. l. quos prohibet. ff. de postul. l. ius publicũ. ff. de pact. & id maximè procedit, cũ huiusmodi renũtiatio videatur cõtra bonos mores, & inducens subornationẽ, & materiã delinquendi. l. conuenire. ff. de pact. dotal. sed cõ-
2 trariũ est verius, & huic dispositioni possunt partes renunciare. l. fin. dum ibi dicit ea esse seruãda, quæ acta sũt inter partes. C. de testib. & ibi notat. Bart. in ic. antiq. in tertio. not. quod legibus loquentibus de examinatione testiũ. post didicita testificata potest renũciari, idẽq; tenet. Bart. in d.
3 auth. at qui semel. in fine. Cũ huiusmodi prohibitio inducta sit ob timorẽ subornationis clem. 2. in fi. de testib. Farinac. de testib. q. 75. cap. 4. n. 71. atq; ideo fauore partiũ, cui potest renũciari per c. fraternitatis. de testib. & ibi. Io. Andre. & est cõmunis, vt per Gabriel. in cõmuni tit. de testib. concl. 21. n. 76. Possut igitur partes renũciare huic dispositioni, & facere quod testes possint etiã produci post didicita testificata d. c. fraternitatis, vbi Abb. Felin. col. 3. versic. 2. & c. presẽtata. de testib. Alex. l. p. ff. de fer. Batt. d. auth. at qui semel, & ibi. Bald. col. p. versic. quartò hoc fallit. & Salicet. Socin. reg. 403. fall. 4. Gail. obseruat. 105. n. 14. lib. p. & hæc cõclusio ab omnibus communiter tenetur, vt per Paris. in reper. d. c. fraternitatis. nu. 53. limit. 16. idemq; tradit Farinac. tract. de testib. q. 75 cap. 4. num. 179.

Neq; obstare videtur, quod huiusmodi dispositio sit inducta fauore publico, & renũtiatio possit inducere subornationẽ, & ad delinquendũ: qa imo id inductũ fuit, vt dictũ est fauore partiũ priuato, & licet induci possit subornatio, vt per Bart. in l. p hãc. n. 5. versic. nã debetis scire. C. de tẽpor. appell. tñ talis dolo presũpto renũtiari põt vt p Paris. d. c. fraternitatis. n. 55. vbi inqt id maximè pcedere cũ, vterq; renũtiat, & fit mutua cõpẽsatio.

4 Et nõ modo expressè renũtiari potest huic dispositioni, vt iã dictũ est, sed etiã tacitè, puta non opponẽdo, Abb. in c. cũ contingat col. penult. de off. deleg. Felin. in c. fraternitatis n. 6. vers. sed re vera, & ibi Socin. artic. 12. de testib. in c. qm cõtra n. 20. de pbat. & in c. pastoralis col. fi. de except. Ial. l. patre furioso. col. 4. ff. de ijs qui sũt sui, vel alien. iur. in l. certi cõdictio, §. qm col. 5. ff. si cert. pet. & in. l. p. n. 18. versic. tu dic fortius. ff. de fer. Corn. consi. 27 col. 3. lib. 3. Crau. cõs. 63. col. p. Gabriel. tit. de testib. cõclus. 21. n. 77. Et quãuis Aretin. in d. c. fraternitatis. n. 13. & alij, quos ibi refert Felin. n. 6. vers. sed ijs nõ obstãtib9, & refert. Cros. de testibus. n. 262. vers. secũdo extẽditur cõtrariũ tenuerint, tamẽ receptius est productionẽ valere, vbi pars non opposuit: quoniam pars non opponens, renunciare censetur prohibitioni.

Et pro hac sententia hęc sola ratio sufficiat: Nã vt expressim renũtiari põt prohibitioni nõ obstãte dispositione omnino de qua in. §. qa verò auth. de testib. p ea, quę sup. dicta sũt, ita dicẽdũ est nõ opponẽtẽ, & tacẽtẽ in iudicio sibi pindicare. l. cũ ostẽdimus. §. fi. ff. de fideius. vt & latè dictũ est lib. 5. c. 11. n. 37. in iudicialibus taciturnitatẽ præiudicare tacẽti, & in hãc partem inclinat hac ratione motus. Felin. d. c. fraternitatis. n. 7. versic. sed re vera; & hãc cõmunẽ esse sẽtẽtiã inqt ibi. Petr. Paul. Paris. n. 54. vers. tamen pro communi. Et hęc sententia magis communiter à DD. recepta est, vt inquit Farinac. d. q. 75. cap. 4. n. 182.

CLXXII. RENVNTIATIO, Sententiæ, seu Rei iudicatæ.

S V M M AE.

1 Sententia, & res iudicata ad lites sopiendas maximè pertinet.

2 *Sententia quando in rem iudicatam transeat.*
3 *Sententia, & rei iudicata renunciari, an posit.*
4 *sententia, & res iudicata respicit priuatam vtilitatem eius, qui obtinet.*
5 *Renunciatione sententia, seu res iudicata, quomodo tollatur.*
6 *Rei iudicata renuntiatio quid operetur.*
7 *Clausula, non obstante sententia.*
8 *Transigens, vel compromittens post rem iudicatam absq; renuntiatione, & absq; clausula, non obstante sententia.*
9 *Transigens, vel compromittens post rem iudicatam, an renunciare censeantur.*
10 *Tacitè quando renuntiatum censeatur sententia, seu rei iudicata.*
11 *Sententia renuntiatio in compromisso non nocet, non lato laudo.*
12 *L. si index circumuento. ff. de minoribus.*

QVoniam aliquis finis litium esse
debet. l. fin. ff. pro suo. l. fratris.
Cod. de transact. l. quidam. ff. si
1 cert. pet. ideo ad lites sopiendas
maximè pertinet sententia, &
res indicata c. 2. de sent. & re iudic. vnde Iulianus in. l. dicere.
ff. de recept. arbit. sententiam inquit dicere æstimatur is, qui ea mente id pronunciat, vt secundum hoc discedere eos, qui litigant à tota contro
uersia velit; Nam per sententiam iudex controuersiam diiudicat, illiq; finem imponit. d. l. dicere
glos. in c. cum olim. de restib. Sed quia sententiæ
appellationibus interdum suspenduntur. l. furti
in princip. ff. de his qui not. infam. l. si causa
2 cognita. Cod. de transact. ideo hæ ita demum trãsire dicuntur in rem iudicatam, si lapsum est tempus prouocationis, ita vt amplius ius sententiæ cõtrouerti minimè possit. toto tit. Cod. de re iud. & tunc propriè dicitur res iudicata, cum neq; per appellationem suspendi aut impediri, neq; ex alia causa amplius de ea dubitari potest. glos. in. c. cum non solum. de appellat. lib. 6. l. eleganter. §. si quid post. ff. de cond. indeb. d. l. si causa cognita. c. dilecti. in fin. de elect. c. quod ad consultationem. de re iud. quia res iudicata pro veritate accipitur. l. res iud. ff. de reg. iur.

3 Sententiæ, & rei indicatæ renuntiari potest. l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. & ibi not. Bald. in princip. l. si diuersa, & ibi glos. Cod. de transact. l. si causa cognita, & ibi. Ias. num. 5. Paul. de Cast. num. 3. & alij. Cod. eod. not. in l. duobus. ff. de excep. rei. iud. glos. 2. in princip. in l. admonendi. ff. de iure iur. & ibi Iacob. à S. Georg. n. 5. facit. l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re. iudic. l. in seruitutem. §. si perierit. ff. de bon. libert. Bart. l. acta. ff. de re. iud. Alex. in. l. iudex possessorq. col. 2. versic. sexto fallit. ff. de re iud. cons. 77. in causa col. fi. cõs. 213. Viso, in princip. lib. 2. not. Rom. in. l. debitore num. 4. Cod. de pact. cons. 369. Circa primum, num. 15. Paris. cons. 5. nu. 42. lib. p. cons. 5. num. 16. lib. 2. Corne. cons. 148. num. 20. lib. 2. Dec. l. res iudicata num. 4. ff. de reg. iur. in c. quoniam contra. num. 166. de probat. Surd. cons. 198. num. 2. Decian. cons. 59. num. 48. lib. 2. & ideo vniuersitas renuntiare potest sententiæ. Curt. Iun. cons. 273. lib. 3.

4 Nam sententia seu res iudicata respicit priuatam vtilitatem eius, qui obtinuit rem iudicatam. Curt. Iun. d. l. si causa cognita, n. 22. & ideo potest quis renunciare sententiæ pro se latæ de iure speciali, & inhærere iuri communi. l. si iudex. ff. de minorib. Bald. in. l. quod fauore, num. 2. Cod. de legib. Tiraq. de retract. lignag. ad fin. tit. num. 54. cum seq. Sic & appellans potest renunciare sententiæ pro se latæ, vt cesset grauamen, & tollatur appellatio. c. cum cessante, & ibi DD. de appellat.

5 Verùm quamuis pacto res iudicata tolli possit, quatenus respicit fauorem eius, pro quo lata fuit, tamen partium consensus nõ potest operari, quod alia sententia a iudice proferatur aduersus rem iudicatam glos. sing. in d. l. si diuersa. Dec. d. c. quoniam contra nu. 166. Neq; potest confirmari secunda sententia aduersus primam latam, si primæ prius non fuerit renunciatum. glos. in d. l. si diuersa. Felin. c. inter monasteriũ col. 8. versic. limita primò. de re iudic.

6 Renuntiatio autem rei iudicatę illud operatur, quod licet aliàs super re iudicata trãsigi non possit. l. si causa cognita, & ibi DD. Cod. de transact. tamen super re iudicata transactio ita demũ valet, si rei iudicatæ renunciatum fuit. Bart. l. post rem, & ibi addit. ff. de transact. & ibi Paul. de Cast. Bald. d. l. si diuersa, num. 5. Paul. de Cast. d. l. si causa cognita, num. 3. Dec. cons. 39. num. 3. cons. 375. num. 2. Alex. cons. 22. num. 2. lib. p. cons. 94. num. 5. lib. 2. Corne. cons. 148. nu. 21. lib. 2. Bero. cons. 187. num. 48. lib. p. Crau. cons. 425. num. 68. Rom. cons. 369. num. 15. cons. 504. num. 7. Similiter, vt valeat compromissum de re finita post sententiã, requiritur renuntiatio sententiæ: Rom. d. cons. 369. Circa primum num. 15. Riminald. Sen. cons. 196. num. 5. Nam vbi renuntiatum fuit rei iudicatæ, tunc valet compromissum, & laudum postea ferendum post rem iudicatam. DD. d. l. si diuersa.

7 Hinc quoq; fit, vt tunc videatur renunciatum sententiæ per transactionem, cum adiecta fuerint hæc verba, non obstante sententia. Bald. d. l. si diuersa. Cacialup. de transact. q. 9. num. 2. vbi inquit id perpetuò notandum. Paul. de Castro. d. l. si causa cognita num. 3. Surd. decis. 185. num. 12. & 18. Sic & compromissum cum clausula, non obstante sententia, valet, quoniam videtur renunciatum dictæ sententiæ. Corne. d. cons. 148. num. 24. Riminald. Sen. cons. 79. num. 31. cons. 169. nu. 15. Paul. Mar. decis. 465. parte p. & dicta clausula in compromisso facto post sententiam, habet vim renuntiationis sententiæ, & perinde valere facit compromissum alias non valiturum. Bald. d. l. si diuersa. col. 2. in. l. eleganter. §. si quis post. ff. de cond. indeb. in d. l. iurisgentium. §. si paciscar, & in. l. 1. col. 2. Cod. quando prouocar. non est neces. Paul. de Cast. in d. l. si causa cognita

Quaratione etiam valet nouum compromissũ in arbitrũ in quẽ cõpromitti poterit, si renũtiatum fuerit laudo. Bald. in d. l. post rem. num. p. not. in d. l. si diuersa.

Verum alij existimauerunt satis esse, vt in trãsactione, vel compromisso mentio fiat de sententia, vt illi renunciatum censeatur, etiam si non dicatur, non obstante sententia. Dec. cons. 375. col. p. lequitur. Crau. cons. 455. num. 68. vbi voluit satis esse, vt appareat de renunciatione tacita per verba æquipollentia, etiam si non dicatur, non obstante sententia: cui sententiæ, & ego accedo, per ea quę infra dicam;

8 Aliud autem dicendum est, vbi post rem iudicatam simpliciter fuit transactum, vel compromissum absq; expressa renunciatione rei iudicatæ, vel sine clausula, non obstante sententia, vel consimili: quoniam tunc non videtur renunciatum rei iudicatę, & proinde non valet transactio, neq; compromissum. d. l. si causa cognita, & ibi Paul. de Cast. num. 3. & alij. Corne. cons. 348. nu. at. lib. 2. & ideo Paul. de Cast. in d. l. si causa cognita. num. 3. contra text. ibi, quod immo trãsigi possit etiam super re iudicata ita opponit. Nam certum est quem renunciare posse sententię pro se latæ, vt supra dictum est, sed transigendo quis videtur renunciare sententiæ, & rei iudicatę, vt valeat transactio; ergo valere debet transactio etiam de re iudicata, quasi illi prius renunciatũ censeatur; & circa hanc dubitationem inquit se nunquam fuisse benè clarum, & nunquam reperisse doctrinam id benè declarantem, & Ias. ibi num. 5. id addit, nam qui vult consequens, cẽsetur item velle omne necessarium antecedens ad illud. l. illud. ff. de acquir. hæred. vbi Bart. etiã tradit, quod hæc regula procedit in ijs, quæ dependent à voluntate partium.

Sed ipse ita arguo. Nam faciens actum contrarium iuri suo, illi renunciare videtur, vt latè alibi dixi; sed transigens post rem iudicatam videtur facere actum contrarium ipsi rei iudicatę, ergo per transactionẽ illi renunciare videtur. Minor conclusio hac ratione probatur. Transactio fieri debet super re non liquida, & incerta. l. p. ff. de transact. sed res iudicata, est res certa, & declarata pronunciatione iudicis, ergo transigens post rem iudicatam, videtur rem certam in dubium reuocare, atq; ita facere actum ipsi rei iudicatæ contrarium.

Hunc obiectum duobus modis remouet Paul. de Cast. d. l. si causa cognita: & primò, quod text. in d. l. si causa cognita intelligi debet, quando is, contra quem lata fuit sententia, calumniosè negauit, & aduersarius cum non posset illam ostẽdere transegit, quo casu non videtur renunciatum sententiæ; sed hæc ratio non placet; quoniã text. loquitur generaliter. Secundò respondet, quod nunquam intelligitur quis renunciare sententię, nisi expressè dicatur, non obstante sententia. Sed hæc ratio non remouet dubitationem; Quæritur enim cur simpliciter transigens post rẽ iudicatam non censeatur renunciare rei iudicatæ; quæ dubitatio non tollitur ea ratione, quod nunquam intelligitur renunciatum sententiæ, nisi expressè dicatur, non obstante sententia; ergo secundum hanc rationem, nunquam renunciari posset sententiæ, nisi per expressam renunciationem, aut expressè dicendo, non obstante sententia, quod sanè falsum est. Ias. ibi n. 5. declarat hoc ita verum esse, nisi antecedens maius sit ipso cõsequenti. Deniq; inquit esse cogitandum, quoniã hęc solutio non tollit omnino difficultatem. Alij respondent per transactionem ideo non videri renunciatum sententiæ, quoniam ex antecedentĩ tacito infertur renunciatio iuris quæsiti. Io. Crot. l. p. num. 15. ff. de oper. nou. nunc; & sequitur ibi Paris. num. 60 Sed & hæc responsio non remouet difficultatem: quoniam ex actu contrario tollitur renunciatio iuris quæsiti, vt dixi sup. de Renunciate tacita per actum contrarium.

Ego circa hanc difficultatem illud dici posse arbitror, veram esse decisionem text. in d. l. si causa cognita: nempe quod super re iudicata frustra transigatur. Nam vera est regula, quod non potest transigi post rem iudicatam, tamen ex ea non infertur, quod nunquam transigens censeatur renunciare sententię, data, nimirum, scientia rei iudicatę transigens renunciare censetur. Dec. c. prętcrea num. 33. de off. d eleg. Non valet igitur transactio de re iudicata, quoniam res iudicata videtur certa res, est incompatibilis, & contraria. Nam transactionis materia, sunt res dubiæ, ac litigiosæ. l. p. ff. de transact & de quibus aut lis est, aut lis esse potest. l. a. vbi DD. Cod. de transact. Sed de re iudicata lis esse non potest, siquidem transacta, & finita est; ergo ea amplius transactione finiri non potest. d. l. si causa cognita, quę sanè lis re iudicata sublata fuit, & frustra tollitur etiã transactione.

Verùm vt transactio valeat debet tolli res iudicata, quod fieri potest renunciatione sententię, tunc enim inducitur lis, & res dubia, super qua fieri poterit transactio. Ex quibus facilè intelligitur veram esse regulã d. l. si causa cognita, quod non potest transigi super re iudicata, sed ea intelligi debet, nisi res iudicata tollatur renunciatione sententiæ: quoniam tunc non dicitur transigi super re iudicata, quę sublata fuit renunciatione, sed transigitur super re dubia, & incerta, ob incertitudinem iterum inductam renunciatione sententię. Neq. obstat si dicatur, quod semper valeret transactio de re iudicata, si transigendo censeretur renunciatum rei iudicatę; quoniam non semper ex transactione pręsumi debet renunciatio, sed ita demum præsumitur renunciatum, si constat de scientia rei iudicatę: nam vbi constat de scientia rei iudicatę non video cur trãsigens non censeatur renunciare.

9 Concludendum itaq. erit transigentem, vel cõpromittentem post rem iudicatam, atq; non ignorantem rem iudicatam, censeri renunciasse rei iudicatę. Neq; obstare videtur huic conclusioni text. in d. l. si causa cognita: quoniam procedit, nisi res iudicata tollatur renunciatione expressa aut tacita: Transactione autem non semper tollitur res iudicata, sed ea concurrere debent, quæ exiguntur; vt per actum contrarium censeatur renunciatum iuri suo, qua de re suo loco egimus.

10 Tacitè etiam quis renunciare videtur rei iudicatę, patiendo vt producantur iura, & dentur

articuli

articuli Paris. de resignat. benefic. lib. p. q. p. nu. m. a 3. ac paciscendo super ea discuti, vel de nouo cognosci. Alex. cons. 63 Stantibus. num. 21. lib. 4. & ibi Apostill. Abb. cons. 89. col. 2. versic. sed premissis. lib. p. Itē si conburatur sententia tacitè videtur ab illa recessum. Imol. l. acta num. 5. ff. de re iudic.

Sed etiam sententię tacita renuntiatio inducitur ex non implemento modi, vel formę. Bursat. cons. 155. nu. 12. lib. 2. & dixi sup. de Renuntiatione tacita per non implementum.

Verùm qui non defert sententię pro se latæ, non videtur illi renuntiare quando iniusta est Bald. in c. ex parte. num. 9. de rescript. sequitur. Franch. in c. an sit. num. 3. de appell. per text. in d. l. Titię. ff. de aur. & arg. leg. quem vnicū in iure inquit. Bald. in d. c. ex parte.

Trāsigens quoq; post sententiā, & appellationē interpositā, non videtur renuntiare primæ sententiæ, sed solùm instantiæ appellationis. not. glos. in l. tale pactum. §. qui procurauit. ff. de pact.

11 Est autem in hac renuntiatione sciendū, quod renuntiatio sententiæ in compromisso, minimè nocebit renuncianti non lato laudo: quoniam sētentia ita demum tollitur renuntiatione facta in compromisso, si feratur laudum Bald. l. si diuersa Cod. de transact. Felin. c. cum olim, in fin. de præscript. Dec c. ad aures nu. 4. de appell. Socin. l. si filius qui patri. nu. 17. ff. de vulg. & pupill. in l. si quis arbitramenta nu. 11. ff. de verb. oblígat. & ibi Bologn. n. 81. Alex. cōs. 22. Viso in princip. lib. p. Caccialup. tract. de trāsact. q. 9. nu. 2. vbi inquit id nunquàm obliuioni esse tradendum.

12 Postremò non est omittendum quod tradit Bald. in l. si prædium nu. 9. Cod. de ædil. act. vbi quamuis emptor renunciauerit sententiæ pro se latæ, nempè, vt venditor recipiat rem, & reddat pretium, tamen ex ea sententia competit etiam venditori actio in factū. Neq; obstat tecundum eū l. si iudex. ff. de minor. quia ibi loquitur in restitutione in integrum, quæ non dicitur propriè sētentia condemnatoria, nec ex ea oritur actio in factum. Vide quę dixi. Renunt. 109. de Renūt. sent. quam emptor obtinuit in redhibitoria.

CLXXIII. RENVNTIATIO, Appellationis.

SVMMAE.

1 *Appellationis auxilium cur inductum.*
2 *Appellatio dicitur præsidium, tyriaca, medicina, & remedium.*
3 *Iudex appellationis nonnunquam benè latas sententias in peius reformat.*
4 *Sententia confirmata per nouissimum iudicem.*
5 *Appellatio quod beneficium præstet.*
6 *Appellationis auxilium, an sit superfluum.*
7 *Appellationis vsus.*
8 *Appellationis auxilio renuntiari an possit.*
9 *Appellationi renuntiari potest secundum communem.*
10 *Differentia inter renuntiationem appellationis futuræ, & appellationis interpositæ.*
11 *Appellationi futuræ renuntiari potest.*
12 *Simplex renuntiatio appellationis futuræ.*
13 *Iuri futuro etiam simpliciter, & absq; pacto renuntiare posse.*
14 *Appellationis futuræ renuntiatio debet esse specialis.*
15 *Appellationis futuræ renuntiatio non nocet, quoties iudex dolo pronuntiauit, vel vbi est lęsio grauissima.*
16 *Appellationi interpositæ renuntiari, an possit.*
17 *Consors renuntiare an possit in præiudicium consortis.*
18 *Appellationis renuntiatio quid operetur.*
19 *Appellationis renuntiatio, vt fieri debeat.*
20 *Differentia inter renuntiationem appellationis interpositæ, & interponendæ.*
21 *Appellationi re non integra renuntiari an possit.*
22 *Appellatio limitata.*
23 *Appellationis ab interlocutoria renuntiatio.*
24 *Renuntiatio articuli.*
25 *Appellationi interpositæ renuntians condemnari an debeat in expensis.*
26 *Appellationi renuntians, non videtur renuntiasse attentatis.*
27 *Renuntians appellationi, an censeatur renuntiare nullitati.*
28 *Renuntians appellationi, non videtur renuntiare iuri agendi aduersus iudicem, qui iniquam sententiam tulit.*
29 *Tacitè etiam renuntiari potest appellationi.*
30 *Appellationi renuntiatur tacitè per actum contrarium.*
31 *Appellans redeundo ad iudicem à quo censetur appellationi renuntiare.*
32 *Dilationem petens ad soluendum, an renuntiare appellationi censeatur.*
33 *Appellationi renuntiare videtur, qui facit aliquid, quod ipsius sententiæ executionem respicit.*
34 *Attentans, appellatione pendente, an censeatur renūtiare appellationi.*
35 *Spolians aduersarium, appellatione pendente, an cēseatur illi renuntiare.*
36 *Compromittens, an renuntiare censeatur appellationi.*
37 *Tacitè etiam renuntiatur appellationi per omissionē.*

1 VT iniquitati, & inscitiæ iudicantium occurratur, inductum fuit appellationis auxilium. Appellatione, nimirum, id agitur, vt quod ante aduersus nos decretum, vel pronunciatum fuit, superioris iudicis sententia rescindatur, aut corrigatur, l. 1. in prin. ff. de appellat. Atq; appellare est superiorem iudicem appellare, qui de eadem re amplius cognoscat, atque iudicet, priorem sententiam corrigendo, aut in melius reformando, d. l. 1. in prin. siquidem inducta est appellatio, vt iudicantis iniquitas corrigatur. Roman. cons.
2 324. num. 3. Quare appellatio dicitur innocentiæ præsidium c. cū speciali. §. porrò. de appellat. atque

atque cõtra venenum iudicum datur theriaca ap
pellationis, vt inquit. Bald. in l. vnica, in fi. C. si de
momenta. possess. Nam appellatio est quædam me
dicina inuenta aduersus morbum sententię ini-
quæ. Oldra. consi. 255. Contra prouisionem. nu. 5.
vers. præterea appellatio, vbi inquit quod opor-
tet commẽsurari medicinam morbo. Quò fit etiã
vt dicatur potius remedium, quam actio, Bald.
in l. tale pactum. §. qui prouocauit. 2. lectu. num.
33. ff. de pact. & dicitur potius species defensio-
nis, quàm actionis. Fulgos. in auth. & consequen-
ter. num. 14. C. de sent. & interloc. om. iud. Est
quippe defensio, præsidium inductum de iure na
turali ad fauendum oppressis. Alex. consi. 113. Vi-
so themate. in prin. lib. 5. vbi quod est remedium
3 fauorabile. Nec ad rem pertinet, quod nonnun-
quam appellationis iudex etiam benè latas sen-
tentias in peius reformare possit, cùm rectè ar-
gui non possit, nouissimus sententiam laturus
est, ergo melius est pronuntiaturus, vt dicitur in
d. l. 1. in prin quia id verum esset, si semel tantum
appellaretur ad eum iudicem tantum, qui senten
tiam primò latam reformauit, tunc sanè valde
dubium esse posset vter eorum benè pronuntia-
uerit. Verùm quoniam, iudice appellationis pri
mam sententiam corrigente, iterum appellari po
test ad alium iudicem, qui vnam sententiam con
firmare debet, alteram corrigendo, ideo aliud di
4 cendum erit. Quæ etenim sententia confirmata
fuit per nouissimum iudicem, ea sequenda erit,
non ex eo, quod argui possit idcirco eam benè
latam fuisse, quia nouissimè pronuntiata fuit,
sed quoniam apparet de duorum eadem senten-
tia, quæ preualere debet sententię contrariæ vnius
iudicis tantum, & quæ vti magis recepta est tenen
da. l. 1. ibi, & sanè crebrior. ff. de offic. quæst. Hoc
5 itaque beneficium præstat appellatio, vt à pluri-
bus discusso negotio, demùm appareat ex pluriũ
sentẽtia pro quo stet veritas. Neque refert, quod
primus iudex benè sententiã tulerit, alter verò
sequens malè; modò constet quę sentẽtia sit exe-
quenda, nimirùm illa quę à pluribus appellatio
nis beneficiò, recepta fuit. Quocircà rectè dici-
tur rem iudicatam pro veritate accipi. l. ingenuũ.
ff. de sta. homi. l. res iudicata. ff. de reg. iur. Res
iudicata autem dicitur cùm amplius appellari
non potest, & cùm finem accepit controuersia. l.
1. ff. de re iudic. vbi doct. l. res iudicata, & ibi Dec.
6 ff. de reg. iur. Verùm uideri potest, vt superfluũ
sit id beneficium aduersus sententiam; Nam aut
illa est secundum leges, & tunc haud dubiè inu-
tilis est appellatio; aut verè est contra leges, &
hoc casu non est necessaria appellatio, cum sen-
tentia sit ipso iure nulla. l. si expressim. ff. de ap-
pellat. l. 1. Prętereà finis litibus est imponendus.
l. properandum. C. de iudic. c. finem litibus. de do-
lo, & contumac. Sed & appellationibus lites mul
tiplicantur, & ex lite oritur alia lis, nempè à iu-
dice à quo, ad iudicem ad quem, ergo videtur,
vt admitti non debeat hoc beneficium. Et ideo
dicendum est appellationem tunc demum neces-
sariam non esse, cùm error in sententia exprimi-
tur, secus si non exprimitur ita declarat. Bart. l. 1.
in prin. num. 5. ff. de appell. ... Sed necessaria est
contra sententiam, quæ co...net iniquitatem, &
est indirectè contra leges, quia contra ius litigan
tis. l. 1. ff. quæ sent. sine appella. rescind. His acce-
dit quod vbi apparet friuolam, vel calumnio-
sam esse appellationem, ea tunc est reijcienda,
vt finis litibus imponatur, & ita procedit, quod
dicitur lites esse abbreuiandas: secus si non appa-
reat eam esse huiusmodi, quoniam tunc non est
deneganda ad opem ferendam oppressis iniqui-
7 tate, aut imperitia iudicis. Quapropter rectè di-
citur in d. l. 1. in prin. appellationis vsum necessa
rium, & frequentem esse. Quin & apud antiquos
appellationis vsum fuisse ex eo constat, quod re-
fert Arist. politic. li. 2. c. 6. Hippodamũ Milesium,
qui partitionem Ciuitatum, & politię inuenit, le-
ge statuisse iudicium summum, & ex senibus de-
lectis consilium, ad quod malè iudicata omnia
reuocarentur. Appellationisq; vsum, & apud
Athenienses fuisse ostendit illud apophthegma,
Agesipolis Pausanię filij, qui Atheniensibus de
controuersia, quæ ipsi cum eis erat ad Megaren-
sium prouocantibus iudicium, turpe, inquit, est
principibus Gręcię minus esse ius notum, quàm
Megarẽsibus, vt habetur apud Plutarch. in apoph
thegmat. Laconicis. Sed & ita legitur apud eun-
dem in apophthegm. Cùm Philippus Rex causã
Machetę cognoscens dormitare videretur, neque
obseruaret quibus ille iuribus se tueretur, & pro
inde causa non cognita condemnasset eum, Ma-
cheta se prouocare exclamãte, Philippus ira perci
tus, ad quem tandem, inquit, cui respondit Ma-
chetas, ad te ipsum, o Rex, si quando experrectus
animum aduerteris. Eũdemque vsum fuisse apud
insulam Taprobanem, vt apud populum esset ap
pellatio refert Plinius natur. histor. lib. 6. c. 22. Et
de lege antiqua ita meminit. Cice. de legib. lib.
2. Magistratus nec obedientem, & noxium ciuẽ
mulcta, vinculis, verberibusuè coercento, ni par,
maiorue potestas populusuè prohibessit, ad
quos prouocatio esto. Apud Romanos etiam
hunc vsum antiquissimum fuisse argumento est
ea historia Horatij, apud Liu. lib. 1. qui ob inter-
fectam sororem à Duumuiris condemnatus, ad
populum prouocauit, & absolutus est. Et de le-
gis, de prouocatione ad populum, latę à Valerio
Publicola aduersus magistratus, meminit idem
Liuius lib. 2. qui & lib. 3. ita inquit, neque enim p
uocationem lõgius ab vrbe passuum mille. Ex eo
autem quod Vlpianus in. l. 1. ff. de appellatio. re-
ctè vocat vsum appellandi, facilè intelligi potest
hoc beneficium vsu magis, quàm aliqua certa le-
ge inductum fuisse: siquidem naturalis ratio ostẽ-
dit defensionem, quæ est de iure naturæ minimè
denegandam fore oppressis inscitia, aut iniqui-
tate iudicis.
8 Iam videamus de renuntiatione appellatio-
nis: & primò num illi renuntiari possit, quod
minimè videtur, cùm appellatio sit defensio. c.
cum speciali. §. porrò. c. suggestum, de appellat. c.
cum inter. c. cum olim. de exceptio. Abb. c. dilecti.
col. 3. eo. tit. Socin. consi. 195. Circa primum. num.
2. ver. confirmatur. consi. 39. nu. 9. lib. 2. Alberic.
de

de statu.lib.3.q.54.Nam vbi cadit defensio,ibi & apellatio.Bursat.cós.225.n.139.Est quippè defensio oppressorum.l.per hanc.C.de tempori.appellat.Bald.c.licet.in prin.de offic.ordin. ubi inquit illum tex.esse aureum. Quin appellationis defensio est de iure naturali.l.ut uim.ff de inst. & iure.l.1.C.vnde ui.clem. pastoralis.in fine.de re iudic.Quò fit ut illi in criminalibus renuntiari minimè possit.l.non tantum.ff.de appellat. l. addictos.C eo.Felin.c.si diligenti.num.7. de foro cōper.Afflict.decis.78.num.3.

Præterea illud certū est per statutum tolli minimè posse appellationē Bart.in l. omnes populi. in 3.qu.princ.ver.iuxta præmissa.ff.de iust.& iure.glo.in.l.præscriptione,& ibi Bald.col.7. C. si contra ius uel util.publ.Angel.l.1.nu.2.ff.à quib. appella.non lic.Corne.cons.45.num.8.lib.1.Roland.cons.29. num.5.lib.1.Ergo neque per pactum tolli potest appellatio,cùm à statuto ad pactum,vt à maiori ad minus,arguere negatiuè liceat.Euerhard.in loco à pacto ad legem.circa si. uer.contrà autem.

Videtur etiam,ut renuntiari non possit ea ratione.Nam aut renuntiatur appellationi futuræ, & interponendæ ante latam sententiam: & tūc renuntiari ideo non potest,quia iuri futuro simpliciter renuntiari non potest,ut not.doct. in.l.1. C de pact. Aut uerò post sententiam renuntiatur appellationi iam interpositæ, & tunc uidetur quoque dicendum,ut renuntiari non possit altera parte inuita: siquidem id beneficium factum fuit commune etiam diuersæ parti,non appellanti.l.ampliorem C.de tempori.appellat.

Facit etiam,quod per renuntiationem derogari uidetur iuri superioris, ad quem prouocatur. Nam etiam in iuramento semper exceptum uidetur ius superioris: q̄m illi non potest ex iuramento, ne dum ex simplici renuntiatione, derogari.c.ueniens c. uenientes. de iureiur.

Sed & facit quod appellandi vsus est necessarius,vt dicitur in.l.1.in prin.ff.de appellat.ergo quis cogitur eo vti,& excluditur renuntiandi facultas.

His accedit,quod appellationis auxilium uidetur inductum in odium iniquorum,& imperitorum iudicum,qui eorum aut iniquitate,aut inscitia opprimunt iustè litigantes. Proinde dicendum uidetur huic auxilio renuntiari minimè posse, vti iuri in odium inducto, per ea,quæ supra diximus Renunt.2 a.

Postremò facit,nam quemadmodum non valet pactum de non reducendo sententiam arbitratoris ad arbitrium boni uiri.Bart.l.quidam cū filium.ff.de verb.obliga.quoniam huiusmodi pactum inuitaret arbitratorem ad delinquendum, atq; ad iniquè arbitrandum,dum scire potest cōtra eius sententiam reclamari non posse.l.conuenire.ff.de pact.dot.ita dicendum uidetur in appellatione,vt non valeat pactum de non appellando,& id maximè procedere videtur,cùm reductio sit appellationis species.l.non distinguemus. §.cum quidam.ff.de recept.arbit.

9 Verùm receptum est, vt appellationi renuntiari possit.l.si quis libellos. C. de appellatio. & interposita.§.ille denique,& ibi glo. in ver.contradictione partis. de appellatio. c. solicitudinē. eo.tit.l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff. de pact. l.fin.§.fin.C.de tempori. appellat.& ibi Mathesila.l.1.§.si quis ante.ff.à quib.appella.non fit.Specul tit.de appellat.§.12.num.2.Abb.in c.cum dilectus.col.6 de arbit.Alberic.in. l. quidam cum filium.num.14.ff.de verb.oblig.& de statu.lib.3. q.54.num.2.& par.2.q.2.num.62. Bald.tract.de pact.num.85.Felin.in c.ex parte.11.num.5. de rescript.Dec.in c.personas.in prin.de appellat. Bero.in c.cum sit Romana.nu.15.de appellat. Niconit.in repet.c.quoniam contra. num. 158. de probat.Socin.cons.45.col.pen.ver.præterea quandocunque.lib.1.Corne.cons.177.num.20.lib. 2.cōs. 82.col.2.lib.1. Masuer. in pract. tit. de appellat. num.44.45.Ferrar.in forma lib. appellat. à senten.diffinit.ver.coram vobis.num.8. Maranta de ordine iudic.par.6.princ.de appellatio.nu. 330. Duen.reg.49.ver.appellans.Lāfranc.de arbit.diuisio.7.num.37.Vital.de clausul.rub.an reductioni.num.18. Boer. in singulari.ver.appellatio.nu. 24.Butrigar.de renunt. iur.Gaill. obseruat.135. num.10.lib.1.Nicell.de concord. glos. num. 22. Vnde ex consuetu.Galliæ,vt refert Rebuff tract.de appellatio.artic.15.glo.1.in prin. quis renuntiare potest appellationi intra octo dies computandos à die emissæ appellationis. Vnde etiam quāuis aliàs partes non possint compromittere in ordinarium,tanquam in arbitrum, possunt tamen se obligare ad standum illius sententiæ,& renuntiare possunt appellationi. Menoch.cons.406.nu. 57. Hinc que Tennin.caute. 12.tradit eam cautelam ei,qui scit se iustam fouere causam, nimirum, vt cum eo cum aduersario facere pactum de non appellando,vel si pars aduersa ante sententiam coram iudice professus fuerit,se non prouocaturū,tùm id scribi faciat in actis, quoniam ea ratione appellare non poterit per d.l.1.§. si quis ante sententiam,& ibi glo.in ver. perdidit. Hæc sanè renuntiatio valere debet,cùm ea ad lites abbreuiandas pertinere videatur.Nam cùm appellatio sit beneficium c.pen.c.fin.de appellat.atque remedium,vt in.l.1.§.fin. ff. ad Turpill. ibi,prouocationis remedio,idque inductum litigantium fauore.l.1.in prin.ff. de appellatio. satis constat partes ei renuntiare posse,quod ipsarum fauoré respicit. Atque quemadmodum renuntiatione a tota lité recedere licet.l. postquam liti. C. de pact. ita, & permissa esse debet renuntiatio appellationis,quæ est pars litis. arg. l. quæ de tota. ff.de rei vendic. Idque maximè permitti debet quoniam renuntiatione appellationis finis liti imponitur.c.finam litibus.de dolo, & contumac. c.11.de senten.& re iudic. l. properandum C. de iudic.l.terminato.ff.de fruct.& lit. expen. Sed & quemadmodum licet tacitè renuntiare appellationi acquiescendo sententiæ, & non appellando intra tempus constitutum,vt mox dicam: ita licere debet expressim renuntiare: nam quod tacitè permittitur,id & expressè licebit,vt not.in l.cum quid. ff.si cer. pet. Vnde cautela est secundum

Abb.

Abb. in c. directè num. 7. ver. ex his sume. de appellat. vt non prosequens appellationem in termino, iudicem a quo adeat, & de facto renunciet appellationi, quoniam tunc tenebitur eum ad vlteriores actus citare.

Restat nunc, vt pugnantia submoueamus, Et primò non obstat, quod appellatio sit defensio, quoniam ita renunciari non potest defensioni. si illa est inducta de iure naturali, non etiam si introducta est de iure positiuo, vt appellatio. Felin. in rub. extrà de appellat. col. 3. in fi. & in c. 1. de rescript. Maranta de ordin. iudic. par. 6. princ. nu. 340. Neque etiam dicendum est, quod appellatio sit de iure naturali, quoniam licet eius substantia sit de iure naturali, forma tamen est de iure ciuili. Abb. in rub. extra. de appellat. num. 6. Praeterea d. clem. pastoralis, procedit in defensione pro tuitione vitę, quę sanè est de iure naturali, vt loquitur. l. vt vim. ff. de iust. & iure. Aliud dicendum est in hac defensionis specie, quae est de iure ciuili Felin. in c. ex parte. 11. col. 2. de offic. delega. Dec. in c. personas. in prin. de appellat. vbi expressim inquit appellationem esse defensionem ciuilem. Appellatio etenim est beneficium iuris ciuilis. l. 1. in prin. ff. de appellat. atq; potestas appellandi est introducta de iure ciuili. Signorol. cons. 149. num. 4. ver. praeterea potestas appellandi. & proinde per aliud ius ciuile tolli potest, vt habetur toto tit. ff. de appellat. recip. & tit. C. quorum appellat. non recip. quod sanè fieri non posset, si appellationis defensio esset inducta de iure naturali. §. pen. Insti. de iure natura.

Neque etiam obstat argui posse, vt appellatio ex pacto tolli non posit, cùm neque ex statuto tolli posit, quoniam diuersa est ratio; Nam idcirco ex pacto tolli potest appellatio, non autem ex statuto, quia pactum directè non tangit ius superioris, nam ex pacto paciscentes abdicant à se tantum id, quod est in eorum potestate. At statutum directè disponit contra ius superioris, non etiam renuntiat alicui facultati. Innoc. c. venientes. de iureiur. Abb. in c. cum dilectus. col. 6. de arbit. Bald. l. 2. §. illud, in fine. C. de tempori. appellat in l. cum de consuetudine. num. 3. ff. de legib. Roland. cons. 29. nu. 28. ver. nec obstat quod lib. 1. Mynsinger. centur. 1 obser. 14. Quamuis igitur non valeat statutum, ne liceat à sententia appellare. c. venientes. de iureiur. valet tamen pactum de non appellando. l fin. in fi. C. de tempori. appellat. Ratio autem diuersitatis ea est, quia paciscentes abdicant à se id, quod est in eorum potestate, & quod ipsorum fauore inductum fuit, & proinde non videntur iuri superioris derogare, cùm statutum appellationem tollendo, directè tollat ius superioris. Surd. cons. 2. num. 29.

Nec obest etiam quod renuntiari non posit appellationi interponendae, vel interpositę, quia responderi potest, vt mox dicam. Quod autem renuntiari non posit simpliciter iuri futuro, vt scribunt doct. in. l. 1. C. de pact. id falsum est, per ea quae dixi Renunciat. 39.

At nec illud obstat, quod per renuntiationem appellationis derogetur iuri superioris: siquidē appellationis auxilium inductum fuit fauore ipsarum partium principaliter, non etiam ipsius iudicis. Bald. l. arbitro num. 2. ff. qui satisd. cog. Neque renuntiatio appellationis pręiudicare potest iurisdictioni iudicis, ad quem fieri debet prouocatio, nimirùm quia renuntiando appellationi non fit iniuria iudici appellationis. Sic & licet litigatoribus à lite discedere, quoniam sic agendo nihil detrahunt de iure ipsius iudicis, ad quod facit. l. 1. §. inde quęritur. ff. de ope nou. nunc. vbi ita pulcrè scribitur. Nec esse periculum, ne pactio priuatorum iussui prętoris antepositia videatur. Quid enim aliud agebat prętor, quàm hoc, vt controuersias eorum dirimeret? a quibus si spontè recesserunt, debebit id ratū habere. Aliud dicendum est in statuto tollente appellationem, quoniam sic derogat iurisdictioni iudicis, vt iam dixi. Neque praedictis refragatur id, quod dicitur appellandi vsum esse necessarium: quoniam id accipi oportet de necessitate causatiua, siquis velit se tueri aduersus iudicantium iniquitatem, non etiam de necessitate praecisa, cum nemo agere cogatur. l. 1. C. vt nemo inuitus. Et ita declarat. Imola in. l. 1. num 2. ff. de appellatio.

Nec quicquam facit, quod id beneficium inductum videatur in odium: quoniam licet illud inductum etiam sit in odium iudicum, qui propter imperitiam, vel iniquitatem malè iudicant, tamen id est per consequens, cùm principaliter illud inductum fuerit ipsorum litigantium fauore, qui principaliter attēditur, ut renuntiari possit. l. siquis nec causam. ff. si cer. pet. & dixi suprà suo loco.

Non obstat postremò, quod per renuntiationē praebeatur iudici, à quo, occasio iniustè pronuntiandi remoto appellationis auxilio, vt dicitur de pacto, de non reducendo sententiam arbitratoris ad arbitrium boni viri: quia id sanè nō operatur renuntiatio, seu pactum quo renuntiatur appellationi, vt voluit. Salicet. in. l. fin. §. fin. num. 3. C. de tempori. appellat. Nam licet renuntietur appellationi, tamen iudex non inducitur ad delinquendum, vt per Cuman. in. l. quidam cum filium. num. 8. ff. de verb. obligat.

10 Supradicta conclusio, quod appellationi renū tiari posit, non ita indiscriminatim est accipienda, sed constituenda est differentia inter renuntiationem appellationis futurae, ne à sententia ferenda appellare liceat, atque inter renuntiationē appellationis iam interpositę à sententia lata. De vtraque igitur videamus Et primum videtur, vt renuntiatio appellationis interponendę minimè valeat. Nam reductio species est appellationis. l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbit. not. in. l. arbitro. ff. qui satisd. cog. & ita arguit. Corne. cons. 177. in hac re. lib. 2. Socin. Iun. cōl. 94. num. 9. lib. 2. Ias. l. quidam cum filium. nu. 23. ff. de verb. oblig. sed reductioni ante sententiam renuntiari non potest, vt habetur in c. Quintauallis. de iureiur. Bart. in. l. 1. §. siquis ante. ff. à quib. appella. non lic. Lanfr. de Oria. de arbitr. diuisio. 7. num. 37. Angel. cons. 182. num. 4. Felin. c. si diligenti. num. 22. de foro compet. Vt neque valeę

pactum

pactum, per quod emologatur laudum arbitri
proferendum. Ripa. l. nemo potest. num. 89. ver.
tertiò fallit. ff. de leg. 1. Angel. d. conf. 181 num. 4.
Maranta d. par 6. princ. vlt. par. iudic. actu. 3. nu.
332. Ergo idē dicendū videtur in appellatione,
nimirum, vt illi renūtiari nō posit ante sentētiā.
11 Contrarium tamen dicendum est: nam indu-
bitata est regula renuntiari posse appellationi fu
turæ, & iuri appellandi, ne fas sit à sententia fe-
renda appellare, siquidem habemus tex. expres-
sum in l. 1. §. si quis ante. ff. à quib. appell. non lic.
in hęc verba, si quis ante sētiam professus fuerit se
à iudice nō prouocaturū, indubitatè prouocandi
auxilium perdidit, ad idem est tex. in l. fin. §. fin.
C. de tempori appellat. ibi, sin autem partes paci
scendum esse crediderint, nemini patti licere ad
prouocationis auxilium peruenire, eorum pactio
nem firmā esse censemus. not. in l. tale pactum. §.
qui prouocauit, vbi Ias. num. 7. ff. de pact. Bart. in
l. nemo potest. ver. quæritur hic. Dyn. ff. de leg. 1.
Paul. de Cast conf. 260. col. 1. lib. 1. in l. fin. num. 2.
C. de tempori. appellat. Franch. in cap. interposi-
ta. §. ille denique. num. 2. de appellatio. Trenta-
cinq. var. resolu. lib. 2. de appell. resolu. 12. num. 1.
Ripa. c. sicut Romana. nu. 23 de rescript. Rebuff.
in constitu. tract. de appellatio. artic. 15. glo. 1. n.
6. Curt. Iun. l. si vnus. § illud nulla. num. 13. ff. de
pact. Io. de Anania. conf. 50. num 2. Lancell. de at
tenta. tit. de attenta. appella. pend. ampliat. 3. nu.
15. Vant. de nullita. tit. qualiter sententia repara.
poss. num. 17. Vasq. de succell. creat. §. 10. num. 2.
Bald. tract. de pact. in fine num. 85. Corne. conf.
82. col. 2. lib. 1. Guid. Pap. q. 359. num. 3. Cotta in
memorali. ver. Appellare non licet. ibi, tamen in
contrarium. Ac vt liceat renuntiare appellationi
interponendæ à sententia diffinitiua, vel interlo-
cutoria, decisum fuit per Rot. decis. 287. Licet ap-
pellationi. nu. 1 in nouiss. & refert Petr. Gregor.
tract. de appellat. lib 5. c. 3. nu 1 Ange. conf. 287.
Contraxerunt num. 4. Nam minus est renuntiare
appellationi futuræ, & interponendæ, quàm
appellationi iam interpositæ: siquidem interposi
tæ appellationi renuntians, videtur iudici appel-
lationis iniuriam irrogare. arg. l. sed si in seruum.
§. fin. cum. l. seq. ff. de arbit. nec non interest iudi-
cis à quo, ne eius sententia in dubium remaneat,
cùm per friuolam appellationem ei iniuria fieri
videatur. l. fin. C. quan. prouoca. non est nec. Pos-
sunt quippe partes eligere iudices sub conditio-
ne, & promissione, quod ab eorum sententijs non
liceat appellari. c. si autem, vbi glo & doct. 2. q. 6.

Nec quicquam facit, quod non valeat pactum
de non reducendo ad arbitrium boni viri, quoniā
ante sententiam renuntiari potest appellationi,
cùm tamen ante sententiam non posit renuntia
ri reductioni, vt iam dictum est. Rationes diuer
sitatis plures à doct. adferuntur, vt refert Curt.
Iun. in l. si vnus. §. illud nulla. num. 19. ff. de pact.
vbi concludit malè posse asignari rationem di-
uersitatis. Mihi ea ratio placet, quod pactum de
non reducendo ad arbitrium boni viri, inuitat ar
bitratorem ad delinquendum, atque ad iniquè
arbitrandum, dum scit contra eius sententiam re
clamari non posse; quæ sanè ratio cessat in iudi
ce, qui habet iurisdictionem iure publico intro-
ductam, & de quo lex adeo confidit, vt non præ-
sumat, ex renuntiatione, eum iniquè non pronun
tiaturum. Lanfr. de Oria. de arbitr. diuis. 7. num.
38. Nicell. de concord. glos. num. 23. Nam iudex
dicitur vir bonus. l. vir bonus. ff. iudic. solui. & ex
probis uiris publica auctoritate delectus est. l. rē
non nouam C. de iudic. Quamquam Corne. cōs.
82. col. 2. lib. 1. tenet quod ita renuntiari potest
reductioni futuræ à laudo, vt appellationi. Et
licet aliàs, cùm quid fieri potest per pactum, id ip
sum multò magis per statutum fieri possit l. fin.
& ibi not. doct. C. de fideiuss. glo. rub. C. de decu-
rio. lib. 10. Tamen hæc regula non procedit in pa
cto de non appellando, quod quidem valet, tamet
si statutum de non appellando minimè valeat. In
not. in c. venientes de iureiur. Mynsinger. centur.
1. obseru 14. Gaill. obseru. 135. num. 11. lib. 1. Ebe
rhard. in loco à pacto ad legem. nu. 9.

Ex qua regula, quod permissum sit renuntiare
appellationi futuræ infertur, posse testatorem in
eius vltima voluntate præcipere hęredi, ne ap-
pellet. Vasq. de successf. creat. lib. 1. §. 10 num. 1.
12 Quod autem dicitur appellationi futurę renū-
tiari posse, intellige procedere in pacto, non etiā
in simplici renuntiatione: siquidem & alias sem-
per simplex renuntiatio iuris futuri non valet.
Bart. l. 1. § si quis ante. ff. à quib. appella. nō lic.
Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de
pact. Ias. l. 1. num. 16. ver. ex prædictis collige. C.
de pact. vbi Bald. col. 4. Dec. num. 23. Curt. Iun. n.
19 qui inquit hanc esse receptam sententiam, &
ita communiter teneri testatur Zuccard. ibi, nu.
155. & ibi Purputa. num. 81. Io. Annib. in l. ne-
mo potest. num. 419. ff. de leg. 1. & ibi Crot. num.
38. & Ripa. num. 87. Franch. in c. interposita. §.
ille denique. num. 2. ver. dubitatur tamen de ap-
pellatio, vbi inquit communem conclusionem
doct. esse, quod ante sententiam, vel grauamen nō
valeat renuntiatio appellationis unius partis tan
tum, quandoquidem in renuntiatione extra iu-
dicium requiritur vtriusque partis consensus. Ma
thesila. in l. fin. §. fin. C. de tempori. appella. Io. de
Imola conf. 76. Socin. Iun. conf. 94. num. 8. lib. 4.
Rebuff. ad constitu. tract. de appellatio. artic. 15.
glo. 1. num. 6. Sed hanc sententiam ipse nunquā
probaui, & quandoque ostendi longè, & latè à ve
13 ro abesse. Nam id quod crebriore calculo doct.
tradunt, nempè iuri futuro simpliciter renuntia-
ri minimé posse, verum non est. Est quidem ve-
rum, quod ius futurum non tollitur repudia-
tione. l. si ita scriptum. §. si sub conditione. ff. de
leg. 11. Quod autem ius futurum non tollatur
simplici renuntiatione falsum est, quia d. l. si ita
scriptum. §. si sub conditione. loquitur in repudia
tione, non etiam in renuntiatione. Falluntur igi-
tur doct. nullum discrimen constituentes in hac
re, inter renuntiationem, & repudiationem, cùm
aliud sit renuntiare, & aliud repudiare, vt latè
suo loco dixi. Ius futurum idcircò repudiari non
potest: quia non est adhuc delatum, & quia non
pertinet ad nos antequam dies ueniat, uel condi-

tio existat, vt dicitur in d. §. siquis sub conditione. Vnde ius delatum tantum repudiari potest, non etiam ius futurum, vel iam quęsitum, quoniã hæc tolluntur renuntiatione, vt latius dixi Renũtia. 19. Sit igitur conclusio, quod appellationi futurę etiam simpliciter renuntiari potest, quæ sententia confirmatur ex tex. in l. 1. §. siquis ante. ff. à quib. appella. non lic. vbi ita dicitur, si quis ante sententiam professus fuerit, se à iudice non prouocaturum: indubitatè prouocandi auxilium perdidit. Ibi enim, quod sit simplex renuntiatio apparet, in illis verbis, professus fuerit, quæ sanè verba non denotant pactum; quòd verò valeat, dicitur in tex. prouocandi auxilium perdidit. Sed & pro hac opinione facit: nam doct. omnes conueniunt, quod simpliciter renuntiari potest in iudicio, vnde cùm valeat simplex renuntiatio in iudicio dicendum est etiam valere simplicem renũtiationem extra iudicium, per id quod voluit glo. not. in l. sicut. C. de repud. hæred. quæ inquit, quod quę renuntiatio valet in iudicio, ea quoque valat extra iudicium, vt alibi dixi.

14 Declaratur preterea, vt ita renuntiatio futuræ appellationis valeat, si ea expressa est, & specialis. Ias. l. si conuenerit, num. 21. & ibi Bart. in fine. ff. de re iudica. Dec. c. ad hæc 11. num. 15. & 16. de appella. Cotta in memorali. ver. Appellare nõ licat. ibi, tamen hoc secundum eum. Purpurat. in l. 1. num. 83. C. de pact. Scala de consil. sapient. lib. 4. c. 19. Vnde si quis promiserit stare sententiæ ferendę per quempiam iudicem, non propterea censebitur futurę appellationi renuntiasse Petrusi. c. ad hæc. 11, de appellat. Maranta de ord. iudic. par. 6. princ. Mathesila. l. fin. §. fin. C. de tempori. appellat. Franch c. interposita. §. ille deniq; num. 3. in c. ad hæc. 1. num. 3. de appell. Aliud tamen dicendum est in eo, qui post latam sententiam promittit illi stare. Bart. d. l. si conuenerit. in fine. Craue. cons. 103. num. 13. Vel etiam in eo, qui promisit stare sententiæ, qualiscunque erit, quoniam tunc videtur renuntiasse appellationi etiã futuræ. glo. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. & ibi. Bald. ff. de pact. vbi etiam. Ias. num. 7. licet glo. ibi non firmet. vt per Mathesil. d. §. fin. qui distinguit. Boer. in singulari. uer. Appellatio. num. 15. Scala de consilio sapientis, c. 19. lib. 4. declarando tamen ut pereum. Vnde licet aliás à sententia lata secundum consilium sapientis electi de partiũ voluntate appellari possit; tamen id accipiendum erit, nisi partes promisissent stare sententię qualitercunque ferendę. Bald. in repet. d. §. qui prouocauit. Franch. in c. intimasti. in fine de appellat. Sed & renuntiasse videbitur is, qui promisit stare vnicæ sententiæ, Lancell. de attent. tit. de attenta. appella. pend. num. 21. vel is qui promisit stare sententię alicuius. Lancel. d. tit. ampliat. 2. num. 15. Nam promissio de stando vnicæ sententiæ valet. l. fi. C. de tẽpori. appell. Frãch. c. interposita. §. ille denique. num. 2. de appella. Felin. c. ex parte. 11. num. 6. de rescript. Sic, & promittens iudicatum facere, renuntiare videtur appellationi. glo. in d. §. qui prouocauit. Et buff. d. tract. de appellatio. artic. 15. glo. 1, num. 9.

15 Declara etiam, vt non noceat renuntiatio futuræ appellationis, quoties iudex dolo pronũtiauit, siquidem futuro dolo renuntiari non potest. Marsil. singul. 289. Dolus. Curt. Iun. in l. tale pactum. § qui prouocauit. num. 41. ff. de pact. Natta cons. 172. num. 3. & 6. lib. 1. Scala de consilio sapientis. c. 18. lib. 4. Idemque dicendum est, vbi manifestum, & euidens est grauamen. Io. de Imola cons. 76 vel vbi adest dolus, vel lęsio insignis. Vrsill. ad Afflict. decis. 78. num. 11. declarat Ancharan. Iun. q 4. lib. 2. Nicel. de concord. glo. nu. 23. Franch. c. interposita. § ille denique. num. 20. ver. aduertendum autem. de appellatio. Appellationis quippe renuntiatio, nõ debet trahi ad eã, quę interponitur à sententia euidenter iniqua. glo. in c. ex conquestione. in ver. post appellationem. de restitu. spol. Alex. cons. 2. lib. 6. Craue. cons. 622. num. 17. Quando igitur interuenit in iudice dolus ex proposito, vel læsio enormissima, vel etiam enormis, ex qua argui possit dolus iudicis, tunc renuntiatio non operatur, sed appellari poterit. Trentacinq. var. resol. lib. 2. de appel. resolu. 11. num 8. Maximè autem interest inter renuntiationem à sententia, vel a laudo, vt per Castren. cons. 272. col. 2. lib. 1.

16 Dubium autem est, an renuntiari possit appellationi iam interpositæ, inuito appellato, nam non est dubitandum, quin renuntiare possit cum consensu appellati, etiam si res non sit integra. l. si quis libellos. C. de appellat. & not. in c. interposita. §. ille denique. extra eo. Quandoquidem possunt partes de communi consensu renuntiare appellationi, & redire ad iudicẽ à quo. not. Franch. in c. accepta. vlt. not. de appellatio. Quod renuntiari non possit inuito appellato, dubium illud facit; Nam appellationis beneficium commune est, tam appellanti, quàm parti aduersæ, quę nõ appellauit. l. fin. in prin. C. de appellatio, & ibi Bald. quem tex. valdè not. inquit. Alex. cons. 185. num. 4. lib. 6. Et hinc potest appellatus adhærere appellationi, ab appellante interpositę, & eam prosequi, perinde ac si ipsemet appellasset, vel etiam appellante ab appellatione desistente. d. l. fin. in pri. Ferrar. in for. lib. appellat. à senten. diffinit. ver. coram vobis. num. 8. Felin. in c. ex parte. 11. num. 3. de rescript. Grat. cons. 100. num. 60. lib. 1. Mynsinger. centur. 2. obserua. 21. Atque potest appellatus vti interposita appellatione, vt resciadatur sententia, quatenus illa eum in parte aliqua læsit. d. l. fin. in prin. C. de appellat. l. fin. C. quan. prouoca. non est nec. Bart. in l. si quis libellos. C. de appellat. Dicendum est igitur appellantem renuntiare non posse appellationi, recusante aduersario, & in ejus præiudicium, quando possit illi adhærere, & illam prosequi, vt ipsemet appellans. d. l. fin. in prin. l. fin. C. quan. prouoca. non est nec. & ibi. Bald. circa med. & Salicet. in fi. idem Bald. l. per hanc. C. de tempori. appellat. in fi. & in l. edita. num. 50. C. de eden. in c. accepta. de appella. & pro hac sententia, quod renuntiari non possit inuito appellato facit. l. si post mortem. §. fin. ff. de bon. pos. contra tab.

Verùm quod appellationi interpositę renũtiari

posit, est tex. in l. si quis libellos. C. de appellat. & ibi Bart. Bald. & alij. l. tale pactum. § qui prouocauit. ff. de pact. c. interposita. § ille denique, & ibi Dec. Franch. & alij de appellatio. Angel. l. 1. §. 1. ff. à quib. appella. non lic. Guid. Pap. tract. de appellatio. q. 29. & decis. 436. num. 36. Sed quoniam appellationis beneficium commune est tã appellato quàm ipsi appellanti. l. fin. in prin. C. de appellat. Franch. decis. 467. & appellatio regulariter communis est. Bursat cons. 245. num. 1. Nam appellatus potest vti appellationis auxilio, tametsi appellans noluerit eo vti. Brun. cons. 125. num. 9. Atque potest iudex ad fauorem appellati reformare sententiam. Surd. decis. 143 num. 3. & de causa communi appellationis habetur per Petr. Gregor. tract. de appellatio. lib. 5 c. 5. ideo. Bart. in d. l. si quis libellos generaliter tradidit appellantem renuntiare posse in ipsius præiudicium, secus autem in præiudicium appellati. In quam rem etiam Abb. in d. §. ille denique, & ibi Dec. nu. 10. concludunt quod potest appellans à sententia interlocutoria indistinctè renuntiare appellationi inuito appellato, etiam re integra non existente; quod & dicendũ est, secundum eos, in appellante à sententia diffinitiua, modò non agatur de interesse appellati, aliàs secus. Est igitur ita concludendum. Aut res integra; aut verò res non est integra. Res autem integra dicitur, ne hoc omittatur pro declaratione antequam citetur appellatus, non etiam post citationem. Felin. c. ex parte. 11. num. 5. de rescript. Afflict. in consti. rub. 45. de appellat. num. 45. Osasc. decis. 131. num. 12. Cumia. in ritib. mag. cur. c. 88. num. 93. Maranta in spec. par. 6. princ. num. 332. vel ante præsentationem. c. quamuis. 11. de elect. lib. 6. vel etiam antequã appellatio fuerit introducta, & communis effecta. Ripa. respon. 2. tit. de appellat. Nam post citationem, & comparitionem res non dicitur integra, quoniam per eas videtur ius quæsitum appellato. Paul. de Cast d. l. si quis libellos in fine. Sed vt, vnde abij, redeam: primo casu cùm res est integra, tunc voluit Bart. in d. l. si quis libellos, appellantem non posse renuntiare inuito appellato, quoniam appellans non potest renuntiare, quoties agi potest de præiudicio ipsius appellati. Verùm Io. Andre. in addit. ad Specul. tit de appellatio. §. quibus. ver. trigesimo tertiò, & ver. quid si victus. intelligit, vt appellans non possit renuntiare in præiudicium appellati, quò ad effectum consequendi expẽsas, secus quò ad effectum emendationis sententiæ, quandoquidem hoc posteriore casu sibi imputare debet appellatus, qui grauatus cùm potuerit appellare, non appellauit, quæ sanè ratio cessat, cùm agitur de expensis tantum, & ita tenet etiam. Butri. & Abb. in d. §. ille denique. Angel. in l. 1. §. 1. ff. à quib. appella. non lic. Verùm Franch. in d. §. ille denique, num. 12. ita hasce opiniones conciliat, nempè vt opinio Io. Andr. ita procedat, si appellans renuntiauit appellationi ante lapsum decem dierum, quoniam tunc imputari potest appellato, qui cùm sciret appellantem renuntiasse, & cùm appellare posset intra tempus lege constitutum, non appellauit. Altera autem opinio procedit, vbi appellans renuntiauit post decem dies: hoc quippe casu renuntiatione appellationis fit præiudicium appellato, qui amplius non potest appellare, & proinde hoc casu non potest appellans, nolente appellato, renuntiare. Cæterùm in appellatione à sententia interlocutoria, atque vbi res est integra appellationis renuntiatio permittitur etiam inuito appellato. Franch. d. §. ille denique q. 7. & q. 9. in prin. Nam secundum eum, non potest agi de interesse appellati, vbi causa remittitur ad iudicem à quo.

Altero casu principali quando res non est integra, tunc appellationi renuntiari non potest in præiudicium appellati. Franch. d. §. ille denique. q. 9. Et ita procedit dictum Bart. in d. l. si quis libellos, vbi voluit appellantem ita renuntiare non posse inuito appellato, si de illius præiudicio agitur, vt per Franch. d. §. ille denique, num. 15. ver. aliquando & tertiò. Vbi igitur res non est integra, & interesse potest appellati, vt non deseratur appellatio, tunc non permittitur appellatu contra appellati voluntatem. d. l. si quis libellos, & ibi Bart. & Paul. de Cast. d. c. interposita. §. ille denique. & ibi Dec. circa fin. & alij. Specul. tit. de libelli conceptio. §. nunc ostendamus. num. 6. Felin. c. ex parte. 11. col. 2. ver. si appellatus. de rescript. Ripa respon 2. tit. de appellatio. Rimin. Sen. cons. 469. num. 23. Planè potest appellans renunciare in sui præiudicium, non autem in præiudicium ipsius appellati. d. l. si quis libellos, & ibi Bart. & Paul. de Cast. Abb. in d. §. ille denique, & ibi Dec. num. 10. Bald. l. fin. num. 3. C. quan. prouoca. non est nec. & ibi Fulgos. in fi. & Salice. sequitur. Tiraq. de retrac. lign. ad fi. tit. num. 25. Felin. d. c. ex parte. col. 2. Salicet. in l. postquam liti. num. 19. C. de pact. Crane. cons. 80. col. 3. ver. pro his facit. Boer. in singul. in ver. Appellatio. num. 24. Socin. cons. 45. col. pen. lib. 1. Osasc. Pedam. decis. 131. num. 18. Petr. Gregor. tract. de appellat. lib. 5. c. 3. num. 50. & 51. vbi inquit in regno Galliæ posse appellantem renuntiare suæ appellationi inuito appellato, vel etiam in præiudicium adhærentium appellationi. Surd. decis. 143. num. 3. potest quippe appellatus appellationem prosequi, tametsi appellans renuntiauerit. Bald. l. eum qui. num. 1. ff. de minori. Vbi igitur res non est integra appellatio fit cõmunis, & appellationi communi, quæ respicit ius vtriusque partis renunciari non potest, inuito appellato. c. accepta. de appellat. Bald. in l. edita. col. 13. in repet. ver. lextò oppono. C. de eden. & in l. per hanc. in fi. C. de tempori. appellat. & in casibus, in quibus appellatio prodesse potest appellato, non licet appellanti renuntiare in præiudicium appellati, cui ius fuit quæsitum. Capra. in repet. clemen. vnicæ. numer. 3. de causa possess. & proprieta. Et generaliter ius quæsitum appellato per appellantem, tolli minimè potest in eius

præ-

præiudicium, eoque inuito. Brun. cons. 125. num. 11. Quandoquidem, vt per eum d. loco num. 9. potest appellatus vti appellationis auxilio, tametsi appellans noluerit eo vti. Potest autem appellati interesse, ne appellationi renunatietur, sed vt causa decidatur, sententiaque confirmetur, ne amplius possit vexari. Rebuff. l. quod iussit. nu. 72. ver. vigesimo tertiò. ff. de re iudic. Ofasc. decis. 131. nu. 13. Atque appellati interesse potest, quoties renuntiatum fuit ex alia causa, quàm vt renuntians credat se malam fouere causam, videlicet ad euitandas expensas. Ripa respon. 2. de appellat. quamuis, secundum eum; in dubio quis censeatur idcirco renuntiare appellationi, quia credit se esse verum debitorem. Ex quibus rectè infertur appellationi renuntiari non posse inuito appellato iam citato, quoniam ius illi quæsitum fuit. Roman. in l. cum procurator. §. si dominus. nu. 3. ff. de ope. nou. nunc. Etenim postquam appellatus recepit appellationem, & illam prosequitur, non potest renuntiare. Dec. in d. c. ex parte, col. 2. ver. secunda conclusio: secus verò si appellatus non detulit appellationi. d. c. interposita. §. ille denique. Verùm vbi appellatus consentit, tunc quis potest appellationi renuntiare, etiā re integra non existente, Socin. cons. 45. num. 12. lib. 1.

De consensu autem appellati poterit appellans renuntiare ipsi appellationi, etiam vbi iudex à quo detulit appellationi. Dec. in d. §. ille deniq. vbi inquit hanc esse veriorem, & plures sequuntur, vt refert Trentacinq. lib. 2. de appell. resolu. 9. num. 9. Quamuis. Abb. in d. §. illi deniq. & Roman. cons. 501. num. 7. contrarium voluerunt.

17 Sed & consors non potest renuntiare appellationi in præiudicium consortis. Bald. l. si iudici. num. 7. & ibi addit. C. si vnus ex plurib. appella. Mynsinger. centur. 2. obseru. 21. in fi. Sic & alias semper renuntiari non potest appellationi in præiudicium eorum, qui illi adhærere possunt. Bart. & Alex. in l. si prolusorio. §. 1. ff. de appellat. Bald. l. 1. nu. 6. C. si vnus ex plurib. appella. Ruin. cons. 84. num. 1. 4. lib 4. & ideo si plures fuerint appellantes, omnes renuntiare tenentur, aliàs renuntiatio vnius alijs non nocet. Rebuff. in consti tu. tit. de appellatio artic. 15. glo. 4. in fine.

Poterit & tertius à sententia inter alios lata, pro suo interesse appellare, quāuis ipse principalis renuntiauerit appellationi. Bart. l. a sententia. §. idem rescripsit. ff. de appellat, Natta cons. 99. Viso. num. 2.

18 Quod dicitur appellationi renuntiari posse, extenditur, vt procedat etiā in simplici renuntiatione vnius partis tantum, vt voluit glo. in l. fin. §. fin. C. de tempori. appellat. & ibi Bald. col. 1. & Salicet. ver. quæro secundò. Franch. in c. interposita. §. ille denique. num. 22. de appellatio. Præterea extende, vt renuntians simpliciter appellationi, videatur in totum renuntiare, & appellationi, & iuri appellandi iterum in illo articulo l. si quis libellos. C. de appellatio. & ideo renuntians, iterum appellare non poterit. Bart.

Alex. & alij in l. cum procurator. §. 1. ff. de ope. nou. nunc. Rebuff. de appellat. art. 15 glo. 1. num. 4. Sin verò quis renuntiauerit appellationi fortè mutando, vel emendando, aut iterum appellando, contrà est, nam tunc, non videbitur renuntiasse iuri appellandi Bald. in addit. ad Specul. tit. de appellat. col. 15. ver, quandoque quis renuntiat. Rebuff. d. tract. de appellatio. art. 15. glo 1. nu. 5. Est sanè aliud renuntiare appellationi, & aliud iuri appellandi. Rebuff. d. art. 15. glo 1. num. 4. 5. Bald. d. loco. Quapropter si post interpositam appellationem appellantem pœnituerit, & renuntiauerit appellationi, non autem iuri appellandi, vt dixi, tunc si noluerit iterum appellare, vel appellationi adhærere, id agere debet intra terminum à iure statutum: quoniam post terminum non admittitur. Soc. cons. 45. col. pen. n. 14. lib. 1.

Ex his fit, vt non possit renuntians iterum appellare l. fin. in fi. ibi ad prouocationis auxiliū, C. de tempori. appella. l. 1. §. si quis ante, in illis verbis, prouocandi auxilium perdidit. ff. à quib. appella. non lic. Socin. cons. 45. nu. 13. lib. 1. Boer. in singul. ver. Appellatio, num. 20. Nicell. de concord. glos. num. 22. ver. quartò fallit. Neque enim renuntians potest ab eodem grauamine appellare, etiam durante tempore constituto ad appellādum; quoniam renuntiando appellationi videtur & grauamini renuntiasse. Innoc. in c. solicitudinem, num. 5. de appellat. Bald. in l. fin. §. sin autem num. 3. C. de tempori. appell. Facit quippe renuntiatio appellationis, vt nunquam censeatur appellatum, vt not. glo. in l. si quis libellos. C. de appellat. arg. tex. in l. fin. C. de tempori. appellat. Bellame. decis. 623. num. 2. Socin. d. cons. 45. num. 11. Sed & paria sunt non appellare, vel non prosequi, vel renuntiare. Lancell. de attenta. par. 2. c. 12. de attenta. appella. pend. ampliat. 2. num. 2. Nam per renuntiationem appellationis remouetur appellatio quò ad omnem effectum. Abb. c. pastoralis. num. 12. de appellatio, & pronuntiatio sententiæ reuiuiscit. Bald. l. tale pactum. §. qui prouocauit. num. 5. ff. de pact. quamuis actus nullus non possit suscitari etiam ex expressa renuntiatione appellationis. Bellame. decis. 624. Lapus allegatione 47. num. 5. Cassador. decis. 1. in ti. de præbend. vt neque suscitatur ex desertione appellationis. Lap. allegat. 1. num. 10. ver. actus ergo, arg. tex. l. quod ab initio. & l. quæ ab initio. ff. de reg. iur. Verùm sententia nulla poterit à partibus approbari per renuntiationem appellationis, & nullitatis. Angel. cons. 187. per totum. Vrsill. ad Afflict. decis. 113. num. 4. non autem partium consensu. Bursat. cons. 220. num. 11. nisi in vim pacti. Gabriel. tit. de sentent. conclus. 2. Hinc quoque fit, vt exceptio renuntiationis appellationis impediat litis ingressum. Petr. de Auchar. cons. 364. Pro declaratione. Felin. in c. exceptionem, num. 40. ver. idem dic de exceptione. de exceptio. Qua ratione etiam quamuis emptor non teneatur appellare à sententia contra eum lata, vt agere possit de euictione contra venditorem: tamen si appellauit, & postea appellationi renuntiauit,

renuntiauit, de euictione agere non poterit. glo. in l. Herennius. §. Caia, & ibi doct. ff. de euictio. quam glo. communiter approbari inquit. Ruin. cons. 84. col. 2. ver si tamen appellauit. lib. 5. Sed & ex renuntiatione expressa appellationis illud sequitur, vt renũtians, quasi malè conscius, videatur fateri se habere malam causam. Bald. in c. 1. §. iudices, num. 10. de pace iuram. firm. Ripa respon. 2. tit. de appellat. Socin. cons. 24. circa med. lib. 1. Tiraq. de legib. connub. glos. 7. num. 70. & in l. si vnquam in ver. donatione largitus, nu. 209. C. de reuoc. donat. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 94. in fi. & dixi lib. 1. q. 26. Nam condemnatus renuntiando appellationi interpositę videtur approbare sententiam. Menoch. d. loco. Quibus accedit, quod in impetratione rescripti mentio fieri non debet de appellatione, cui renuntiatum fuit, cùm tamen aliàs illius mentio fieri debet. Franch. c. oblatæ num. 9. de appellat. Ex renuntiatione præterea appellationis illud sequitur, vt fieri possit executio sententiæ, à qua appellatum fuit, sed fieri non potest nisi parte citata. Bald. in l. tale pactum §. qui prouocauit. in reper. ff. de pact. sequitur Alex. in l. A Diuo Pio. §. in venditione. num. 32. ff. de re iudic. Afin. in praxi. §. 7. c. 5. limita 9. num. 2. 3. addit. ad Mathesil. singul. 29. nu. 14. Quod tamen verum est, vbi renuntiatio facta non fuit coram iudice exequente, vt declarat Angel. in l. 1. num. 32. in reper. C. de iudic. Alex. d. §. in venditione. num. 32. Nam hoc casu notorium debet esse ipsi iudici, per acta coram eo facta, sententiam exequendam esse. Angel. d. num. 31. facit etiam renuntiatio ap pellationis, vt executio sententiæ, à qua fuit appellatum, tribuatur ipsi iudici appellationis, vt not. Bald. in l. tale pactum §. qui prouocauit. ff. de pact. de quo tamen vi Alex. in l. à Diuo Pio. in prin num. 23 ff. de pact & Coler. de processi. execut. par. 2. c. 1. num 99. Vnde licet deserta appellatione prima sententia mandetur executioni tamen contra est si appellatio tollatur per expressam renuntiationem, quoniam tunc executio spectat ad iudicem appellationis Curt. Iun. in d. §. qui prouocauit. num. 19. Quinimò magis operatur renuntiatio appellationis, quàm appellationis remotio à principe facta. Socin. d. cons. 45. col. pen. ver. præterea, & magis quàm remotio à statuto facta, vt supra dixi. Nam & si eùm ab homine, hoc est à superiore, vel à principe remoueretur appellatio, appellari tamen possit in casibus à iure expressis. c. pastoralis de appellatio. in nullo tamen casu appellari poterit, vbi appellationi renuntiatum fuit, vel etiam vbi clausula, appellatione remota, apposita fuit à iure: quandoquidem legis auctoritas maiorem habet vim, quàm hominis auctoritas Butri. in c. pastoralis. in c. fin. nu. 14. de offic. de lega.

Sed & renuntians simpliciter appellationi intelligitur renuntiasse appellationi tam à diffinitiua sententia, quàm ab interlocutoria. Bald. in l. fin. §. fin. C. de tempori. appellat. quoniam generalis renuntiatio omnibus nocet. l. 1. §. si [illegible] appella. non lic. sequitur Salicet. in d. §. fin. quod notandum inquit Franch. in c. interposita. §. ille denique. q. 5. de appellatio. Præterea supradicta conclusio extenditur procedere, vt renuntiari possit appellationi etiam sub conditione, vel sub modo ita not. Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. in 2. lectu. num. 21. per illum tex. ff. de pact. & in c. ex parte. 2. num. 14. de rescript. Supradicta autem conclusio, quod appellationi renuntiari potest, procedit in causis, in quibus partes renuntiare possunt, secus in causis criminalibus, matrimonialibus, vel in causa status. Franch. c. interposita. §. ille denique. in fi. de appellatio. Nam appellationi in causa criminali expressè renuntiari non potest. l. non tantum, & ibi doct. ff de appellatio. Bald. c. quia quæsitum. circa fin. de offic. de lega. Salicet. l. fin. §. fin. num. 2 C. de temp appella. Afflict. decis. 78. num. 3. Tiraq. de legib. connub. glo. 7. num. 77. Buer. q. 247 col. fi. Guid Pap. de appellatio. num. 85. Franc. Marc. q. 60. num. 7. par. 2. Io. Crot. in l. nemo potest num. 62. ver. fallit ista conclusio, & ibi Ripa num. 87. ff. de leg. 1. Rebuff. tit. de appellatio. artic. 5. glo. 1. num. 25.

19 Debet autem fieri renuntiatio appellationis iam interpositæ coram iudice à quo, quoniam renuntiatio denuntiari debet iudici à quo, cuius iurisdictio per appellationem suspensa erit: vel si renuntians non inueniat facilè iudicem, poterit apud acta renuntiare. Rebuff. de appellatio. artic. 15. glo. 2. num. 1. & num. 13. Petr. Gregor. tract. de appellat. lib. 5. c. 3. num. 42 ver. secundo requiritur, & lib. 8. c. 4. nu. 14. ver. quando fit renuntiatio. Neque satis est, vt dicatur, volo renuntiare appellationi, sed oportet, vt de facto appellans renuntiet appellationi. Rebuff. d. artic. 15. glo. 3. num. 3. Sed & vbi renuntiatur appellationi necessaria est scriptura. l. fin. in fin. ibi, scriptura interueniente. C. de tempori. appellat. Nam cùm tex. ibi loquatur per ablatiuos absolutos, qui conditionem faciunt. l. à testatore. ff. de cond. & demon. videtur exigere scripturam. Sed quod non exigatur scriptura voluit glo. in d. §. fin. per l. pactum quod bona fide. C. de pact. & cum sententia glo transeunt doct. vt refert Salicet. in d. §. fin. num. 4. ver. quæro modò, & sequitur Franch. in c. interposita. §. ille denique. num. 21. ver. sed dubitatur. de appellatio.

20 Inter renuntiationem appellationis interpositæ, & interponendę, hoc interest, quod quamuis petens dilationem ad soluendum videatur appellationi renuntiare, vt postea dicam, tamen id procedit in appellatione interposita, in interponenda autem appellatione non tem. Innoc. c. quod ad consultationem. num. 1. de sent. & re iudic. Bald. in margarita. ver. appellationi. Imola in l. 4. §. si quis condemnatus. ff. de re iudic. & hanc opinionem communem dicit Felin. in d. c. quod ad consultationem. Est & alia differentia nam minor si renuntiauerit futuræ appellationi ante sententiam, restitui debet sine læsionis probatione: si verò renuntiauerit post sententiam, tum non restituitur, nisi probata læsione,

Curt.

Curt. Iun. l. nam & postea. §. si minor. num. 5. ff. de iureiur. nam minor renuntians appellationi ante sententiam dicitur læsus. Iaf. l. si is qui temporali. §. si minor. num. 18. ff. de iure iur. Socin. d. l. nam & postea. §. si minor. num. 10. Mascard. de probat. concl. 1274. num. 10. Odd. de restitu. in integ. q. 36. num. 44. 48. & q. 69. num. 12. Sed & quamuis renuntians appellationi non videatur renuntiasse attentatis, tamen id procedit in appellatione interposita, non etiam in interponenda. Lancell. de attenta par. 2. c. 12. ampl. 2. no. 14. & inferius dicam.

21 Quod præterea dicitur, re non integra non posse renuntiari appellationi inuito appellato, ita accipiendum erit, nisi appellatus minimè approbauerit appellationem, quoniam tunc etiam re non integra, renuntiatio permittitur. Socin. cons. 45. col. pen. ver. præterea quando. lib. 1. Dec. c. accepta num. 9. de appellat. Perusi. c. interposita. §. ille denique q. 9. ver. aliquando, & secundo, de appella. Rimin. sen. cons. 651. num. 5.

22 Præterea, vbi quis limitatè appellauit, hoc est pro ea parte tantum, quæ facit contra se, tunc quia appellatio non deuo[l]uit, nisi in fauorem ipsius appellantis, ideo poterit eo casu appellans inuito appellato renuntiare. Franch. c. interposita. §. ille denique. num 13. de appellat. Nam vbi libellus continet plures articulos, sententia potest esse pro parte condemnatoria, & pro parte absolutoria. Abb. in c. Rainaldus. not. 6. de testam. Vnde potest quis, secundum eum, approbare sententiam respectu articuli facientis pro se, respectu autem alterius facientis contra se, appellare poterit. Quin bona practica, vt per Abb. d. loco, appellandi est, vt quis approbet sententiam, quatenus ea facit pro se; quatenus autem facit contra se, ab ea appellet, siquidem tot videntur sententiæ, quot sunt articuli. l. etiam. ff. de minori. Sed quia hodie solet appellatio interponi, cum clausula, in quantum sententia est contra appellantem, & non aliter. Petr. Gregor. de appellatio. lib. 5. c. 5. nu. 2. ideo videtur, vt permittatur appellatio etiam inuito appellato, cui non potest prodesse appellatio.

Sed & vbi beneficium appellationis alicui competit iure speciali, veluti minori, tùm poterit minor etiam, re non integra, renuntiare, vel inuita parte. Vrsill. ad Afflict. decis. 83. num. 3.

23 Declara etiam, vt appellationi à sententia interlocutoria renuntiari possit etiam re non integra c. interposita. §. ille denique, vbi Abb. & Dec. circa. fin. de appellat. Rebuff. l. quod iussit num. 273. ff. de re iudic. Abb. in c. accepta. num. 4. de appellat. vbi ponit rationem. Quamquam contrarium tenet. Bart. in l. siquis libellos. C. de appellat. qui à Felino reprobatur in c. ex parte. 2. num. 6. ver. & inuenies. de rescript. & ibi Dec. col. 5. ver. & dum Bart. & in c. interposita. §. ille denique, num. 11. de appellat.

24 Declara præterea, vt appellatus renuntiare possit appellationis articulo, inuito appellante, & ideo potest iudex in causa principali procedere, omisso appellationis articulo ad petitionem appellati, quandoquidem sua interest, vt primò cognoscatur super appellationis articulo. Gaill. obseru. 136. lib. 1.

Item declara non procedere, vbi est contraria consuetudo, vt in regno Galliæ, nam tunc appellans renuntiare potest appellationi, inuito appellato, quando ex consuetudine appellatus nõ iuuatur prouocatione appellantis, per l. si iudex. ff. de minori. Rebuff de appellatio. artic. 13. glo. 1. nu. 17. & in præfatio. num. 25. Petr. Gregor. de appellatio. lib. 5. c. 3. num. 52. & cap. 5. num. 2. vbi testatur in curijs Franciæ opus esse, vt vtraque pars appellet, alioquin appellatio non prodest ei, qui non appellauit.

25 Sed & declara, vt renuntians appellationi iã interpositæ, condemnari debeat in expensis factis ab appellato. Innoc. in c. ex parte 2. de rescript. Angel. l. siquis libellos. in fine. C. de appellat. c. interposita. §. ille denique, & ibi Dec. n. 1. 5. cum seq. de appellat. Guid. Pap. tract. de appellatio. num. 28. & decis. 436. num. 36. Franch. in c. accepta. in fi. de appellat. Cephal. cons. 91. nu. 35. Quin renuntians appellationi etiam re integra, condemnatur in expensis factis per appellatum, vt not. in d. §. ille denique, & ibi Franch. n. 2 vbi id declarat tribus modis. Renuntians autem appellationi ex renuntiandi facultate à lege data, minimè tenetur ad expensas, vel ad interesse partis, quoniam id facit auctoritate iuris. Rebuff. in cõstitu. tract. de appellat. artic. 15. glo. 1. n. 17.

Non poterit etiam renuntiari appellationi in præiudicium superioris. Bald. l. fin. §. fi. C. de tempori. appell.

26 Quamuis autẽ renuncians appellationi excludatur ab illius beneficio, non tamen videtur renũtiasse attentatis, vt illorũ reuocationẽ petere nõ possit. Franch c. ad audientiam. in fine, & in c. bonæ. n. 39. conclus. 6. de appellat. sequitur. Lancellot. de attenta. par. 3. c. 13. n. 38. c. 27. n. 63. & par. 2. c. 12. ampliat. 1. in prin. Mascard. de probat. cõclus. 148. nu. 18. Manfred. de attenta. lib. 1. par. 10. n. 29 & lib. 2. conclus. 135. Nam inhibitio, vt innouata reuocentur, tãti est effectus, quod reuocatio fieri debet, etiam si is, qui appellauit, postea appellationi renũtiauerit. Couarru. practic. quæst. c. 24. n. 3. ver. quartò, & acta pendẽte appellatione non conualescunt, tametsi appellationi renuntiauerit appellans, c. licet de senten. excomun. lib. 6. Planè renuntiatione appellationis non recõualescũt attentata, sed durat officium iudicis in reuocando. Franch. c. consuluit. in fi. de appellatio. in d. c. ad audientiam. in fi. Quod tamen declaratur non procedere in appellatione interponenda, quoniã renuntiatio futuræ appellationis operatur, vt non dicatur inducta aliqua appellationis pendentia, sine qua non potest dici, quid attẽtatũ fuisse. Lancellor. d. c. 12. ampliat. 2. circa fin.

27 Sic etiam renuntians appellationi, non videtur renuntiasse nullitati, & de ea agere poterit, non obstante appellationis renuntiatione, c. vlt. de appellat. lib. 6. doct. in l. si expressim. ff. eo. facit. l. si vn°. §. ante omnia. ff. de pact. Alex. in l. suũ. in prin. C. de iure delibe. Rebuff. in cõstitu. tract.

de appellat. artic. 15. glo. 4. num. 7. Franch. c. dilecto. num. 109. de appellatio. Guid. Pap. singul. 634. Ante mota, & decis. 38. Gaill. obseruat. 135. num. 13. lib. 1. Vantius de nullita. process. tit. quis poss. dic. de nullita. num. 5. & num. 35. Natta conf. 217. num. 5. lib. 1. Scapp. de iure non scripto lib. 3. c. 88. num. 2. Vnde & deserta appellatione, non est deserta nullitas. Bart. d. l. si expressim. col. 6. ver. quarto quando. Similiter quando lex interdicit appellationem, non videtur interdicere nullitatem Natt. d. conf. 217. num. 6. Vanti. d. loco, num. 33. Natta conf. 217. nu. 4. Verùm hæc ita accipienda erunt, si nullitas primò, & principaliter deducitur in libello appellatorio, illo sanè casu renunciatione appellationis minimè tollitur nullitas, Dec. c. cum sit Romana. num. 62. ver. vltimò non obstat. de appellat. Franch. in c. interposita § ille denique num. 5. in c. dilecto. num. 214. extra eo. tit. Natta d. conf. 217. num. 5. Nam renunciatio, vt alias dixi est stricti iuris, & non comprehendit id, quod non fuit expressum. Præterea appellatio, & nullitas sunt diuersa, & quando vni competunt plura iura, seu remedia, tunc remittens vnum, non videtur alterum remittere. Natta d. conf. 217. num. 5. per id quod trad. Bart. in l. si domus, per illam tex ff. de seruitu. vrb. præd. & renunciatio facta vni iuri non nocet in alio, vt not. Alex. in l. suum. in prin. C. de iure delibe. Quare cùm appellatio, & nullitas sint diuersa, meritò vno sublato, alterum manet, atque per renunciationem vnius, non videtur renunciatum alteri iuri diuerso, quod æquè principaliter subsistit. l. si vnus. § ante omnia ff. de pact. l. si domus. ff. de seruitu. vrb. præd. Franch. d. c. dilecto. num. 109. & n. 214. Cæterum vbi nullitas non principaliter, sed accessoriè, & incidenter deducitur tunc cum ipsa appellatione deduci videtur. l. vlt. ff. de iure patrona. l. quædam mulier ff. fam. hercis. ideo remota appellatione, remota & videtur ipsa nullitas, vti accessoria Bald. in l. 1. in prin. C. de sentent. ex breuic. recit. Vantius d. tit quis poss. dic. de nullita. num. 36. Vbi verò autem renunciatum est expressè appellationi, tunc etiam videtur renunciatum nullitati, tanquam accessoriæ, & inclusæ sub appellatione. Bald. d. l. 1. in prin. Dec. in d. c. cum sit Roman. num. 62. Franch. d. c. dilecto. nu. 214. & in d. § ille denique. num. 5. Vnde Salicet. in l. fin. C. de tempori. appellat. dum voluit, quod quando nullitas deducitur in iudicio simul cum appellatione, renunciando simpliciter appellationi intelligatur etiam renunciatum nullitati, intelligi debet, vt loquatur quando nullitas incidenter, & minus principaliter includitur. Franch. d. c. dilecto. num. 214. Sed & qui dixit sententiam nullam, & si qua est appellauit, si expressè renunciauerit appellationi approbando sententiam, videtur renunciasse nullitati, sin verò tacitè renunciauerit deferendo causam appellationis, contra est. Alex. l. suum. in prin. C. de iure delibe.

28 Qua ratione etiam renuntians appellationi, nõ videtur renunciasse iuri agendi contra iudicem, qui sententiam tulit iniquam, & ita tenet Bald. in l. fin. § fin. autem. C. de tempori. appellat. in c. sæpe extra eo. & ibi Dec. num. 30. & Bald. num. 12. Angel. in l. fin ff. de var. & extraord. cognit. Salicet. in d. § fin autem, & § illud. Rebuff. de appellatio. artic. 15. glo. 4. num. 8. Barbatia conf. 22. lib. 4. Costa in repet. c. licet. num. 6. de sent. excommun. lib. 6. Socin. conf. 24. num. 9. lib. 1. vbi latè. Felin. in d. c. pastoralis. § quia verò n. 18. ver. verum autem renunciãs. vbi extendit id procedere etiã si quis bis appellauerit, ita vt amplius appellare non possit, idem tenet Innoc. in c. sæpe de appellat. in fi. glo. magnę, & ibi Abb. col. 8. glo. in l. 1. ver. noui iuris. ff. quod quisque iur. & ibi doct. Bald. in l. item si res, in prin. ff. de alien. iud. mut. cau. fac. & ibi Bart. & in. l. 1. ff. de appella. in fi. princ. & in. l. si minoris col. 2. ver. sed secundum hoc. ff. de admin. tut. Quin prædicta procedunt etiam si iudex appellationis confirmasset sententiam iniustam, atque appellari amplius non posset. Paul. de Cast. d. l. 2. ff. de appellatio. Anchar. in q. 4. num. 16. 17. lib. 2. Appellationis quippe renunciatio non prodest iudici, quin faciat litem suam. Bald. d. § fin autem, num. 2. ver. extra oppo- nitur. Quamquam contrarium voluisse videtur Abb. in c. pastoralis § quia verò ver. nota secundò de offic. delega. & idem tenet Bald. in c. 1. § in dices, in fine de pace iura. firm.

29 Et non tantum expressè, verùm etiam tacitè renunciatur appellationi. Rebuff. tract. de appellatio. artic. 15. glo. 1. in prin. Nam facientes actum contrarium appellationi, illi tacitè renunciare videtur. Felin. c. cum venisset. col. 2. ver. in glo. 2. de testib. Corne. conf. 80. num. 2. lib. 1. Mascard. de probatio. conclus. 127. num. 30. Ostal. decis. 142. num. 22. Maranta par. 6. princ. ver. appellatio. nu. 425.

30 Et aliàs semper, faciens quempiam actum contrarium, tacitè renunciare videtur, vt dixi alibi.

Intellige tamen id procedere in actu ab aduersa parte acceptato c. 1. de eo qui mitt. in possess. glo. in c. cum venisset. extra eo. Corne. in l. ad solutionem. num. 5. C. de re iudic. Abb. in c. gratum. col. 2. ver. adde aliam, & ibi Felin. num. 8. limita. 3. de offic. delega. Bart. l. a sententia. ff. de appella. Alex. l. si separatim. ff. eo. & ibi additio ad Bartolum. Felin. in c. capitulum. ver. & si diceres. num. 12. de rescript. Franch. in c. solicitudinem, nu. 11. de appellat.

Declaratur & procedere in actu, qui consistit in agendo, Innoc. c. olim. 2. 11. in fi. de restitu. spol. Corne. in l. ad solutionem in fi. C. de re iudic. Ias. in l. qua dotis. num. 100. ff. solu. matr. Socin. conf. 220. ver. respondeo etiam clarè. lib. 2. Gabriel. tit. de appellat. conclus. 2. num. 23 & conclus. 3. num. 8. limit. 2.

Procedũt quoque prædicta in appellatione interposita, non autem in interponenda. Abb. d. c. gratum col. 2. ver. item not. quod. Vnde petens dilationem ad soluendum, non videtur renunciare appellationi interponendæ, de qua re paulò infra dicam.

Sed & intellige prædicta in actu voluntario, nõ etiam in actu coacto, & necessario. Vnde inductus & coactus à iudice ad aliquid faciendum non vi-

detur

detur renuntiare. Dec. d. c. gratum. num. 50. limita. 50. & ibi Felin. limita. 6. sic & litigans per metum coram iudice à quo, non videtur renuntiare. Gabriel. tit. de appellat. concl. 2. num. 13. limita. 2. Nam qui non propria voluntate facit contra appellationem, sed compulsus non videtur appellationi renuntiare. Angel. l. cum ex causa. ff. de appellatio.

Preterea, vt per actum contrarium videatur renuntiatum appellationi exigitur, vt ille actus sit appellationi contrarius, secus si non repugnet. Dec. c. cum teneamur. num. 6. de appellat. Nam vbi actus non est contrarius appellationi, tunc nō tollit appellationem. Surd. cons. 35. num. 3. Quocirca si appellans adierit iudicem à quo, & corā illo fecerit quidpiam, quod tendat ad corroborandum suam appellationem, atque vt magis declaret animum suum in appellando, tunc sanè renuntiare nōn videtur. Abb. d. c gratum. col. 2. ver. sed quero, & ibi Felin. num. 8. ver. secundò limita. Alex. cons. 130. col. pen. lib. 4. Bero. q. 131. num. 5. Mynsinger. centur. 3. obseru. 22. num. 6. Surd. d. cons. 35. num. 22. Sic etiam comparens coram iudice à quo ad impugnandum gesta per eum, non videtur renuntiare. Mascard. de probat. concl. 117. in fi. Idemque iuris est, si iudicem adierit, vt de eius grauamine doceat. Lancellot. de attentat. tit. de attenta. appella pend. c. 12. limita. 1. num. 63. vel pro compositione cum aduersario facienda. Felin. d. c. gratū. Alex. d. cons. 130. col. pen. Qua ratione etiam comparens & petens ne turbetur in sua possessione, nō censetur renunciare. Paris. cons. 54. num. 23. lib. 3. vel pro reuocatione attētatorum. Gabriel. tit. de appellat. conclus. 2. limita. 13. vel etiam vt iudex ab executione abstineat. ibid. limita. 12. Et in vniuersum per actū, qui non sit contrarius appellationi nunquam inducitur tacita renuntiatio. Gabriel. tit. de appellat. concl. 2. num. 16. Socin. cons. 22. col. 2. ver. secū dus casus. lib. 4. Quò fit etiam, vt qui semel appellauit ab aliquo grauamine, si ab eodem iterū appellauerit, certè non videtur renuntiasse primæ appellationi: nam per multiplicationem appellationum quis non videtur à prima appellatione recedere. c. bonæ memoriæ de appellat. c. cum in. de testi. Specul. tit. de senten. prolat. §. iuxta. ver. quid ergo si appello. Innoc. c. dilecto. in fi. de appellat. in c. accedens. vt lite non contesta. Alberic. in l. ad solutionem. C. de re iudic. Nam quamuis iterum appellans videatur renuntiare praecedenti appellationi, per l. pacta nouissima C. de pact. tamen. d. l. procedit in contrarijs, non etiam in similibus, vel diuersis. Vnde meritò per posteriorem appellationem non videtur à prima recessum. Alberic. in d. l. pacta nouissima circa fin. Verùm si pluries appellatum sit, cui appellationi sit adherendum, vi. Mynsinger. centur. 2. obseru. 7. sed & in hac re vi. puicrè Franch. in c. sua nobis. n. 17. de appell. Verùm vbi dubium esse potest, nū fiat actus appellationi contrarius, tunc fieri debet protestatio, quādo ex protestatione appareat abesse animum renuntiandi. Innoc. c. qua fronte. de appellat. doct. in c. solicitudinē, extra eo. Alex. cons. 130. col. pen. ver. nam clarum est lib. 4. in l. non solum. §. morte ff. de noui ope nunc. Masca d. de probat. conclus 117. num. 19. Gabriel. tit. de appella. concl. 2. num. 24 limita 10. & concl. 3. num. 13. limita. 5. Nullo quippè casu videtur renuntiare appellationi, tam interpositę, quàm interponendæ, quando protestatur Franch. c. solicitudinem. nu. 17. de appellat. Vnde licet alias excommunicatus petendo absolutionem coram iudice à quo, censeatur renuntiare appellationi interpositæ, tamen id non procedit, vbi protestatio interuenit, Franch. d. c. solicitudinem. num. 16. Nam & aliás semper protestatio operatur, vt non intelligatur quis renunciare iuri suo. l. si debitor, & ibi glo. ff. quib. mod. pign. Franch. d. c. solicitudinem, num. 5.

Ad hęc prædicta obtinent in actu contrario, eoque valido, non etiam in actu contrario. & inualido, qui nullum sortitur effectum Bald in l. nihil interest. per illum tex. ff. de inoffic. testam. sequitur. Ial. in l. 4. § condemnatum ff. dę re iudic. vbi loquitur de appellante, qui facit actū coram iudice à quo. Dec. d. c. gratum. num. 24. Socin. cons. 21. col. 2. ver. aut volumus dicere. lib 4.

31 Ex eo autem quod diximus tacitam renuntiationem appellationis induci ex actu contrario ipsi appellationi, consequens fit, vt appellans redeundo ad iudicem à quo, & coram illo comparendo, censeatur appellationi renuntiare, facit etenim is actum appellationi contrarium. c. gratū. vbi Felin. Butri. num. 4 Dec. col. 2. & alij de offic. delega. c. solicitudinem, & ibi Franch num. 20. Bald. num. 3. Dec. num. 13. & num. 24. de appellat. Doct. in c. cum venissent. de testi. Franch. c. cū teneamur. vlt. not. de appellā. Aretin. c. significauerunt num. 11 de testi. & d. c. cum venissét. nū. 2 Roman. sing. 777. Regula est. Marā. 6. par. prin. vlt. par. iudic. 2. actu. num. 337. Socin. reg. 25. ver. appellationi. & reg. 43. Appellationi. Duen. reg. 46 & reg. 51. Guid. Pap. cons. 89. num. 9. Ancharan. cons. 6. num. 3. Rimin. Sen. cons. 364. num. 6. cum seq. Craue. cons. 668 num. 2. cons. 997. num. 26. Ferrar. in for. appellat. ab interlocutoria. in ver. causis, num. 6 Vantius de nullita. titu. quib. mod. sent. nulla repa. poss. nu. 112. Ias. l. qui Romæ. §. Seia. num. 2. ff. de verb. oblig. Gabriel. tit. de appellatio conclus. 1. Capyc. decis. 68. num. 2. Borgni. decis. 77. num. 6. par. 2. Lancell. de attentata 2. par. prin. c. 12. de attenta. appella. pend. in præfat. & c 12. ampl. 2. n 4. Bursat. cons. 21. num. 29. lib 1. Nep. à Montalb. de exceptio. artic. 24. nu. 10. Mascard. de probat. concl. 117. in fi. Boer. in singul. ver. Appellatio. nu. 18. Caroc. in repet. c. cum quid. par. 2. ampliat. 4. num. 12. de reg. iur. Reboff. tract. de appellat. artic. 15. glo. 1. num. 7. Cephal. cons 661. num. 38. Paris. de resigna. benefic. lib. 1. q. 1. num. 27. Surd. cons 35. num. 4. 5. & num. 11. Brederod. de appellat. par. 2. tit. 10. ver. ex quib caus. appellat. renunt. videatur. Nam ideo comparens coram iudice à quo, renuntiare videtur appellationi, quia aditio iudicis est actus contrarius appellationi, & vbi fuerint duo actus contrarij, tunc posterior derogat priori. l. pacta nouissima.

Mascard. de probat. conclus. 1264. num. 23. Boer. in singul. ver. renuntiatio. num. 9. Cephal. consil. 654. num. 40. Menoch. de præsumptio. lib. 2. præsumpt. 94. Coler. de processi. execut. par. 1. c. 2. n. 3. 4. cum seq. Surd. consil. 12. num. 52. Petens quippe dilationem ad soluendum videtur approbare sententiam, & proinde facit actum contrarium ipsi appellationi, quæ tendit ad impugnationem sententiæ. Menoch. d. loco. Corne. in d. l. ad solutionẽ. Quin petẽs dilationem ad soluendum, non modò videtur approbare sententiam, verùm etiam fateri videtur aduersarium iustam causam habere. Corne. in d. l. ad solutionem num. 2.

Quę conclusio procedit, & si quis per eius procuratorem dilationem petierit, Felin. in d. c. quod ad consultationem num 7. ver. limita etiã sequitur Marsil. d. singul. 586. Menoch. lib. 2. pręsumpt 94. num. 2. ver. extenditur.

Extenditur & hæc conclusio, vt multò magis procedat, quando condemnatus soluit totum, vel partem eius, ad quod condemnatus fuit. Bald. cons. 233. lib 4 Gramatic. decis. 103. num. 41. vbi extendit id procedere etiam in appellatione interponenda. Dec consil. 618. num. 2. Menoch. lib. 2. præsumpt 94. num 8. Nam soluere est actus contrarius appellationi. l. ad solutionem, & ibi Corne. num. 2. C. de re iudic. quò ad approbationem sententiæ paria sunt soluere, vel petere dilationẽ ad soluendum. Craue. consil. 76. in fi. Menoch. d. pręsupt. 94. Intellige tamen vt coactè soluens non videatur approbare sentẽtiam. Menoch. d. pręsũpt. 94 num. 4. ver. declaratur quintò. Gabriel. tit. de appell. concl. 2. limita. 3.

Verùm vbi iudex assignauit condemnato dilationem ad soluendum, & ipse condemnatus acceptauit eam dilationem, hoc casu condemnatus videtur renuntiasse appellationi interpositæ, non autem interponendæ. Felin. c. quod ad consultationem nu. 5. cum seq. de re iudic. Menoch. d. præsumpt. 94. nu. 3. Neuizan. consil. 44. circa fin. alias petens dilationem ad soluendum renunciare videtur etiam appellationi interponendæ. Felin. d. c. quod ad consultationem. num. 5. & in c. gratum, num. 7. de offic. delega.

Non procedit etiam dicta conclusio in actu negatiuo. Socin. consil. 220. num. 12 lib. 2. Vnde condemnatus ne soluat, vel ne alicui rem tradat, non soluendo, vel non tradendo non videtur approbare sententiam. Menoch. lib. 2 pręsumpt. 94 nu. 4.

Neque procedit supradicta regula l. ad solutionem. C. de re iudica. in iure suo deducendo, cui non intelligitur renunciatum. Natta consil. 26. num. 20. lib. 1.

Sed & nõ procedit in inappellante à sententia excommunicationis, & eam obseruante, quoniã is non videtur approbasse, vel ratificasse sententiam. Felin. in c. quod ad consultationem. num 7. de re iudica. Menoch. lib. 2. præsumpt. 94 num. 4. ver. declaratur tertiò.

Petens præterea dilationem ad soluendum per errorem, non videtur approbare sententiam. Felin. d. c. quod ad consultationem. num. 7. in fi. Gabriel. [illegible] appellat. cõcl. 3. n. 12. limita. 4. Menoch. d. præsũpt. 94. n. 4. ver. declaratur quartò.

Nõ facit præterea præsumptionem renonciationis petitio dilationis, quoties pars aduersa contradixit, vel quoties iudex dilationem recusauit. glo. in c. cum venissent. in ver. coram eo. de eo qui mitt. in possess. Neuizan. consil 44. in fine.

33 Sed & qui petit, vel facit aliquid, quod ipsius sententię executionem respicit, videtur approbare sententiam, & proinde videtur renunciare appellationi. Menoch. d. pręsumpt. 94. in prin. Et generaliter approbans, vel acquiescens sententiæ siue expressim, siue tacitè, excludit appellationis auxilium, quod tendit ad impugnationem sententiæ. Menoch. d. pręsumpt. 94. Vnde quoties apparet appellantem aliquã ratione acquieuisse sententię, tunc inducitur renuntiatio appellationis. Alex. consil. 136. col. 2. lib. 2. Corne in l. ad solutionem. num. 2. C. de re iudic. Rebuff. de appellat. artic. 15. glo. 1. num. 16. Petr. Gregor. tract. de appellat. lib 8. c. 4. num. 12. Qua ratione etiam promittens soluere videtur approbare sententiam, & proinde censetur renũciare appellationi Surd. consil 12. num. 53.

34 Quo fit etiam, vt attentans, appellatione pendente, videatur renunciare appellationi, quando faciat actum contrarium appellationi, quia pendente nihil est innouandum. Vital. de clausul. in claus. nihil nouari. num. 13. Lancell. de attenta. q. 8. num. 11 & c. 31 num. 241. addit. ad Mathesil. singul. 28. num. 1. Et ideo appellans, qui non detulit suę appellationi, sed innouauit aliquid ea pendente, in præiudicium aduersarij, tunc videtur appellationi renunciare. Franch. c. an sit. num. 2. reg. 2. de appellat.

35 Ad hæc spolians aduersarium, vel turbans, pendente appellatione, illi renunciare videtur, quoniam sic fit actus contrarius. Bald. l. 2. num. 24. C. si contra ius vel vtil. pub. Ias. in l. naturaliter. § nihil commune. num. 133. ff. de acq. pos. Abb. c. ex parte. 11. col. 1. de rescript. & ibi Felin col 3. Dec. consil. 103. col. 1. Mathesil. singul. 28. num. 1. Guid. Pap. sing. 27. Lancell. de attenta c. 26. num. 121. & par. 2. c. 4. limita. 3. num. 85. c. an sit, & ibi Dec. col. 8. & doct. de appella. Bellon. consil. 18. num 25. Solan de restitu. in integ. c. 423. num. 6. Rebuff. de appellat. artic. 15. glos. 1. num. 10. Menoch recupe. possess. remed. vlt. num. 39 consil. 466. nu. 38. Mynsinger. centur. 2. obseru. 50. Balb. communium conclus. 443. Petr. Gregor. tract. de appellat. lib. 8 c. 4 num. 10. Spolians sanè vel turbans, pendente appellatione, videtur sibi ius dicere. l. extat. ff. quod met. cau. & proinde facit actum contrarium appellationi. Atque hęc est attentatorum pœna vt spolians, vel attentans renuntiare appellationi censeatur. Bursat. consil. 282. num. 11. Hæc autẽ renuntiatio, quæ infertur ex attentatis durat perpetuò, non autem quousque purgata fuerint ipsa attentata. Lancell. de attenta. tit. de pen. attenta. c. vlt. num. 217. Intellige tamen prædicta ita procedere si appellans spoliauerit aduersarium lite pendẽte, secus si ante cœptum iudicium. Rebuff. de appellat. artic. 15. glo 1. num. 10.

36 Ex supradictis illud præterea fit, vt compro-

mittens

mittens renuntiare videatur appellationi. Bald. in l. 1. in addit. num. 12 ff. de iudic. Blanc. de cõprom. q. 6 num. 33. Verùm intellige id ita procedere, si super eo laudatum fuerit, atque si compromissum habuerit effectum. Bald. l. si diuersa. num 5. C. de transact. Alex. cons. 63. Circa fin. lib. 4. Lancell. de attenta. in præfat. c. 12. num. 18. Sed & transigendo quis renuntiare videtur appellationi. l. tale pactum. §. qui prouocauit, & ibi Bart. col. 1. ff. de pact. Rebuff. de appellat. artic. 15. glo. 1. num. 9 Petr. Gregor. tract. de appellatio. lib. 8. c. 4. num. 6. Nam ex transactione valida appellationi renuntiatum censetur. Angel. cons. 20. num. 37.

87 Sed dubitari potest de eo, qui promisit stare sententiæ, an videatur renuntiasse appellationi. In qua re ita concludendum est. Nam aut quis post latam sententiam promittit ei stare, aut verò promittit stare sententiæ ferendę. Primo casu censetur renuntiare appellationi, & non potest appellare: siquidem esset contrarietas quędam approbare sententiam, & ab ea appellare, aut appellationem antea interpositam prosequi. Craue. cons. 103. num. 13. & approbans sententiam, videtur appellationi renuntiare. Bart. cons. 101. num. 4. lib. 1. Altero casu, aut quis promittit simpliciter stare sententię ferendæ, & non videtur appellationi renuntiare, sed permittitur appellare, quoniam ex quo est appellatum, sententia nõ est sententia. l. cum apud. ff. iudic. sol. Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. in addit. num. 18. ver. & conclude. ff. de pact. Imo promittens stare sententiæ, etiam cum iuramento, poterit nihilominus appellare. glo. in c. quod bene 4 q 6 Surd. cons. 271. num. 51. Nam hic promittens cum iuramento, videtur promittere sub ea conditione, scilicet si sententia fuerit iusta. Franch. in c. adhęc 1. num. 3. de appella. Aut verò quis promittit stare sententiæ, quęcumq; esset, & tunc, vt verba aliquid operentur, censetur appellationi renuntiatum. glo. in d. § qui prouocauit, & ibi Ias. num. 7. & Bald. d. ver. & conclude. Franch. in c. intimasti. in fi. de appella. & supradictum est.

88 Tacitè etiam renuntiatur appellationi, non modo per actum, verùm etiam per omissionem. Appellationem quippe omittens sententiam approbare videtur. Fede. de Sen. cõs. 102. col. 1. in fi. ver. ad secundum. Niconit. in c. quoniam contra. nu. 1030. de probatio. Etenim, qui non appellat non consentit tacitè, sed lex fingit eum consentire ipsi sententiæ. Bart. l. 2. num. 5. ff. de iureiur.

Imò magis approbat sententiam appellare omittens, quam is, qui post appellationem patitur instantiam deseri. Nam primo casu, non habet regressum contra iudicē, quasi renuntiauerit non appellando, secundo casu secus est. Ange. cons. 188. Sed nunc videndum in fi. ver. eodem modo. Quin etiam si lata prima sententia, à qua fuit appellatum, feratur secunda contraria primę, & ab ea non appelletur, certè hoc casu censetur secundā approbata, & prima euanescit. Castellion. cons. 34. num. 4. ver. nam non appellando.

Vnde ex temporis ad appellandum lapsu, hoc est cùm congruo tempore non appellatur, tacita appellationis renūtiatio inducitur. l. ab eo. C. quomo. & quan. iud. Alex. cõs. 136. n. 2. lib. 2. Bero. in rub. extra de appellat. n. 66. Lācell. de attēta. par. 2. c. 12. tit. de attēta. appella. pēd. ampliat. 2 n. 16. Coler. de process. execut. par. 1. c. 2. n. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt 94. num. 5. Crot. in repet. c. cum sit Romana. num. 25. de appellat. in c. ipso iure num. 52. de rescript. lib. 6. Nam haud dubiè sibi præiudicat, qui non appellat in tempore. Menoch cons. 858. num. 10. & qui omisit appellare non potest aduersus sententiam supplicare. l. fin C. vt lite pend.

Sic etiam qui non petijt apostolos infra tempus debitum, appellationi renuntiasse videtur. glo. in c. post appellationem. in ver. tempus. 2. q. 6. Paul. de Cast. in l. iudicibus in fine. C. de appellat. Angel. in l. quoniam nonnulli. num. 1. C. de appellat. Rebuff. de appellat. artic. 15. glo. 1. num. 11. Osasc. decis. 7. nu. 2.

Item appellans non rediens ad iudicem pro apostolis intra terminum statutum, videtur appellationi renuntiasse. Lancell. de attenta. limita. 50. num. 198. Surd. cons. 229. n. 11. quod tamen nõ procedit, vbi appellās habito termino iuris, quāuis nõ redierit pro apostolis, causā appellationis cōmitti fecerit. vt per Lācell. d. limita. 50. n. 204.

Præterea appellans, non præsentans in termino statuto ad se præsentandum coram iudice ad quem, renunciare videtur. c. personas. de appellat. Bald. l. præses. C. eo. Rebuff. de appella. artic. 15. glo. 1. num. 12.

Sed & renuntiare videtur omittens prosequi appellationem, quando per desertionē inducatur tacita renūtiatio. c. licet. de senten. excõmun. lib. 6. c. personas. 4. de appell. Bald auth. ei qui. C. de tempori. appellat. addit. ad Mathesil. singul. 29. num. 12. 13. Guid. Pap. cons. 83. num. 9. cons. 178. num. 5. Alba cons. 507. num. 14. Petr. Gregor. tract. de appellat. lib. 8. c. 4 num 2. Craue. cõs. 103. in prin. cons. 108. nu. 3. Corne. cons. 261. nu. 10 lib. 4. Vnde appellans simpliciter à sententia continente plura capita, si prosequitur appellationem solum quò ad vnum caput, quò ad reliqua capita transit deserta. Ange. Aretin. cons. 60. Clarè videtur. num. 2. cum seq. Paria sanè sunt appellationē esse desertam, vel renuntiatione sublatā. Craue. cons. 997. num. 26. & quamuis tam non appellans, quam non prosequens appellationem renuntiare censeatur, vt iam dictum est, tamen multum interest. quod quis non appellauerit, vel appellauerit, & postea permiserit labi tempus ad prosequendum, ac deserta fuerit appellatio. Nā vbi quis appellauit, & appellatio deserta fuit, excluditur quoq; à remedio querelandi: secus vbi non appellauit, quia tunc non auditur etiam per viam querelæ. Franch. in c. cum sit Romana. de appell. lib 6. sequitur. Ruin. cons. 34. num. 6. lib. 5.

Præterea omittens formam traditam in appellando, videtur renuntiare appellationi, quoniam qui non facit id quod circa appellationem facere tenetur ex lege, constitutione, vel consuetudine

ipsi appellationi renuntiare videtur. Rebuff. de appellat. artic. 15. glo. 1. num. 15. Petr. Gregor. tract. de appellat. lib. 8. c. 4. num. 11. Et ideo sapienter cauetur in Constitu. Dominij Mediola. tit. de appellatio. §. teneatur appellans, vt non seruans formam à dictis constitutionibus traditam, ipsi appellationi renuntiasse intelligatur.

Sed an procurator posit renuntiare appellationi à se interpositę, dixi lib. 3. cap. 5. nu. 8.

CLXXIV. RENVNTIATIO, Iuris prohibentis appellationem.

SVMMAE.

1 *Appellationem in certis causis non permitti.*
2 *Appellatio, an & quando in dubio admitti debeat.*
3 *Renuntiatio, vt appellari posit, vbi aliàs appellatio non permittitur.*
4 *Renuntiatio, vt à sententia arbitri appellari posit.*
5 *Appellatio propria, & impropria.*
6 *Pactum de appellando, quando procedat.*
7 *Pactum de appellando quid operetur.*

POstquam de renuntiatione appellationis, & de pacto de non appellando supra actum est: núc ordine ita exigente, de pacto, vt appellari posit, vbi aliàs appellare non licet, est differendum. Nam quamuis regulariter ab omnibus iudicibus, tam ordinariis, quàm delegatis appellari posit. l. & in maioribus. in fine. C. de appellat. Specul. tit. de appellatio. §. videndum. in prin. Maranta in speculo. par. 6. actu. 2. n. 246. atque regulariter in omni causa appellatio
1 permittatur, & ab omni grauamine tam iudiciali, quàm extraiudiciali. glo. in l. qui restituere. ff. de rei vendic. d. l. & in maioribus. Socin. regu. 24. ver. appellatio. Maranta d. actu. 2. num. 278. Dec. cons. 34. Pro reuui. num. 2 & 5. cons. 534. in fine. & cons. 536. col. 1. Craue. cons. 203. num. 24. Tiraq. tract. le mor. saisit le uif. par. 6 declarat. 6. nu. 9. & 10. Tamen id non est perpetuum, quandoquidem a quibusdam appellare non licet, vt habetur toto tit. ff. à quib. appell. non lic. & in certis causis appellatio non permittitur, vt per Socin. d. reg. 24. & Marant. d. actu. 2. num. 280. cum plurib. seq. Quin interdum fit regula contraria, vt
2 appellatio non permittatur. Vnde quod dicitur vt in dubio admitti debeat appellatio, id ita accipi oportet, si subiecta materia regulariter appellationem admittit. At cùm agitur de causa, in qua regulariter appellatio prohibetur, tunc in dubio dicendum est, vt appellatio non permittatur, cùm regula sit prohibitiua appellationis, vt pulcrè per Dec. cons. 28. in fi.

3 Sed nunc tam declaremus, an & quando valeat renuntiatio, seu pactum, vt appellari posit, vbi aliàs appellatio non permittitur. In quare sciendum est interdum appellari non posse ob auctoritatem personæ, vt in l. 1. ff. à quib. appella. non lic. & eo casu pactum de appellando non valet, cùm sit contra substantiam appellationis, cùm etenim appellari non posit à maiore ad minorem. l. 1. §. pen. ff. de appellatio. meritò vlla renuntiatione fieri non potest, vt à sententia principis appellari non posit, quoniam ipse est qui prouocatur. l. 1. in prin. ff. à quib. appella. non lic. Idemque iuris erit in sententia Senatus, quę censetur sententia principis d. l. 1. vel in sententia præfecti prætorio, quem, vt inquit tex. in l. 1. ff. de offic. præfec. pretor. credidit princeps non aliter iudicaturum esse, pro sapientia, ac luce dignitatis suę, quàm ipse foret iudicaturus.

Aliquando autem tollitur appellatio, vt lites abbreuientur, ac vt aliquis litium sit finis, vnde à sententia interlocutoria idcircò prohibetur appellatio, quia litibus finis imponi debet. Bald. in l. apertissimi. not. 5. C. de iudic. Qua ratione Rota in vna pro Francisco Flores contra And. de Nouaria voluit, vt iuri prohibenti appellationē ab interlocutoria renuntiari minimè posit, vt refert. Gomes. in regu. de annali possessore. q. 2. & id maximè procedit, vt ibi dicitur, quoniam in proemio regulę cancellariæ, exprimitur ratio abbreuiandi lites, quę sanè publicam concernit vtilitatem. Bart. l. properandum. in prin. C. de iudic. Sed ego existimauerim hoc casu renuntiationem valere. Neque dicendum est hoc casu pertinere ad publicam vtilitatem, vt finis litibus imponatur, arg. l. 1. ff. de vsucapio. quoniam tunc publica vtilitas in consequentiam, & priuata autem principaliter venit, & proinde permittitur renuntiatio. Bart. l. 1. ff. solu. matr. not. sol. pen. C. de pact. & ideo is, qui impetrauit rescriptum cum clausula, appellatione remota, poterit volente aduersario renuntiare clausulę remouēti appellationem. Bald. in vsibus feud. tit. de consuetud. recti, feudi §. in quibusdam. Franch. cap. pastoralis num. 11. de appellatio. Quia etenim de fauore partium principaliter agitur, vt lites, appellatione remota, abbreuientur, ideo partes renuntiando fauori, possunt facere, ut appellare liceat.

4 Et hinc potest dubitari, an valeat renuntiatio, siue pactum, vt à sententia arbitri appellari posit in casibus, in quibus ex ea nō oritur actio. Quæ sanè quęstio est valdè cōtrouersa, vt asserit. Vasq. de successio. creat. §. 2. n. 4. Quin Alberic. in l. 1. C. de arbit. n. 2. circa hanc quæstionē subsistit. Nā aliqui censuerunt pactum de appellando valere, & renuntiari posse dispositioni, l. 1. C. de arbit. & l. dię proferre. §. stari. ff. eo. ita voluit Dyn. in l. ex cōsensu. ff. de appellatio. siue in l. nemo potest. ff. de leg. pri. & ibi Bart. num. 13. quem alij ibi sequuntur. Pro qua opinione est tex. in l. ex consensu. ff. de appellatio. vbi ita dicitur, ex consensu litigantium citra compromissum à præside prouinciæ iudice dato, uictus prouocare potest. Preterea quemadmodum valet pactum, ne non liceat appellare. l. pri. §. 1. ff. à quib. appella. non lic. l. fin. in fi. C. de tempori. appella. & latè supra proxima Renuntiat. dixi, ita valebit pactū, vt

vt appellare liceat: Sed & quia facilius concedi debet appellatio, quàm tolli. c. venientes. de iureiur. ideo magis valere debet pactum quo permittitur appellatio, quàm illud quod, appellationem tollit. Ripa d. l. nemo potest. num. 86.

Contrarium, vt pactum nó valeat, voluit. Cyn. in l. 1. C de arbitr. vt refert Bart. in d. l. nemo potest. num. 13. Nam eo pacto derogatur iuri publico, atque ex eo tribui videtur iurisdictio à priuatis, quod fieri non potest. l. priuatorum. C. de iurisd om. iud. Deinde non debet valere huiusmodi pactum, vti contra dispositionem. l. 1. de arbitr. & l. diem proferre. §. stari. ff. eo. quatum legum dispositioni renuntiari non potest, cùm compromittentes non posint facere, quin dictæ leges locum habeant in compromisso. l. nemo potest. ff. de leg. 1. Et hanc opinionem tenet. Specul. tit. de appellatio. §. in quibus. ver. decimo sextò, quamquam Bart. in d. l. nemo potest. eum refert pro contraria ipsius opinione. Et hanc opinionem sequi videtur. Albetic. d. l. nemo potest. num. 9.

Prior tamen opinio, vt valeat pactum de appellando à sententia arbitri in casibus, in quibus non oritur actio, quã secutus Dynum, tenet Bart. in d. l. nemo potest. num. 14. Et hanc communam esse asserit. Alex. in d. l. nemo potest. num. 20. & ibi Ias. in 1. lectu. num. 66. & in lectu. 2. num. 95. Ripa. num. 86. Croc. num. 38. Io. Annib. num. 610. cum alijs seq. Vasq. de success. creat. §. 10. num. 4. Mynsinger. centur. 4. obseru. 68. num 4. Bald. in rub. C. de appella. Butri. & Imola in c. Quintaual lis. de iureiur. Io. Andre. & alij in c. cum dilectus. de arbit. & ita tenent communiter doct. in d. l. nemo potest, vt per Andr. Gaill. obseru. lib. 1. obseru. 150. num. 16.

5 Quam opinionem magis receptam temperаbis, vt non procedat in appellatione propria, sed in impropria appellatione, quæ habet vim cuiusdam reuisionis, seu reclamationis. l. nó distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbit. Nam appellatio propria præsupponit validitatem sententiæ, & potestatem iudicandi, cùm tamen arbitri sententia nulla sit ex iurisdictionis defectu. l. priuatorum. C. de iurisd. om. iud. & non valeat, quamuis pœnæ metu illi pareatur. l. diem proferre. §. stari. ff. de arbit. & proinde ea non potest per appellationem rescindi. Valet igitur pactum de appellando, non vt sit appellatio, sed quædam reuisio, vt per Bart. d. l. nemo potest, num. 14. quem ibi alij sequuntur. & in l. 1. C. de arbit. Vasq. de success. creat. §. 10. nu. 4. Et ita tenent communiter doct. vt per Bologнet. d. l. nemo potest, num. 176. cum seq. Gaill. d. obseru. 150. num. 16.

Itaque supradicta distinctione facilè conciliatur contrariæ opiniones: quoniam opinio Cyni censentis huiusmodi pactum non valere, procedit in appellatione propria, ex qua infertur sententiam arbitri esse validam. Altera autem opinio Dyni procedit in appellatione impropria, quæ est quædam reuisio, ex qua nulla tribui videtur iurisdictio ipsi arbitro. Vnde Bald. in l. 1. C. de arbitr. quem sequitur Lan fr. de Oriano tract. de arbitr. diuis. 7. q. 28. ita conciliat opiniones: Nam aut loquimur de appellatione propria, ita vt in ea sint fatalia tempora, atque vt appellationis desertione sententia transeat in rem iudicatam; & tunc non valet pactum de appellando: quoniam ex hac appellatione inferri videtur, vt sententia arbitri valeat, cùm tamen ea non habeat fundamentum iurisdictionis. Aut verò loquimur respectu pœnæ: & tunc valet pactum, vt appellari
possit, hoc est, vt prosequens appellationem, vel
etiam obtinens, non possit, posteà in pœnam in
6 cidere cum effectu. Et ideò eam sententiam, vt
valeat pactum de appellando ita accipi oportet,
vt non sit propriè appellatio, quoniam in ea non
obseruabuntur fatalia, sed pactum operabitur, vt
ea appellatio rescindat iniquitatem sententiæ,
quæ corrigi poterit per iudicem appellationis, &
proinde non committetur pœna, licet sententiæ
non pareatur, cùm tamen sine pacto cogi posset
parere laudo. Paul. de Cast. d. l. 1. C. de arbit. Ex
quibus satis constat receptam esse sententiam, vt
pactum valeat, quoniam sumus in naturalibus
arbitrorum, quibus renuntiari potest. Bologнet.
d. l. nemo potest. num 176. Et pro hac opinione,
secundum eum, facit etiam tex. in l. diem proferre. § stari. ff. de arbit. vbi dicitur imputandum esse parti, quæ dedit hanc potestatem arbitris, ex
quibus apparet id pendere à voluntate partium,
quæ limitari potest, & restringi. l. 1. §. si conuenerit. ff. deposi. cùm possit quis renuntiare fauori
7 suo. l. pen. C. de pact. cum sim. Operatur autem huiusmodi pactũ, vt iam dictum est, vt pœna in compromisso adiecta non possit exigi, nisi per iudicẽ
appellationis, siue reuisionis pronuntiatum fuerit benè arbitratum. Bart. l. nemo potest. ff. de leg.
1. & ibi Ripa num. 86. in fi. Vasq. de success. creat.
§. 10. num. 4. quoniam id pactum operatur, vt
non committatur pœna compromissi, per ea quæ
dixi. Quin hæc appellatio ex pacto permissa,
quamuis non sit propria appellatio, tamen seruabit similitudinem iudicialis appellationis, & habebit naturam similem veræ appellationis, vt per
Bologнet. d. l. nemo potest. num. 177. ver. nihilominus.

CLXXV. RENVNTIATIO, Attentatorum priuileg.

S V M M AE.

1 *Attentata lite, vel appellatione pendente reuocari debent.*

2 *Attentatis, atq; eorum priuilegio renuntiari, an possit.*

3 *Pactum de non petendo reuocationem attentatorũ.*

4 *Attentatorum remedium non habet locum, stante re nuntiatione.*

5 *Renuntiatio attentatorum valet, etiamsi facta fuerit antequam quid attentatum fuerit.*

6 *Tacitè etiam renuntiatur remedio attentatorum.*

7 *Attentatis non videtur quis renuntiasse per renuntiationem appellationis.*

Lite,

Lite, vel appellatione pendente nil nouari oportet. toto tit. vt lite pend. lib. 6. l. vnica. ff. nil nou. appella. interposi c. non sol. de
1 appella. lib. 6. Quare attentatū, seu nouatū contra ius, & sine rationabili causa, lite, appellatione, aut similibus pendentib ante omnia reuocari opor. Lācel. de attenta. in prin. n. 14. Herculan. d. tract. c. 3. Quę attētata, & si sint valde priuilegia
2 ta, tamē illis atq; illorū priuilegio, tā expressè, quā tacitè renūtiari pōt. Lancel. de attenta. c. 30. de priuileg. attenta. num. 53. c. 4. de attenta. lite pend. limit 15. n. 1. nu. 3. & n. 20. & c. 12 limit. 42. n. 3. & c. 29. n. 48. Mādos. de inhibitio. q. 99. nu. 3.
3 Sic & pactum de non petendo reuocationem attentatorum obstat illorum renuntiationi. Lancel. d. q. 12. Consensus quipp: partium excusat ab attentatorum vitio, Mandos. d. q. 99. num. 3. Lancel d. tract. c. 4. limit. 16. c. 29.
4 num. 48. & c. 12. limit. 42. n. 12. Quò fit vt remediū attentatorum tùm locum non habeat, cùm eis, ac eorum priuilegio renuntiatum fuit. Lancel. d c. 4. limit. 15. in prin. & c. 12 limit 42. nu. 1. & attentata nō reuocātur vbi eis expressè, aut tacitè renunciatum fuit Lancellot. d. c. 12. limit 42. num. 1. & c. 24 q. 12. num. 5.
5 Quinimo renūtiatio attētatorū nō tātū valet, si facta fuerit post attentata cōmissa, sed etiā anteq̃ quid attentatū fuerit Lancel. d. q. 12 & c. 29 n. 48. & d. c. 12. limit 42. num. 5. quod & maximè procedit in renuntiatione iurata Mādos d. q. 99. num. 3. Valet, & renuntiatio etiam stante inhibitione ante, vel post renuntiationem. Mandos. d. q. 99. num. 4.
6 Tacitè autem plurib. modis renūtiatur & ideo per obligationem in forma cameræ videtur renuntiatum attentatis, quoniam huiusmodi renūtiatio videtur contineri in dicta obligatione. Lancelot. d. limit. 15. num. 7. Patiens quoq; vt concedatur aliquid aduersario, quod videatur excludere reuocationem attentatorum, videtur illis tacitè renuntiare. Lancellot. d. limit. 15 n. 12. cum seq. & d. c. 12. limit. 42. num. 4 sic & per lapsum temporis statuti ad docēdū de attētatis, eis renunciare videtur. Lancel. d. c. 30. n. 57. Prętetea quando attētans appellato non contradicente admissus fuit ad docēdū de suo bono iure in negotio principali, tūc videtur renūtiare attētatis. Paris. cōs. 41. n. 37. lib. 2. Lancellot. d. limit. 42. n. 3. Deniq; quib. mod. expressè, vel tacitè renunciatur appellationi, iisdem renunciatur attentatis, quæ incidenter veniunt, & quando veniunt principaliter pōt renunciari attentatis, non etiā appellationi. Manfred. de attenta p 4. num 4. & concl. 218.
7 Sed per renuntiationem appellationis quis non videtur renuntiasse attentatis. Manfred. de attentat. p. 4. num. 9. & d. concl. 218. quoniam renuntians appellationi potest agere ad reuocationem attentatorum. Mascard. de probat. cōcl. 148. num. 18. Lancellot. de attenta. c. 12. ampl. 2.
Per desertionē quoq; appellationis quis nō pręsumitur renūtiasse iuri attētatorū. Mascard. d. n. 18. & dixi Renunt. 175.

Et quamuis renuntiatio attentatorum valeat tamen renuntiatione non obstāre potest iudex ex officio nobili. & puro attentata ipsa reuocare Mandos. de inhibit. q. 99. num. 7. Lancellot. d. limit. 15. num. 21.

Postremò sciendū est, quod quādo attentata nō sunt nimis clara, est illis renuntiandū, antequā cognoscatur negotium principale. Lancel. de attenta. c. 29. num. 40.

CLXXVI. RENVNTIATIO,

Nullitatis sententiæ.

SVMMAE.

1 *Nullitatis auxilium aduersus sententiam nullam.*
2 *Nullitati sententia renuntiari an possit.*
3 *Nullitas sententia, quæ aduersarii dolo causatur.*
4 *Nullitas causans perplexitatem & repugnantiam.*
5 *Nullitas ex incompetentia, seu ex defectu iurisdictionis.*
6 *Nullitas notoria.*
7 *Sententia nulla, quæ valet in vim pacti.*
8 *Sententię nullitas consistens in eo, super quo partes possunt disponere.*

Ostquam dictum est supra de appellationis remedio, quod proficit aduersus sententiam iniquè, & iniustè latam; sequens est vi-
1 dere de nullitatis auxilio, quod inductum fuit aduersus sententiā nullam, & inualidam: siquidem frustra à nullis, & inualidis appellatur. toto tit. C. quando prouocar. nō est necesse l. ex consensu. §. primo. ff. quæ sententiæ sine appellat. rescind. l. si expressim. ff. de appellat. Et quamuis hæc contraria remedia videantur, scilicet, appellare, & de nullitate dicere: tamen in hunc modum appellari solet (dico sententiam nullam, & si qua est, appello) quæ sanè nullitas sententiæ, vt trad. Rimin. iun. cons. 804. nu. 30. est iuris remedium, legum tutamen, pœna temerariorum, auxilium commune, & vera defensio oppressorum, & ob publicam causam introductum.
2 Nullitati autem sententiæ renuntiari potest, vt de ea quis non possit agere, vel excipere. Angel. in repetit. l. tale pactum. §. qui prouocauit. num. 16. vers. vlterius quæro. ff. de pact. Franc. in cap. dilecto. num. 116. q. 50. de appellat. DD. in cap. de causis de off. de leg. & ibi Felin. nu 7. vers. quarta conclusio. Nam sicut beneficio appellandi renuntiari potest. l. fin. §. fin. C. de tempor. appellat. ita renuntiari poterit iuri dicendi sententiam nullam. Ias. in l. penult. num. 7. vers. hinc etiā videmus, C. de pact. Atq; qui potest renuntiare iuri appellandi, is quoq, renuntiare poterit iuri dicendi sententiam nullam. Gigas. de pension. q. 45. num. 6. Quamuis etenim sententia nulla non possit pacto validari, vt valeat, vt sententia, atq;

licet

licet solemnitatibus reddentibus sententiam nullam renuntiari non possit, tamen potest quis pacto remittere, vt de nullitate sententiæ agere, vel excipere minimè possit. Frāc. d. cap. dilecto q. 50.

3 Declaranda tamen hæc est conclusio quibusdam modis, & primò, vt non procedat, cùm nullitas sententiæ causatur à dolo aduersarij, cùm tali dolo renuntiari non possit. l. si vnus, §. illud nulla. ff. de pact. Nec intelliguntur partes de tali nullitate sensisse, ita declarat Angel. in d. §. qui prouocauit num. 16. vbi inquit ita consuluisse. Felin. in cap. de causis nu. 7. vers. tertiò fallit. de off. deleg. Franc. in d. cap. dilecto, num. 150. limit. 3 Io. Baptista de arbitris lib. 7. cap 11. vers. quid

4 si dictum. Præterea declaratur supradicta conclusio, nisi nullitas causaret perplexitatem, vel repugnantiam. Angel. d. § qui prouocauit. Felin. d. cap. de caus. 15. n. 7. fallentia secunda. Fulgos. cons. 180. col. prima. Franc. d. cap. dilecto, num. 150 vers. secundo limita, & facit reg. l. vbi repugnantia. ff de reg. iur.

5 Declaratur tertiò, nisi nullitas causetur ab incompetentia, seu à potestate iudicis, & à defectu iurisdictionis gloss. in clemēt. prima de sequestr. possess. & fruct. quam singularem dicit Angel. d. loco. Felin. d. cap. de causis. nu. 7. vers quinto fallit. Franc. d. cap. dilecto. num. 20. vers. quartò limita. Gigas. cons. 89. num. 3. Crauet. cons. 383. num. 16. Ruin. cons. 14. num. 17. lib. 2. Socin. iun. cons. 18. num. 2. lib. primo. Gail. obseruat. 42. in fin. lib. primo. Coler. de process. exequut. p. 4. cap. primo. num 48. Roland. cons. 70 num. 12 lib. 2. Ruger. cons. 13. num. 54. lib. primo. Borell. de cō promiss. §. 7. gloss. prima. num. primo. Gigas. cons. 89. num. 3. Gabriel. in commun. tit. de statut. conclus. 3. num. 7. vers. quinto amplia. Cephal. cons. 708 num. 5. Io. Baptista de arbitr. d. cap. 11. vers prima regula, vbi constituit hanc regulam, quod vbicunq; nullitas procedit ex defectu potestatis iudicis, illa nomquam censetur exclusa. Rimin. Sen. cons. 355. num. 5. Afin. de execut. § 9. cap. 300. & cap. 242.

6 Quartò declaratur non procedere, si nullitas notoria sit ex tenore sententiæ, aut ex expresso iuris errore. Angel. d. § qui prouocauit. Felin. d. cap de causis fallen. prima. Franc. d. cap. dilecto limit. prima. Io. Baptista de arbitr. lib. 7. cap. 11. vers. secunda reg. Hinc secundum eum, non obstante dicto pacto, poterit semper dici de nullitate aduersus sententiam nullam ex eo, quòd lata fuit contra minorem indefensum. l. cum & minores. C. si aduers. rem iudicatam.

7 Postremò declaratur, vt stante dicta renuntiatione, & pacto, sententia alioquin nulla valeat nō in vim sententiæ, sed in vim pacti. l. 2. C. cōmun. vtriusq; iudic & ibi Bald. & alij. Bartol. l. obseruare in fine. ff. de off. procons. Abb. cons. 92. n. 2. lib. primo. Crauet. cons. 286. num. 5. Alciat. reg. 3. præsumption. 12. n. 7. Gabriel. in commun. tit. de sentent. conclus. 2. Trentacinqu. var. resol. lib. 2. tit. de sentent. resol. prima. Vant. de nullit. process. cap. vltimo num. 19. Guter. de actib. iudic. iurat. cap. 5. num 19.

Nec est dicendum, quòd stante pacto de non allegando nullitatem, quis non possit illam allegare, cùm illud pactum sit seruandum, præsertim si iuratum fuerit: quoniam si pactum esset seruandum ne possit allegari nullitas, nulla haberetur ratio nullitatis, & sententia valeret, vt sententia, quamuis careat illa solemnitate, sed actus corroboratur ex nouo consensu, & ideo nouus actus fit. Nec consideratur, quòd nullitas actus minimè possit allegari, quia, & si pars non alleget, tamen actus primus est etiam nullus, sed alius fit ex nouo consensu, alioquin, quod vna via prohiberetur alicui, ad id is alia via admitteretur contra regul. cap. cum quid vna via vbi. Dyn. de reg. iur. lib. 6. Nam si renuntiari minimè potest solemnitati, certè alia via renuntiaretur per renuntiationem nullitatis, ex defectu illius solemnitatis. Procedit igitur cum illud potest deduci in pactum. At cum res est huiusmodi, vt non possit in pactū deduci, secus est. Surd. decis 53. num. 24.

8 Quæ tamen postrema declaratio ita vera erit, si nullitas consistit in eo, super quo partes possunt disponere, atq; respicit fauorem partium. Abb. cap. examinata notab. 3. de confirm. vtili, vel inutili. Dec. cons. 475. Gabriel. d. conclus. 2. num. 10. vers. primo limita. Brun. tract. de forma colum. 3. Rimin. Iun. cons. 59. nu. 11. Trentacinq. d. resol. prima. num. 3. Et huc pertinent, quæ dixi Renuntiat. 35.

CLXXVII. RENVNTIATIO, Reductionis, seu reuisionis arbitramentorum.

S V M M AE.

1 *Reductio arbitramentorum est quadam appellandi species.*
2 *Actio nulla, seu exceptio oritur ex arbitri sententia.*
3 *Reductionis auxilium succurrit aduersus iniquitatem arbitramentorum.*
4 *Reductioni an possit renuntiari.*
5 *Renuntiatio reductionis iurata.*
6 *Reductionis auxilio renuntiari posse.*
7 *Renuntiatio reductionis non operatur, stante læsione enormiori, vel enormissima.*
8 *Pactum de non petendo reductionem, an, et quando valeat.*
9 *Læsio enormis, quæ censeatur in laudis.*
10 *Cautela ad exclusionem reductionis.*
11 *Pactum de nō petendo reductionē factū post sententiā.*
12 *Pactum quod arbitramentum exequutioni mittatur, non obstante quacunq; reuisione.*

SVpra dictum est de appellatione, & de nullitate sententiæ, nunc de reductione arbitramentorum est videndum, quæ est quædam appel- 1 landi species. l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de recept. arbitr. Specul. tit. de arbitr. §. primo versic. quid si à tempore. Bal. cap. primo. §. sancimus. quo tempor.

tempor. mil. in vsi.feud. Cæphal. conf.480. num. primo. Rimin.conf.677.nu 4.

2 Igitur, vt ad rem deueniamus, sciendum est ex arbitri sententia nullam oriti actionē, siue exceptionem.l.2.vbi DD.ff.de arbitr. Et ex iurato compromisso, quamuis seruandum sit iuramentum secundum, Bald. in auth. decernimus C.de arbitr. Sed sententię standum est pœnę in compromisso adiectæ metu.l.diem proferre.§. stari.ff.de arbitr.l.prima C.eodem.Si verò sit sine pœna cōpromissum, agitur ad interesse, modò stipulatio interuenerit d. l. diem proferre. §. fin. vbi DD. Abb. cap. per tuas.col. 2.vers.nota quod arbitriū. ff de arbitr, Bald.d.l.2.Non est etiam exequenda sententia arbitri assumpti pacto nudo, & sine pœna, nisi post emologationem partium expressam, vel tacitam ex taciturnitate, & lapsu dierum decem, vt ex dispositione l.cum antea.C.de arbitr. & not. Abb. d. cap. per tuas col. 5. Quapropter cùm nulla detur actio, aut exceptio, dicendum est appellari non posse ab arbitri sententia, nec opus etie appellationis auxilio. Verum aduersus iniquitatem eius occurri potest doli exceptione, quæ est ad instar appellationis.d.l.non distinguemus.§.cum quidam, quæ exceptio facit, ne laudum etiam post decem dies executioni mandetur, & ne pœna vel interesse exigatur. Abb. c. primu.col.fin. de arbitr. d.cap per tuas col. 3.

3 Aliud statuitur in arbitramentis, nam aduersus illorum iniquitatem subuenitur hoc remedio reductionis, etiam vsq; ad trigiuta annos, vt commu. esse opinionem Doctorum inquit Marant.in suo Specul.p.6.num.124 Feder.de Sen.conf.285.col. 2. quem refert Odd. de restitut. in integr. q. prima num.77.Hocq; discrimine dissidet arbitrator ab arbitro, quòd ab illius sentētia reductio peti possit: ab huius autem sentētia non item. Abb. d.cap. 2.in fin.de arbitr.

4 Reductioni an renuntiari possit quæstio est valde difficilis visa tam antiquis, quàm recentioribus, licet frequentissima, in qua fuerunt tot sententiæ, quot capita. Castrens.conf 255.col. 2. vers.circa secundum.lib.2.atq; est quæstio antiqua. Bald.conf 380.lib.primo.ac valdè difficilis. Io.Baptista de Arbitr.lib.7.c.15. Estq; antiquū, & solemne dubium, vt per Castrens.cons.260. n. 3.lib.primo. diffuséq; tractatur ab antiquis; & recentioribus. Ferrar. in form. libell. ex cōprom. in verb. nec reductio. num.3. Et hanc quæstionem adhuc esse sub iudice, & tot reportare sententias, quot per ora volitat, & discurrit, inquit. Borell.de compromiss.§.2.gloss.6.num.68.

Et renūtiari minimè posse data graui, & enormi læsione plures DD.tenent, & ita sentit. Dyn. in cap. scienti. de reg. iur. in 6. Specul. tit. de arbitr. §. sequitur. ver. quod si compromissum est. Sequitur Bartol.l. societatem.§.arbitrorum.nu. 24.vers.quæro vtrum.ff.pro soc. Felin.cap.si diligenti.num.22.de for.compet. Angel.cons 182.n. 4. Et hoc interesse inter appellationem, & reductionem inquit Marant.6.part. princip. actu. 6.num. 343. ver. & ex prædictis. Castr.conf.260. num. 3. lib.primo. Dec.conf. 39. num. 6. Amapell. de Clar.sing.90. Marant.d.actu.2.num. 127. vers. tertiò quæro. Anchar. Iun.q. 3. num. 7. lib 2.Gabr. latè tit. de arbitr. conclus.3. num. 30. Bonacoss. suis comm. criminal. verb. reductio. Bartol. l. quidam cum filium. ff. de verb. obligat.l.prima.ff.à quib appell.non licet, & in l. Iulianus col.2 ff.de condit.indeb. Castr. l. cum antea. num.5.C. de arbitr. Alber. d. §. arbitrorum col. 3. vers. item quæro, vbi inquit ita comm. teneri Alex cons. 131.num 12.lib.2. Angel. in q. incipiente duo litigantes. Burrigar. de renūtiat. iuris.tit. de beneficio recursus. Borell. de compromiss. § 7. gloss. 2. num. 23. & §. 8. gloss. prima.q.4 Bald.l.Iubemus in fine principij.vers. quapropter dicimus.C.ad Trebell. in l.fin.q.vlt. C. de contrah. emptione, in d. l. cùm antea col. prima. vers. sed iuxta prædicta quæro. in l.3 C. de dot. promiss. in l.prima.col.5.vers. & facit ad quęstionem. C. de ijs, quę pœnæ nomine. Lanfranc. tract. de arbitr. 7. p q. 14. Oldrad. cons. 156. Corn. cons. 177. num. 39. lib.2. vbi inquit ita communiter teneri Curt.Iun.cons. 79. num. 4.vbi communem dicit. Abb.c.Quintaualls. nu. 2.de iur. iur. Tirzan. comm.opin. 122. in verbo appellationi. Ferrar. in form. compromissi in verb. nec reductio num. 3. & hanc communem sequitur Io Baptista tract. de arbitr. lib.7 cap.15. vers. quid dicemus, vbi inquit mirum esse aliquem à tantorum opinione in iudicando, aut consulendo discedere, & de consuetudine, vt nihil operetur huiusmodi renuntiatio, licet de iure valeat, tenet Iacob. Butr. qui sequitur Innoc. d.c. Quintauallis, vt refert Bartol. in suis quæstionib. in materia arbitrorum in fine. Et ita communiter obseruari inquit Bald. in d. l. cum antea. num.3. & ita communiter tenere DD. inquit additio ad Capell. Tholos. q 268. Ruin. cons. 11. nu. 16. lib.4. Socin. cons. 220. num. 7. lib. 2. Castr. cōs. 70. Quia frustra, col. prima. vers. breuiter. lib. primo, vbi inquit ita communiter obseruari, & communiter esse receptum in cons. 215. lib. 2. Bald. cons. 380. vers quicquid sit lib. primo, vbi inquit hanc esse cōmunē. Gulliel. de Tulalt. in reperit. d. § arbitrorum. nu 97. Crott. in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 34. ff. de verb. obligation.

Prima ratio hauū est: quia promissio nō petēdi reductionē intelligitur, nisi iniquè arbitratū fuerit, & nisi immodica fuerit lęsio. Bartol. l. quidam cū filiū. n.4. ff. de verborū oblig. & d. §. arbitrorū: Et ideò idem Bartol. in l. Iulianus col. 2. ff. de condict. indebit infert ad quęstionē de eo, qui promisit nō petere reductionē, vt per eū. Corn. cōs. 177. n. 39. lib. 2. Pontan. rubr. ff. de arbitr. n. 70. Ferrar. d. verbo, nec reductio. n. 3. atq; intelligitur, vt dolus, et iniquitas absit Vgo. de claus. tit. de clausul. rescriptorū. n. 168. & hanc rationē adfert. Dyn. in cap. sciēti de reg. iur. lib. 6. Nā semper in huiusmodi renūtiatione ne petatur reductio, videtur inesse tacita cōditio, nisi quis immodicè lędatur: quia de magna lęsione nō pręsumitur cogitatū arg. l. quæro. §. inter locatoré. ff. locat. l. quidā cū filiū. ff. de verb. oblig. & quemadmodū vendēs rem pro certo prætio, & donās illud, quod pluris valet, nō censetur remittere beneficium. l. 2. C. de rescind. vendit. vt trad. Butr. d. capit. Quintanallis

ſiquidem huiuſmodi donatio ad modicum referri debet:ita non eſt credendum,quod partes cogitauerint arbitratorem, cui maximè confiderunt velle enormiter lædere.Caſt.conſ.70.col. prima lib.primo.Clauſula ſiquidem,ſi fuerit iuſtè arbitratus,intelligi debet in renuntiatione reductionis.l.ſi libertus ff.de oper.libertorũ.Butr. d. cap. Quintauall.Bartol.d.§.inter locatorem,in l.qui Romæ.§.duo fratres col 2.verſ.& hoc facit.ff. de verb.oblig.in l.ex diuerſo §. vbi autem col. prima.ff.de rei vendicat.Caſtr.d.§.duo fratres.n.5.

Secundò huiuſmodi renuntiatio videtur eſſe quoddam incentiuum ad delinquendum,ac præbere occaſionem delinquendi,nempe ad malè,& iniquè laudandum,proindeq; valere nõ debet.l. cõuenire.ff.de pact.dotal.l.ſi libertus. ff. de oper. libertorum. Dyn. cap. ſcienti. de reg. iur. lib. 6. Caſtr.conſ.70.col.prima lib.primo.

Ad hęc facit.l.cum antea.C.de arbitr.vbi ſententia arbitri non poteſt antequam feratur emologari.Bartol.d. §. arbitrorum. Balb. ſuis commun.centur.5.conclu.414. Qui autem reductioni renuntiat, videtur emologare laudum antequam feratur,& de acceptatione procuratoris cõſtituti ad acceptandum laudum ferendum tradunt Bald.l.fin.in fin.C.de contrahen. empt. Io. Baptiſta de arbitr.lib.7.cap. 13. & cap.15.col.5. verſ.ex prędictis omnibus. Lanfr. de arbitr. vbi ſupra.nu.33.Caſtr.d.conſ.70.col. prima. Deniq; lęſio magna continet dolum præſumptum, cui in futurũ renuntiari non poteſt.l.ſi vnus §.illud nulla.ff.de pact.Et latè alibi dictum eſt,vt per Caſtr. d.conſ.70.col.prima.

5 Ampliatur modò ſupradicta concluſio,vt procedat etiam ſi renuntiatio reductionis ſit iurata Bartol.l. ſocietatem.§.arbitrorum.num.31.& ibi Alex.ff.pro ſoc. Iaſ.l.1.num.3. ff.qui ſatiſd.cogantur. Felin. cap. ſi diligenti. num.22. de for, compet.Imol.c.Quintauallis de iur. iur. Gabr. in comm. tit.de arbitr.conclu. 3. num.35.Recipit quippe iuramentum tacitam conditionem ,quã habet ipſa renũtiatio,vide icet,ſi ęquũ fuerit arbitratus,Guter.de contract.iurat.c.37.Nam & iuramentum nihil operatur.Bald.l.ſi procurator. nu. 10.ff.de cond.indeb.Socin.conſ.220.Viſo compromiſſ. verſ.circa ſecundam lib.2. Corn.conſ. 178. num.6 lib.3.Guid.Pap.quæſt. 519. num. primo. Guill.de Tulalt.d.§.arbitrorum.num.103.Humbert. auth. Sacram.pubet. num. 52.C.ſi aduerſ. vendit Io.Baptiſta tract.de arbitr.lib.7. cap. 16. Petrucc.l.prima num.285.ff. de iur.iur.

6 Et licet ſupradicta opinio ſit communiter recepta,tamen alij in ea fuerunt ſententia, vt reductioni renuntiari poſsit ,& primò appellationis exemplo,cui poteſt renuntiari , vt iam dictum eſt,cui remedio hoc adfine eſt gloſſ. in l. non diſtinguemus.§.cum quidam.ff.de arbitr. Et reductionis petitio eſt ſpecies appellandi,& ita per illum text.Martin.tenuit poſſe renuntiari reductioni,vt refert ibi Bald.Vnde ſicut futuræ appellationi renũtiatur.l.fin.§.fin.C.de tempor. appell. ita & futuræ reductioni renuntiari poterit, & ita arguit.Caſtr.d.cõſ.260. Corn.conſ.177.n.20. lib. 2.conſ.221.n.9.lib.eod.& cõſ.82. col. 2. lib. pri. Pontan.in rubr.ff.de arbitr. n.70.Ferrar.in form. cõpro.in verbo,nec reductio n.3. Quinimò nullam reperiri probabilem differentiam inter iudicẽ,& arbitratorẽ trad.Caſtr. d. conſ. 260. & ita arguit.Io.Baptiſta de arbitr.lib.7 cap.15.col.pri.

Præterea cùm illud certum ſit pro modica læſione nunquam cedi hoc remedium, vt paulo ſupra dixi,ne fruſtra adijciatur renuntiatio intelligi debet,vt ea operetur in magna lęſione.l.ſi quãdo.ff.de leg.primo.cap.ſi Papa de priuileg. lib. 6. Etenim ſcire debent compromittentes pro magna tantum læſione hoc beneficium tribui, cui renuntiando cenſentur cogitaſſe,ne pro magna lęſione poſsint reductionem petere ,ita Io.Baptiſta de arbitr.d.cap.15.col.2. verſ. ſed dominus , & ita per hanc rationem tenere videtur.Imol. in d. cap.Quintauallis ,& refert Io.Baptiſta d.cap. 15. & trad.Caſtr.conſ.255.col.2.verſ.nec enim eſt veriſimile.lib.2.Nam etiam abſq; pacto ob modicã læſionem peti non poteſt reductio.l.1.ff.de in integr.reſtitut.Ferrar.d. verbo,nec reductio. n. 3. Io.Baptiſta de arbitr.d.cap.15.col.2.verſ. quid ſi lęſio.Pontan.rubr.ff.de arbitr. num. 70. Caſtr. d. conſ 255.col.2.verſ.his duob.Lanfr. de Oriano. de arbitr.nu.31 & facit. l.ſi de meis.§.recepiſſe , vbi gloſſ & Bartol.ff.de arbitr.ex quibus videri poteſt,vt renuntians reductioni cenſeatur promittere,vt non poſsit reductionem petere in caſibus,in quibus peti poſſet,non etiam in ijs, in quibus nõ poſſet,& ſuper quo pactum eſſet fruſtra .

Quibus accedit , quòd non eſt dubitandum quin partes poſsint renuntiare læſioni magnę ,& enormi,vt dixi Renuntiat.102.& 103. Cum autem conſtet de voluntate renuntiantis, nempe , quod promittens non petere reductionem voluit obligari,vt non poſsit dicere de læſione magna reductionis beneficio,& de poteſtate,dum ſit promittens,renuntiando reductioni,renũtiat etiam læſioni enormi,dicendum eſt renuntiationem valere.l. cum te.C.de donat.ante nupt. Sed & quẽadmodum peti non poteſt reductio ratione enormis læſionis,vbi expreſsim id conuentum fuerit, ex communi DD.ſententia,vt per Io.Baptiſtã de arbitr.d.cap 15.col.4.verſ. videamus nunc , ita nec peti poterit,cum ſimpliciter promiſſum fuerit non petere reductionem. Ad hæc, ratione dubij euentus valere poteſt pactum de non petendo reductionem: quoniam quemadmodum vna pars ex laudo lædi poteſt enormiter, ita ſic poteſt lædi diuerſa pars,& quemadmodum lædi poteſt, ita cõſequi lucrũ,& commodũ poteſt ex poteſtate grauiter lædendi arbitratori cõceſſa. Quare cũ pactũ tendat tã ad onus,quã ad cõmodũ ratione dubij euẽtus,valere debet.l.ſi pater.C.de inoff.teſtã. Tiraquell.l.ſi vnquã,verb.donatione largitus.nu. 126.C.de reuocand. donat. Poſtremò facit gloſſ. in l.3 §.competit.in verb. idem ſi conuenerit.ff.ſi menſ.fall.mod.dixer.vbi valet pactum ſuper futura iniquitate menſoris .

Nec obſtat huic ſententiæ textus in l.quæro.§. inter locatorem.ff.locat. quia ibi ſit fundamentum ſuper veriſimilitudine , cum ſcilicet ſumus

in

in dubio: at hic certum est cogitatum fuisse à partibus de magna læsione, cùm remedium reductionis, cui renūciatum fuit, minimè referatur ad modicam læsionem. Neq; dicatur quod non fuit cogitatum de magna læsione; quoniam illud procedit, quoties simpliciter promittitur stare sententiæ arbitratoris, atq; nisi aliud exprimatur. Bartol. in suis quæstion. de arbitr. num. 24. Bald. in l. cum antea. num. 3. C. de arbitr. Castr. cons. 255. col. 2. ver. ista op. lib. 2. At vbi expressim conuētum fuit de non petendo reductionem intelligi aliter non potest, nisi quòd sic promittens senserit de magna læsione; siquidem pro modica non conceditur reductio, vt iam dictum est. Neq; refert, quòd in renuntiatione reductionis intelligatur clausula (si iustè fuerit arbitratus) d.l. si libertus: quoniam loquitur in eo, qui iurauerat de stando ei, quòd Patronus arbitratus fuerit. Diuersum est in eo, qui promisit non petere reductionem arbitramenti: nam primo casu promittentis stare arbitramento ea mens est, vt nolit immodicè obligari d.l. si libertus: altero casu, dum promittit quis non petere reductionem, censetur cogitasse de magna læsione, & casum grauis læsionis, vt sci licet ea data nolit iuuari reductionis remedio. Minusq; obstat, quòd detur materia delinquendi: quoniam id præsumendum non est, & ita respondet Feder. de Sen. cons. 220. Imol. d. cap. Quintauallis; Et refert Io. Baptista de arbitr. d. cap. 15. col. prima vers. ad rationes contrarias. Præterea quemadmodum iudex malè iudicando facit litem suam, quamuis renuntiatum fuerit appellationi, ita dicendum est in arbitro, vt per Castrens. d. cons. 260. & facit tex. in l. diem profer re. §. stari. ff. de arbitr. vt per Io. Baptistam d. cap. 15. col. prima. ver. & optimè facit. Ad l. penult. C. de arbitr. respondetur eam procedere in arbitro, non in arbitratore, & de ratione differentiæ, vide Io. Baptistam d. cap. 15. col. 2. vers. item secundò non obstat. Bald. l. cum antea. num. 3. C. de arbitr. Ad id autem, quod dicitur de dolo, respondetur, vt per Io. Baptistam d. c. 15. col. 2. vers. ad tertiam rationem; & per Bartol. in suis quæstion. de arbitr. num. 24. vbi inquit velatè, & non principaliter renuntiari posse dolo futuro, & trad. Bald. in d. l. cum antea. num. 3.

Et quòd renuntiatio valeat videtur tenere Bartol. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. dum disputat de eius effectu. Bald. & Salyc. d. l. cum antea. D D. d. cap. Quintauallis; Feder. de Sen. cons. 220. & alios refert Io. Baptista de arbitr. d. cap. 15. & quamuis contraria opinio sit communis, tamen Io. de Imol. d. cap. Quintauallis tenet eam de iure non procedere, & ita communiter tenere DD. inquit Corne. cons. 177. nu. 22. lib. 2. & cons. 82. col. prima. lib. primo, vbi ita ipse tenere videtur, & Iacobus de Areu. tenet indistinctè renuntiationem valere, vt refert Bartol. in suis quæstion. de arbitr. num. 24. Et quòd renuntiatio valeat, voluit Guid. de Suzzar. in l. sex consensu. C. de episcop. & cler. & refert Gaill. de Tulalr. in l. societatem. §. arbitrorum. nu. 97. ver. item quæro numquid. ff. pro soc. & idem refert. Vital. de clausul. in verb. an reductioni. num. 2. Et idem voluit Io. Andr. in additionibus ad Specul. d. vers. item quid si compromissum, atq; ita fuisse determinatum Bononiæ trad. Iacob. Buttig. in auth. decernimus. C. de arbitr. Et quòd cum iuramento valeat. trad. Buttig. de renuntiat. iuris. tit. de benefic. recursus.

Itaq; ratione enormis, & magnæ læsionis opera ri debet renuntiatio, vt per Bald. in l. penult. col. 3. C. de arbitr. quam opinionem æquam esse inquit Castr. cons. 255. col. fin. vers. & istam tenet lib. 2. vbi hanc sententiam, vti veridicam sequi-

7 tur. Aliud dicendum est in enormiori, vel enormissima læsione; quoniam tunc dolus præsumitur, & renūtiatio non operatur, vt per eum d. col. fin. vers. aut in maiori. Io. Baptista de arbitr. lib. 7. c. 15. vers. quid tamen dicimus. addit. ad Capell. Tholos. q. 168. Et ideo practica erit, vt in libello reductionis narretur maior, vel maxima læsio: quoniam tunc ille erit recipiendus, & si læsio aliter non probetur, modò postea in processu causæ probetur, ita Castr. d. cons. 265 col. fin. vers. & reducendo: enormissima siquidem læsio includit dolum præsumptum, vt per eum ibi col. 2. vers. restat ergo dubitatio; eamdemq; opinionē, vt rationis magis enormis, seu enormissimæ renuntiari non posse tenet Iacob. Butrig. in l. fin. C. de contrah. empt. Vital. de clausul. in rubr. an reduct. num. 12 & Anton. de Butr. cons. 24. inquit esse cōsiderandos gradus læsionis ad hoc, vt videri possit, an valeat renuntiatio, refert Borell. de comprom. §. 2 gl. 6. num. 68.

8 Sed vt hanc quæstionem concludamus, an scilicet, valeat pactum de non petendo reductionem ita distinguēdum erit: nam aut agitur de arbitratoris dolo ex proposito, & eo casu non est dubitandum, quin non obstante renuntiatione peti possit reductio, cùm illud certum sit, futurū dolum remitti non posse. l. si vnus. §. illud ff. de pact. & ita communiter tenent D D. Bar. d. §. arbitrorum. Pontan. rubr. ff. de arbitr. num. 70. Ferrat. d. verb. nec reductio. nu. 3. Bald. in cap. Quintauallis num. 18. de iur. iur. Lanfr. de Oriau. de arbitr. num 31. Io. Baptista de arbitr. d. cap. 15. col. 2. vers. dicamus ergo: vbi inquit ita sētire omnes D D. nemine excepto. Bartol. in quæstion. de arbitr. circa fin. Amanell. singul. 90. Quinimo nō valet renuntiatio etiam iurata. Corn. cons. 221. nu. 17. vers. tamen quicquid sit lib. 2. Bald. d. §. illud circa finē, & in l. non distinguemus in principio. n. 6. ff. de recept. arbitr. Capell. Tholos. & ibi additio q. 268. Ruin. cons. 11. n. 16. lib. 4. Castr. cōs. 265. col. 2. vers. circa secundū. lib. 2. vbi inquit hoc casu etiam pro modica læsione peti reductionem.

Similiter enormissima læsione stante peti poterit reductio, etiam non obstante renuntiatione Alex. cons. 150. in causa lib. 2. Cæphal. cons. 208. n. 4. lib. 2. cons. 210. n. 78. lib. eod. cons. 480. n. 17. & hęc est magis communis sententia. Rimin. Sen. cons. 627. nu. 7. lib. 4. Grat. cons. 24. nu. 1. lib. 2.

Aut verò agitur de læsione immodica, & enormi & tūc mihi placet ea sētētia, vt renūtiatio valeat, atq; vt peti non possit reductio ratione enormis

læsionis, vt supra dictum est. Verùm licet renuncians reductioni excludatur ratione enormis læsionis, non tamen excluditur, cùm læsio excedit magnam, & enormem: quia renuntiatio satis operata est suum effectum ratione magnæ læsionis. Neq; extendi debet ad grauiorem læsionem.

9 Quæ autem læsio enormis censeatur in laudis, relinquitur iudicis arbitrio secūd veriorem sententiam, vt scribit. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 73. & dixi Renuntiat. 2. Quare iudex stante renuntiatione reductionis, vt admittatur reductio considerabit eam læsionem, quæ magnam excedit. Hinc sapienter ex Constit. Dominij Mediol. tit. de arbitr. & arbitrator. cauetur bis verbis (moderari arbitramenta non possunt, etiam si læsionem contineant, quando læsio sextam partem non excedat). Nam cum illud minimè dubium sit, posse arbitratorem modicè lędere, vt iā dictum est, dicendum erit non esse considerandā læsionem, nisi excedat enormem. Cum autem sexta pars censeatur enormis læsio, vt dixi Renuntiat. 102. optimā ratione ex dictis Constitution. dispositum fuit in arbitramentis solum considerari eam læsionem, quæ sextam partem excedit; vti excedentem enormem: quæ quidem non inspicitur, stante iuramento; renunciationibus, & pactis exequutiuis apponi solitis. Stante ergo læsione sextam partem excedente eo iure, non obstante quacumq; renuntiatione, & iuramento reduci debent arbitramenta; Vnde quod dicitur nullam renuntiationem, nullumq; verborum cautelam impedire reductionem arbitramētorum, intelligi oportet de ea læsione, quę excedit enormem.

10 Varias autem cautelas ad exclusionem reductionis arbitramentorum refert Io. Baptista de arbitr. d. cap. 17. Posteriamq; approbat, quæ est vt compromittentes concedant arbitratori liberā, atq; amplam potestatem ius vnius partis in totū, vel in partem alteri concedendi, & donationis titulo conferendi. Nam quemadmodum conſtitui potest procurator ad donandum, ita eadem potestas concedi poterit arbitratori, cum omnis eius potestas ex compromisso sumatur. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbitr. quæ cautela mihi nō probatur, namq; principalis intentio cō promittentium est compromittendi in arbitratorem amicum, de quo valde confidunt, & quem eredunt rectè arbitraturum, nec eorum mens est, vt velint imm̄ ediate obligari, multoq; minus donare. l. si liberti ita iurauerit ff. de oper. libert. Bald. dicta l. cum antea nu. 3. vers. non obstat. Proinde illa donationis clausula non operatur, vt ei apposita potius, vt euitetur reductio, quàm ex voluntate donandi, vt etiam dixi. Renūtiat. 103. & trad. Sarmient. select. interpretat. lib. primo. c. 11. num. 7. Solum itaq; vt scribit Bald. in d. l. cum antea num. 3. communiter obseruatur, vt non obstāte quacumq; verborum cautela propter læsionē legitimam peti possit reductio, quod & trad. in l. si vnus. §. illud. num. 3. ff. de pact.

Atq; hęc de pacto de non petendo reductionē adiecto in compromisso. Cæterùm pactum iactum post sententiam haud dubiè valet, habetq; vim emologationis. Bald. l. prima col. 4. vers. & facit. C. de his, quæ pœnæ nomine, & in l. cùm antea. C. de arbitr.

11 Et quamuis renuntiatio reductionis operetur, vt non retardetur exequutio, admissa reductione tamen, Grat. conf 34. num. 7. lib. primo. Boer. decis. 284 num. 26. in fin. Menoch. de arbitr. q 7. nu. 20. Visill. ad Afflict. decis. 132. num. 4 vers. quę omnia. Optima tamen erit cautela, vt adijciatur pactum, quod arbitramentum mittatur executioni, non obstante quacumque reductione, seu reuisione; quod quidem valet ex publica consuetudine, & de iure. Alba. consl. 281. Siquidem reductioni renuntiari potest, quoad effectum suspēsiuum, Grat. d. consl. 34. num. 7.

CLXXVIII. RENVNTIATIO, Supplicationis, Recursus, & restitutionis aduersus sententiam:

SVMMAE.

1 *Supplicatio quando permittatur.*
2 *Supplicatio quod permittatur cùm appellare non licet quando verum sit.*
3 *Supplicare cur liceat.*
4 *Appellatio vt differat à restitutionis auxilio.*
5 *Querela remedium.*
6 *Querelæ auxilium, quando competat.*
7 *Appellatio, & querela sunt diuersa.*
8 *Recursus quid.*
9 *Appellationi renuntians, an censeatur etiam renuntiare supplicationi.*
10 *Renuntiatione exclusus ab appellationis auxilio, an censeatur item exclusus ab auxilio restitutionis aduersus sententiam.*
11 *Querela, & recursus differunt.*
12 *Clausula renuntiationis omnium remediorum aduersus sententiam.*

S Vnt & alia remedia, quorum beneficio quis auditur aduersus sententias, à quibus appellare non licet, veluti supplicatio, querela, recursus, & restitutio aduersus sententiam. De singulis igitur videndum. Supplicatio itaque tum permittitur,
1 cùm appellare non licet. glo. cap. ex litteris. in verb. supplicare. de in integr. restitut. Grāmar. decis. 33. num. 4. Dec. l. fin num. 50. C. de ed. D. Adr. toll. Ferrat. in formā libell. interloquutor. super incompetentia. num. 4. Rebuf. de appellat. in præfat. q 9. num. 67. Ruin. consl 157. nu 15. lib. 5. Natt. consl. 172. num. 9. lib primo. Cumia. in ritib. magn. cur. cap. 23. num. 7. Lanceiot. de attent. p. 2. cap. 12. de attentatis appellat. pendente. limit. 5. num. 58. Rol. consl. 94 num. 3. lib. primo. Et consl. 38. num. 7. lib. 2. Cephal. consl. 162. num. 6. lib. 2.

Boss.

Boss. in prax. tit. de querel. contra sententiam. n. 7. & tit. de remed. iustit. contra sentent. num. 12. Paris. de syndicat. verb. an si statuto. num. 6. Sed hoc ita accipiendum erit tùm procedere, cùm à
2 sententia appellari non potest propter dignitatẽ supremam iudicantium, ita declarat Ial. in auth. quæ supplicatio. col. 2. vers. quinto nota. C. de prec ib. Imper. offer. Tenin. caut. 243. num. 21. Rol. cons. 38. num. 15. lib. 2. Mantua sing 357 Cumia. in ritib. magn. cur. c. 93. num 5. sequitur Marant. in suo Specul. p. 6. actu secundo. num. 14. vel etiam cùm prohibetur appellatio mixtim ratione personæ, & causæ. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 896. Dec. l. fin. num. 31. C. de edict. D. Adr. toll. Boss. tit. de supplica. aduers. sent. in principio; & tit. de querela contr. senten. Et ideo cùm ex dispositione Constitutionum huius Dominij tit. de Senator. §. à decretis. à sententijs Senatus non possit appellari, potest tamen condemnatus ex Senatus sententia coram eodem supplicare, vt reuideatur sententia, vt ita obseruari etiam in Consilio Neapolitano testatur Marant. d. p. 6. actu. 2. num. 12. & Affl. decis. 231. Guid. Pap. q. 50. Menoch. d. remed. 4. num. 897. Hæc ideirco tam varié, quia appellatio iniquitatis sententiæ, aut iudicantis imperitiæ querelam continet l. prima. ff. de appellat. At Princeps non præsumitur in iure errare, quando omnia iura in scrinio pectoris censeatur habere l. omnium C. de testam. c. primo de constit. in 6. De alijs autem iudicibus supremis, vt de Senatu, Præfecto prætorio, & similibus credendum est, vt inquit tex. in l. vnica, ibi, credidit. ff. de off. Præfect. prætorio. in hęc verba: (Credidit enim Princeps, eos, qui ob singularem industriam explorata eorum fide, & grauitate ad huius officij magnitudinem adhiberentur, non aliter iudicaturos esse pro sapientia, ac luce di-
3 gnitatis suę, quàm ipse foret iudicaturus.) Ne tamen quis condemnatus ab huiusmodi iudicibus omnibus destituatur remedijs; quamuis appellare non possit, poterit tamen supplicare. Natt. cõs. 192. num. 12. lib. primo, atq; hoc illi conceditur: vt supplicare possit coram eodem iudice, à quo non licet appellare, vt illius sententia reuideatur d. auth. quę supplicatio & ibi DD. non quidem ratione erroris iuris, seu iniquitatis, cùm præsumatur esse ob singularem iuris peritiam, & fidem à Principe electus, vt dixi, sed ratione erroris facti, l. præfecti. ff. de minor. ubi Præfecti ex sua sententia restituere possunt, quamuis appellari ab his non possit. Ratio differentiæ ea est, quia appellatio iniquitatis sententię querelam proponit: in integrum verò restitutio erroris proprij venię petitionem, vel aduersarij circumuentionis allegationem continet. Tenin. caut. 243. in fin. Afflict. in prælud. constitut. q. 20. fall. 4. Marant. dict. p. 6. nu. 23. Datur itaq; hoc remedium non ob iustitiam impetrandam, vel ex causa iusta, sed ex gratia, & benignitate admittitur. d. auth. quę supplicatio. Abb. in cap. ex litteris. vltimo notab. de in integ. restitut. Rol. cons. 94. n. 15. lib. pri. Cumia. in ritib. magn. Cur. c. 85. nu. 11. cap. 93. num. 8. Lancellot. de attent. p. 2. cap. 19. nu. 25. Bollan. de restit. in integr. cap. 32. Tenin. cautel. 243. nu. 18. Odd. de restit. in integr. q. p. nu. 70.

5 Querelæ nomen generale est, pertinens ad appellationem, reductionem, nullitatem, restitutionem in integrum, & ad quamlibet reclamationẽ l. ab eo. & ibi glos. verb. querelã. C. quomodo. & quãdo iudex. Abb. cap. querelã col. 2. gloss. p. de procurat. Couarr. pract. q. c. 9. Odd. de restit. in integr. q. p. n. 78. Boss. tit. de querela contra sentent. in fine. accipitur & propriè, & tunc differt ab appellatione. Abb. d. cap. querelã. de procurat. Marant. d. act. 2. nu. 114. Cùm, scilicet, extra appellationis remedium iudex aditur pro grauamine, maximè in actibus extraiudicialibus, vt per eum. Couarr. d. cap. 9. nu. 2. vbi inquit, querelam dici, quoties causa defertur ad iudicẽ absq; appellatione; & gloss. in l. fin. & ibi oor. Castr. C. de ed. D. Adr. toll. velle videtur, quòd cũ appellare permittitur, admittitur querela coram eodem iudice, vt reuocetur sententia iniqua. Quã doctrinam intelligit Dec. ibi, non procedere cũ prohibetur appellatio ratione causę, vt diximus de supplicatione, atq; ita nullam constituit differentiam inter querelam, & supplicationem. Et licet Dec. ibi defẽdendo Castrensem dicat regulariter prohibita appellatione ratione causæ, non tamen prohiberi querelam ad eundem iudicem; tamen comm. opinionem esse in contr. inquit.
6 Boss. tit. de querela contr. sent. nu. 4. Competit ergo querela, cum appellari non potest, & proponitur coram eod. iudice, vel coràm superiore, quoties iudex differt expeditionem causæ, nam tunc quia appellare non potest, poterit tamen coram superiore querela proponi Bald. l. fin. § illud. C. de tempor. appellat. Marant. d. p. 6. nu.
7 119. Appellatio, & querela sunt diuersa Boss. tit. de appellat. nu. 10. etiam si prohiberetur mixtim ratione causæ, & personæ, vt per eũdem tit. de querela num. 5. Natt cons. 132. nu. 9. lib. p. Nisi tamen prohiberetur ratione personæ, quia tunc remota appellatione, remouetur, & querela. Boss. dict. tit. de querela nu. 3. Remota autem querela non est sublata nullitas. Bald. cons. 187. in fine lib. 2. Ferrar. in Form. exequut. sentent. diffinit. in principio. nu. 9. Licet Perus. in cap. dilecto. n. 66. de appellat. dicat nullitatem esse querelam ad iudicem. Differunt igitur hæc duo supplicatio, & quęrela: quia in supplicatione allegatur error facti iudicum; in quęrela autem error potius litigantium, vel proprij erroris petitio, vel circumuẽtionis aduersarij, allegatio est Petr. Gregor. de appellat. lib. p. cap. 70. nu. 10.

8 Recursus est item verbum generale complectens reclamationem, supplicationem, querelam & appellationem: quia omnibus his casibus ad superiorem recurritur. Bald. l. nempe col. 2. C. de appell. Lancellot. de attent. p. 2. c. 19. tit. de attẽt. pendente recursu nu. 4. Et licet prohibita appellatione de iure comm. ratione causę, non personæ, prohibeatur quoq; supplicatio, vt dixi: tamẽ secus est si ex statuto ꝓhibeatur appellatio, quia tunc nõ prohibetur ad superiorem recursus. Boss.

in

in pract.tit.de querel. contra senten. nu.7. Hinc licet in causa criminali non possit appellari, tamen conceduntur litterę per Senatum Mediol.ad nonas defensiones post sententias criminales, vt per eum.

9 Ex quibus rectè infertur, quòd qui expressè, vel tacitè renuntiauit appellationi, censetur item renuntiasse supplicationi aduersus sententiam l.fin.& ibi Castr.C.vt lite pend. Nam permissum est ei supplicare, cui denegatur appellatio ex iudicis priuilegio, non etiam ei, cui denegatur appellatio propter factum suum, vel omissionem, nimirum propter renuntiationem expressam, aut tacitam d.l.fin. vel quia bis appellauit, & succubuit, vt habetur toto tit. C.ne liceat ter prouoc. glos. d.l. fin.& ibi Castr.& trad. idem Castr. in l. si quis aduersus. C. de precibus Imper.offerend. Verùm contrarium sentit. Abb.in cap.ex litteris col.2.verb.supplicauit, de in integr.restitut. Bald. in l.fin.§.fin.in fine.C. de tempor. appellat.Rimin.cons.157. De tribus 2.dubio, lib.5. sequitur.Natt.cōs.614.n.4 Etenim appellatio & supplicatio sunt duo remedia separata: illud scilicet ordinarium, hoc autem extraordinarium; ideo ad remotionem vnius, nō sequitur remotio alterius, quoniam ex separatis non fit illatio c.2. de translat. pręlat. Imol. cons. 142. In casu præmisso.nu.2.& facit.l. si domus ff.de seruit.vrban. prædior. & hæc sententia est magis comm.vt per
10 Odd. de restitut. in integr.q.15.art. 2. Qua ratione etiam exclusus ab appellationis remedio, per renuntiationem expressam, vel tacitam, non censetur exclusus ab auxilio restitutionis aduersus sententiam; hęc siquidem sunt separata remedia, atq; restitutio non eadem de causa datur, qua appellatio. l. pręfecti. ff.de minorib. Nam pinguius remedium est restitutio, quàm appellatio, & ideo argumentum ab vno ad alterum remedium est restitutio, quam appellatio, & ideò argumentum ab vno ad alterum remedium valet negatiuè tantū. vt a maiori ad minus. Odd. d.tractatu.q. p. art. 6. Quapropter si ita renuntiatū fuerit verbis prægnātibus videlicet, & promisit non appellare, supplicare, recurrere, vel alio modo non contrauenire &c. non censetur renuntiatum remedio restitutionis. Odd. dict.q. 15. art.6. num.48.

11. Differunt ergo querela, vel recursus ad superiorem: quia remota appellatione, non censetur sublatum remedium querelæ, vel recursus ad superiorem: Alex.cons.88. col. pri.lib.4. Aret.cons. 75.nu.11.cons.106.nu. 10. Dec. cons. 524 nu.2. Grammat. decis. 31. nu. 4. Rebuff. in constitut. de appellat. art. 3. gloss. 2. nu. 15 & de supplicatione in præfat. q. 9.num.48. Crauett. cons.201. nu.35.Boss.in pract.tit.de querela nu.7 & tit.de Principe nu.367. vers.& quia. Menoch. de arbitr. caus. 70. nu. 24.

12 Vnde is, qui renuntiauit appellationi, seu nullitati, nō excluditur ab alijs remedijs, quibus venire potest aduersus sententiam; sed vt excludatur etiā ab alijs remedijs renuntiari ita oportet (& promiserunt omnino stare dictæ sententię, & ab ea non appellare, nec de nullitate dicere; renuntiantes omni, & cuicumq; remedio, tàm ordinario, quàm extraordinario, & subsidiario, tam cogitato, quàm incogitato, quò infringi, & rescindi possit d. sententia, & cuicumq; auxilio supplicationis querelæ, recursus, & restitutionis, quo contrauenire possent &c.

CLXXIX. RENVNTIATIO, Cessionis bonorum.

SVMMAE.

1 *Cessionis bonorum beneficium.*
2 *Cessionis bonorum beneficium cur inductum.*
3 *Cessionis bonorum beneficio renuntiari an possit.*
4 *Beneficio cessionis bonorum renuntiari nō posse secūdum receptam sententiam.*
5 *Renuntiatio cessionis bonorum quid operetur*
6 *Iuramentum an operetur renuntiationem cessionis bonorum.*

AD renuntiationes, quæ fauorē creditorum respiciunt, vt debitores ex causa æris alieni, nexu etiam carceris, & detentionis personę, obstringātur, pertinēt quoq; renuntiationes cessionis bonorum, & beneficij ne quis conueniatur, nisi in quantum facere potest; quoniam sicuti his beneficijs carceres euitantur, ita illorum renuntiatione debitores carcerari & detineri possunt. Sed primum videamus de be-
1 neficio cessionis bonorum, cum etenim ex debitoris inopia inanis reddatur creditoris actio. l. nam is.ff.de dolo, & proinde creditoris non interfit, vt debitores inopia oppressi in carceribus marcescāt. Bald. l.p. col. final. vers. tu concorda C. qui bon. ceder. poss. Carcer quippe ad custodiam, non etiam ad pœnam esse debet. l.aut damnum.§. solent.ff. de pœnis l.p. & 2. C. de custod. reorum. & Io.de Platea l.nemo carcerem in principio.C. de exact. tributorum lib. 10. appellat. carcerem tędialem, quo ex causa ęris alieni detinentur debitores, quando nihil aliud curare debeant creditores, quàm vt eis quatenus facultates debitoris patiuntur satisfiat; & cum iniquū etiam sit, vt corpus debitoris non ex delicto, sed propter æs alienū obstringatur, & vltraquā quis in ære habeat, teneri.l. itaq; ff de furt. c.olim de
2 restit.spol. c. Lator de pignor. Merito inuentum fuit hoc beneficium cessionis bonorum, vt creditoribus ex cessione, quoad eius fieri potest, satisfiat; ac vt debitores bonis cedendo, carceris iniurias subterfugere possint: nam cum è duobus malis, minus sit eligendum. l.si patre.ff. de rit. nupt. consultius sanè est, vt bonis cedant, quam quid grauius patiantur. Creditorum pręterea magis interest, vt illis, quoad eius fieri potest, satisfiat quàm vt eorum creditores in carceribus marcescant, hoc itaq; auxilium. l. Iulia. debitoribus indulgetur, qui ob inopiam satisfacere planè, vel

in

in totum non possunt creditoribus, vt hoc remedio illis succurratur, ne carceris squallorem ob æs alienum patiantur. l. prima. l. legis Iuliæ. C. de cession. bonorum: Et inter cætera id potissimum operatur hoc beneficium. Couarr. variarum. resol. lib. 2. cap. primo. num. 5. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 183. Roland. cons. 7. in principio lib. 2. Cumia. in ritib. magn. cur. cap. 95. num. 42. Brun. de cess. bonorum. q. prima princip. num. primo, & q. 3. princip. in principio. Sed & operatur hoc beneficium, vt debitor si postea quid acquisierit, ex integro in id tantum, quod facere potest, conueniatur. §. fin. & ibi Iaf. Instit. de act. Necesse verum, vt hoc beneficium operetur etiam illum effectum, vt per cessionem, ab actione liberentur cedentes, sed ope exceptionis solum iuuantur, vt est comm. opinio, vt per Iaf. d. §. fin. col. prima. Saly. c. d. l. prima num. primo. Couarr. d. cap. primo. num. 6. vers. nã & illud. Suarez. in communib. verbo. Cessio bonorum. Brun. q. 20. principali. Prodest itaq; cessio debitoribus, primum ad carcerem euitandum, deinde ne post cessionem in postea quæsitis conueniantur, nisi in quantum facere possint. gloss. d. §. fin. verb. creditorib. Instit. de act. Bald. l. prima col. fin. vers. tu concorda. C qui bon. ceder. poss. Tertiò, vt pro bonis, quæ ante cessionem habebant conueniri possint. Brun. d. tract. q. 18. princip. num. primo per cap. Odoardus de solut.

3 Circa quæstionem an huic flebili, miserabiliq; auxilio cessionis bonorum renuntiari possit, variæ sunt opiniones, vt latè per Brun. de cess. bonorum. q. 21. principali. & quamuis plures sentiãt renuntiari posse Imol. in cap. cùm contingat de iur. iur. Feder. de Sen. cons. 60. Felin. cap. ex rescript. num. 11. de iur. iur. Alex. in l. alia. §. eleganter. num. 11. ff. sol. matrim. Capell. Tholos. q. 61. & alij, quos refert Brun. d. q. 21. Vital. de claus. rubr. an renuntiari possit beneficio cessionis bonorũ.

4 Tamen recepta est ea sententia, vt renuntiari minimè possit beneficio cessionis bonorum. Bartol. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. matrim. per gloss. notab. in auth. imo. C. de act. & obligat. & ibi Angel. Alex cons. 37. num. 6. lib. 2. Cott. in memor. verb. Iuramenti religio. Et hæc opinio est communis. Aret. §. fin. vers. fin. Instit. de act. Socin. reg. 270. vbi limitat quatuordecim modis. Capell. Tholos. decis. 230. Guid. Pap. decis. 211. Caball. millesq. 325. Couar. var. resol. lib. 2. cap. primo. num. 7. Decisio Perusina 64. num. 6. p. 3. & hanc magis comm. & veriorem esse inquit. Vasq. de successionum creat. §. 29. num. 17. & §. 22. nu. 79. & communem esse affirmant Beatius de inop. debitor. c. primo num. 41. & cap. 2. num. 6. Gaill. de pac. publ. lib. 2. cap. 2. num. 23. vbi inquit ita obseruare Cameram imperialem. Guter. de contract. iurat. c. 18. Coler. de process. exequut. p. p. c. 6. num. 38. & num. 86. Mandos. de monitor. q. 3. num. 8. Alta. de execut. §. 2. c. primo num. 5. & cap. 9. §. 9. cap. 280.

5 Sed pro conciliatione intellige hanc communem, vt per Bald. in l. prima. C. qui bon. cedere poss. qui opinionum controuersiam componit, vt scilicet quoad effectum euitandi carcerem debitor non possit renuntiare; secus quoad alios effectus, vt puta ne cõueniatur vltra quam facere possit. Siquidem, vt dixi alios operatur effectus hoc beneficium, præter illud carcerem euitãdi; & cum hac opinione transit. Rapha. in d. §. eleganter, & hæc opinio placuit. Aret. in d. §. fin. Guid. Pap. q. 211. Debitor. & hanc opinionẽ seq. Brun. de cessione bonorum. d. q. 21. Rip. l. in obligatione generali. num. 33. ff. de pignorib. Bellin. de re militar. p. 9. col. fin. Aufrer. ad Capell. Tholos. q. 61. Thesaur. decis. 36. nu. 3. Baca de inop. debitor. cap. primo. num. 45.

Sit ergo regula, cessioni bonorum quoad effectum euitandi carcerem renuntiari non posse, quam limitat. Bartol. in d. §. eleganter non procedere in duobus casibus; sed illæ non sunt propriæ limitationes: quia procedere possunt etiam absq; renuntiatione, vt rectè considerat Alex. d. §. eleganter, & post eum Rip. d. l. obligat. nu. 33.

6 Limitãt alij non procedere, cùm accedit iuramẽtum. Imol. in cap. cum contingat de iur. iur. & ita tenet. Guter. de contract. iurat. c. 18. num. 4. Rip. d. l. obligatione nu. 33. Nam huiusmodi pactum cũ nõ sit contra bonos mores, firmatur iuramento. Feder. de Sen. cons. 60. Verum contrarium plures tenuerunt. Felin. d. cap. ex rescripto col. 3. Alex. d. §. eleganter; & hæc opinio licet habeat contradicentes, tamen Mediolani Senatus hanc sequitur, & improbat huiusmodi renuntiationes, vt asserit Boss. in praxi tit. de carcerat. fideiussor. num. 25. Et est comm. sententia. Alc. c. cùm contingat. num. 69. de iur. iur. Suarez. in commun. verb. Cessione. Villalob. verb. Obligatio. Becciº. cons. 70. num 6. lib. primo. Guid. Pap. q. 211. Decis. Perus. 64. nu. 13. Butr d. cap. cum contingat Bero. q. 133. Foler. in constitut. regn. rubr. de episcop. & cler. si quis clericus. num. 27. Vrsill. ad Afflict. decis. 288. num. 8. Beatius de inop. debitore cap. primo. num. 42. Neq; enim potest quis huic beneficio renuntiare, etiam cum iuramento, secundum magis veram, & communem sententiã. Io. Anton. de Nigr. in repetit. extrauag. vnicæ. de vit. & honestat. clericorum. num 328. Et est communis opinio, quod huiusmodi pactum non firmatur iuram. Seraph. priuileg. iuram. 91. num. 3. vers. sed circa prædicta.

Itaq; vt concludam, supradicta temperabis procedere, quòd renuntiatio etiam simplex huius beneficij id operatur, vt non admissa cessione bonorum reus carcerari possit; sed si postea dùm in carcere detinetur appareat eum inopia laborare, & non esse soluendo dimittatur, & liberetur a carcere facta cessione: ita tamẽ, vt si ad pinguiorem fortunam deuenerit, non habeat beneficium, ne quis cõueniatur vltra quam facere possit. Gomes. tract. de potest. in se ipsum lib. 2. cap. 22. nu. 10. vers. sed secunda sententia.

debitor renuntiare Constitutioni de bonis in sol. dand. & an beneficio dictæ Constitutionis renuntiari possit cum iuramento, dictum est lib. 3. cap. primo. num. 90.

CLXXXI. RENVNTIATIO,

C. Odoardus de solutionib.

S V M M AE.

1 Cap. Odoardus. de solut. dispositio.
2 Clericus an renuntiare possit beneficio dicti cap. Odoardus.
3 Miles an renuntiare possit privilegio, vt non teneatur vltra quam facere potest.
4 Renuntiatio iurata dicti cap. Odoardus
5 Clericus iurans soluere, an amittat beneficium dicti cap. Odoardus

1 EX privilegio speciali capit. Odoardus. de solut. clericus inopia laborans, qui minimè potest debitam pecuniam soluere, non poterit ex causa æris alieni capi, neq; in carcerem detrudi, aut excommunicari, sed ab eo exigitur iuramenti cautio de ære alieno exsoluendo, cum ad pinguiorem deuenerit fortunam. Quem tex. singularem inquit Couarr. var. resol. lib. 2. cap. primo. num. 9. vers. cæterum; & eum celebratissimum, atq; apud omnes vulgatissimum appellat. Guter. de contract. iurat. cap. 17. in princip. ex quo sanè tex. infertur clericum, qui præ inopia non potest persoluere æs alienum, non esse cogendum, vt cedat bonis. Couar. d. cap. primo. Guter. d. cap. 17. num. 4. Beat. de inop. debitor. c. 67 nu. 2. Rip. in l. miles in princip. ff. de re iudicat. Hoc clericus id beneficij habet, vt non possit conueniri vltra quam facere potest, & proinde carcerari ex causa æris alieni minime potest. Afflict. in Constit. si clericus notab. 6. Et hanc esse comm. sententiam latè comprobat. Guter. d. cap. 17.

2 Beneficio huius capituli renuntiare non potest clericus: siquidem illud concessum fuit ordini clericorum, cuiusq; renuntiatio dedecori esset non tantum ipsi renuntianti, verum etiam cæteris clericis, vt dixi suo loco. Et per hanc rationē ita tenet Guter. d. cap. 17. num. 34. Io. de Imol. d. cap. Odoardus, & ibi Hostien. & Io. And. & alij relati per Io. Ant. de Nigr. in repetit. extrauag. vnica. de vita, & honest. clericorum, num. 328. Gomes. tract. de potest. in se ipsum lib. 2. cap. 14 nu.

3 9. Nam quemadmodum miles non potest renuntiare privilegio, vt non teneatur vltra quam facere potest, vt tradit Alex. in l. alia. §. eleganter, col. penult. ff. sol. matrim. ita clericus, qui dicitur miles cælestis militiæ renūtiare non poterit. Io. Ant. de Nigr. d. loco. num. 329.

4 Quod tamen declaratur non procedere, cùm renuntiationi adijcitur iuramentū, vt per Guter. d. cap. 17. num. 35. vers. secunda conclusio. Contrarium tamen voluit Io. Ant. de Nigr. d. extrauag. vnica. num. 328. Nam licet secundum eum possit quis cession. bonorum cum iuramento renuntiare, secundum magis veram, & communē opinionem; tamen clericus non potest huic beneficio, ne conueniatur vltra quam facere potest renuntiare, etiam cum iuramento; quoniam id priuilegiū inductū est nō tm̄ fauore renūciātis, sed totius ordinis clericalis. arg. cap. si diligenti de for. compet. Et ita voluit Marta de iurisdict. p. 4. cent. prima. casu 42. num. 24.

5 Sed maius dubium est, an clericus iurans soluere, amittat id priuilegium: in qua re Gomes. in compēd. vtriusq; signaturæ voluit, vt clericus, qui iurauit soluere, censeatur renuntiasse beneficio dicti cap. Odoardus. Sed contrarium voluit Couarr. var. resol. lib. 2. cap. primo, vbi vult iuramentum non tollere id beneficium. Gomes. d. cap. 14. num. 10. Guter. autem d. cap. 17. circa quæstionem distinguit: Nam aut clericus iurauit soluere integrè debitum, & tunc non poterit opponere auxilium: Aut verò iurauit simpliciter soluere, non exprimendo, vt soluere velit integrè, vel totum debitum; & hoc casu gaudebit beneficio. Et quod clericus, qui soluere iurauit, excludatur à priuilegio dicti cap. Odoardus, voluit Afflict. in d. constitut. si quis clericus notab. 6. in fine. Bened. Bouius de censib. art. 19. num. 44. Neuizzan. cons. 59. num. 14. Io. Ant. de Nigr. d. extrauag. vnic. num. 353. vbi inquit clericum non posse carcerari pro debito ciuili, nisi esset obligatus cū iuramento, & cōtra eum esset accusata pœna. Nā clericus, qui soluere iurauit, non implendo promissū incidit in periurium, cuius ratione poterit accusari criminaliter, & proinde carcerari, vt per Afflict. & Io. Ant. de Nigr. dictis locis. Neq; obstat, quod renuntiari minimè possit huic priuilegio, etiam cum iuramento, vti inducto ob reuerentiam personæ, & totius ordinis clericalis, vt iam dixi; quoniam id non procedit, quando obligatus esset cum iuramento. Nam licet possit carcerari, poterit tamen opponere beneficium dicti cap. & tunc liberabitur, & fiet exequutio in bonis, deducto ne egeat Io. Ant. d. extrauag. vnic. num. 344. Est tamen aduertendum secundum eum d. loco. num. 346. Quod clericus accusatus criminaliter de periurio, quia non soluit in tempore, excusatur si propter paupertatem, & necessitatem non soluit cap. querelam de iur. iur.

CLXXXII. RENVNTIATIO,

Beneficij, ne quis conueniatur vltra, quam facere potest.

S V M M AE.

1 Beneficium, ne quis conueniatur vltra, quam facere potest.
2 Renuntiare, qui possint beneficio, ne quis conueniatur vltra, quam facere potest.

3 Re-

3 *Renunciatio huius beneficij quando valeat.*
4 *Promissio de soluendo totum, vel integrè.*
5 *Personæ, quib. præstanda est reuerentia an renunciare possint huic beneficio.*
6 *Mater suscipiens tutelam filiorum, quando renunciet huic beneficio.*
7 *Maritus an possit renunciare huic beneficio.*
8 *Vxor renunciare an possit.*
9 *Renunciatio huius beneficij cum iuramento.*
10 *Tacitè renunciari an possit huic beneficio.*
11 *Pactum, ne quis teneatur vltra quam facere possit.*
12 *Renunciatus omni legum, & iuris auxilio, an compræhendat hoc beneficium.*

AD euitandam præterea carceris molestiam ob æs alienum, bonorumue cessionem prodest
1 beneficium, ne quis conueniatur vltra quam facere potest gloss. quam ibi adnotat. Bald. in l. liber captus num. 9. C. de capt. & postlimin. reuers. l. prima vbi Bald. & Salic. C. qui bon. cedere poss. Beat. de inop. debitor. c. 17. num. 54. Guter. de cõtract. iurat. cap. 16 num. 48. vers. nam qui non possunt, l. is qui bonis. ff. de cessione bonorum. Quibusdam etenim id beneficij indulgetur ratione personæ, cui præstanda est reuerentia, alijs verò ob naturam contractus, & de his habetur in. l. sũt qui in id. ff. de re iudicat. Authoritate quippe legum minuuntur obligationes, & actiones in his personis, quæ in plus non condemnantur, quàm facere possint, a quibus non totum, quod habent extorquendum est, sed habenda est ratio ipsarũ ne egeant. l. in condemnatione. ff. de reg. iur. & d. l. sunt qui in id.

Sed antequam discutiamus, an huic beneficio renunciari possit, & quæ personæ renunciare
2 possint, prius est, vt videamus, quæ personę gaudeant hoc beneficio. Non tenentur itaq; in integrum, sed in id, quod facere possunt, parentes, socer, patronus, maritus, miles, socius, donator, de quibus habetur in d. l. sunt qui in id. cũ ll. sequentib. ff. de re iudicat. §. sed & si quis. Instit. de action. l. maritum ff. sol. matrim. l. miles. ff. de re iudicat. Ias. §. sunt præterea, Inst. de act.

3 Quoad renunciationem huius beneficij communiter concludũt DD. distinguendo: Aut illud conceditur ratione personæ, nimirum ob reuerẽtiam personę debitam, & tunc renunciari non potest: quoniam ius, vt aiunt, reuerentiale vtì aduersus bonos mores pacto non tollitur, vt habetur in d. §. elegãter, & latè dixi Renuntiatione nona: Aut beneficium datur non ratione personæ, sed ex natura contractus; quia æquum nõ fit illum ex eo contractu insolidum teneri, vt in societate, & donatione; & hoc casu renunciari potest, cum non respiciatur ad personam, neq; id repugnet bonis moribus Bartol. d. § eleganter, & ibi Alex. col. penult. Alex. cons. 133. col. prima lib. 5. Matthesil. notab. 61. Franc. decis. 164. num. 14. Surd. de alim. tit. primo. q. 78. num. 49. gloss. in l. si quis crediderit. ff. de pact. Namque donãtor renunciare potest. Alex. d. §. eleganter. Brun. de cess. bonorum q. 27. quartę quęstion. princip. in fine Beat. de inop. debitor. q. 16. num. 83. Similiter & socius poterit renunciare. Petr. de Vbald tract. de duob. fratrib. vlt. p. princip. Mozzius. de contract. tit. de natural. bus societatis. nu. 24. Franc. decis. 64 num 8. Lup. cap. per vestras. §. 12. de donat. inter. vir. & vxor. num. 16. Dec. l. Dinus. nu. 8. ff. de reg. iur Baet. d. cap. 17. num. 65. Canar. de execut. instrum. num 43. Imo socius, qui iurauit censetur renunciare huic beneficio Seraph. priuileg. iuram 56.

4 Imo si is, qui expressè renunciare potest, vt dixi de socio, vel donatore, promiserit totum, vel integrè soluere, renunciare censetur huic beneficio. Ias. d. l. sunt qui in id, col. prima. Alex. cons. 133. col. prima. lib. 5. Tiraquell. l. si vnquam verb. rutum. num. 2. C. de reuocand. donat. Guter. l. nemo potest. num. 320. ff. de leg. primo. Roland. de do. q. 38. num. 6. Surd. de alim. d. q. 78. num. 56. Menoch. cons. 364. nu. 12. lib. 4. Secus si simpliciter promiserit, quod debet. Rũin. cons. 150. col. 3. lib 3. Crauet. cons. 880. nu. 10 Surd. decis. 132. num. 23. Franc. decis. 164. num. 8.

5 Ex his, quæ supra diximus fit conclusio, eas personas, quibus præstanda est reuerentia renunciare non posse huic beneficio. Beat. de inop. debit. cap. 17. num. 35. etiam cum iuramento, vt
6 per eum. num. 36. Sed quia matri indulgetur hoc beneficium, cùm illi filiorum tutela committitur. Bartol. l. si quis sub conditione. num. 20 ff. de testam. tutel. & in auth. matri, & auię. num. 13. C. quando mul. tutel. officio. Couarr. var. resol. lib 2. cap. primo. vers. fœminæ tamen. Quæstionis est, an ipsa mater cum tutelam suscipit, & renunciat, vt communiter fit omni legum, & iuris auxilio, censeatur renunciare huic beneficio, cui vt dixi renunciari non potest ratione personæ, cui reuerentia debetur, & hanc quæstionem ponit Couarr. var. resol. lib. 2. c. primo. num 3. vers. sed quia communiter, qui refert Bartolum in d. l. si quis sub conditione, & d. auth. matri, & auię, & plures alios, qui sentiunt matrem excludi ab hoc beneficio ex vi renuntiationis fauore filiorum, cum ipse ibi contrarium sentiat: Nam mater non conuenitur in plus, quàm facere potest etiam, quòd renunciauerit omni ll. auxilio, vt per Farinac. in prax. q. 27. num 63.

7 Maritus præterea, quoniam illi præstanda est ab vxore reuerentia, renunciare non poterit huic beneficio. tex. est, & ibi DD. in d. §. eleganter. Afflict. decis. 222. Guter. de contract. iurat. c. 16. nu. 47. Campeg. de dot. q. 244. Gomes. tract. de pœnal in le ipsum lib. 2. c. 24. num. 1. nec cum iuramento. Beat. d. cap. 17. num. 57. Brun. de cession. bonorum. q. 20. quartę quæstionis princip. Nec etiam tacitè, vt per eum ibi, & q. 21. princip. num. 8. & quòd maritus non possit renunciare huic beneficio consuluit Cephal. cons. 300. num. 32. lib. 2. & de pacto, vt maritus teneatur vltra quam facere possit tead. Bald. in repetit. l. primę num. 456. ff. sol. matrim.

8 Sed & vxor renunciare non potest Campeg. de

dot.q.245.tamen ff. Castrens. in l. rei iudicatæ. §. socero. col. prima ff. sol. matrim. de hoc dubitare videatur, quod extenditur procedere, vt nec etiã soluto matrimonio huic beneficiu renuntiare possit gloss.& Bartol. in d.§. eleganter. Campegg de dot.q.246. Franch. decis.164. nu. 6.

9 Extenditur supradicta conclusio, vt renuntiatio etiam iurata non valeat Bartol. d.§. elegãter. & hanc opinionem magis communem testatur. Vasq. de success. creat. lib.3.§.28. Couar. c. quamuis pactum secund p. in principio. nu.4. de pact. lib.6. Decis. Tholos. q.259. Et de eo, qui promisit eum iuramento integrè soluere, Guter. de actib. iudicij iurat. c.15. circa finem. Gomes. de potest. in se ipsum. lib.1.c.24. num.2. & hanc esse magis receptam sententiam trad. Brun. de cession. bonorum. q.20. quæstionis quartæ principalis. nu.22.

10 Ampliatur præterea, vt nec etiam tacitè renuntiatum videatur huic beneficio, namq; exceptio huius beneficij opponi poterit etiam lata sententia, cùm illi tacitè per non oppositionem renuntiari minimè possit. Alex. d.§. eleganter. col. penult. & non posse opponi hanc exceptionem post sententiam latè. Bartol & Alex. in l. ex diuerso. §. si in iudicio. ff. sol. matrim. & in l. Nesennius. ff. de re iudicat.

11 Poterit tamẽ is, qui insolidũ tenetur, pacisci ne teneatur vltra quã facere possit. l. si quis crediderit, & ibi notatur. ff. de pact. gloss. in d.§. elegãter, Baptista de S. Blas. de priuileg. dotal. priui. 172. num.21.

12 Huic beneficio renuntiare videtur is, qui renũtiat omni legum, & iuris auxilio. Roland. de dot. q.40. num.15. & cons.13. num.10. lib. primo. Bertazzol. de clausul. claus.40. gloss 6. num.4. sed contrariũ tenet. Franch. decis.181. filiifamilias.

CLXXXIII. RENVNTIATIO, Moræ purgationis.

S V M M Æ.

1 *Moræ purgationis beneficium.*
2 *Beneficio purgationis moræ renuntiari an possit.*
3 *L. Sancimus. C. de fideiussor. dispositio.*
4 *Renũtiatio generalis an comprehendat hoc beneficiũ.*
5 *Iuramentum an excludat ab hoc beneficio.*

Mora cum sit dilatio temporis cũ culpa, & negligentia, vt communiter definiunt DD. facit, vt eius ratione plurima eum, qui fuit in mora consequantur incommoda, atq; vt mora sua cuiq; noceat. cap. mora. de reg. iur. lib. 6. Mora etenim, vt inquit Forcatul. tract. de mora. p. 2. in principio parens videtur deformium liberorum pura eius, quod interest vsurarum, & fructuum, parit quoq; pœnam, & periculum interitus rei debitæ, & alia quam plurima, quę referre non est præsentis instituti. Hæc tamen euitari possunt purgando moram iam commissam. Mora autem purgatur emendando negligentiã, perinde ac si nulla mora intercesserit. l. si seruum. §. sequitur ff. de verb. obligat. Ias. l. & si post tres. col. penult. ff. si quis caut. hocq; beneficio tollitur moræ effectus, ne illa noceat. l. si insulam, vbi DD. tradunt hanc materiam. ff. de verborum oblígat & in l. & si post tres. ff. si quis cautionibus, de qua dicam renuntiatione sequenti; est quippe purgare eluere, vel diluere, vt purgare crimen apud Ciceronem pro Cluentio. Et purgatio moræ est verius quędam emendatio moræ commissę, quàm excusatio d. l. si seruum. §. sequitur, in illis verbis, posse emendare eam moram. Est ergo purgatio moræ beneficium à iure inductum, vt emendari possit mora. Specul. testamentorum gloss. rubr. p.13. num.64. quod quidem beneficium prodest, ne quis ex mora sua damnum sentiat l. si insulam. ff. de verb. obligat. & d. l. si seruum. §. sequitur.

2 Huic beneficio renunciari potest. l. sancimus. §. sed siquidem, ibi (nisi pacti tenor). C. de fideiussor. quem textum notab. ad hoc inquit. Bald. in l. si pactum quo pœnam. C. de pactis. Ias. l. si quis in conscribendo num.7. vers. hinc videmus. C. eodem. & renuntiationem huius beneficij obstare, quominus mora purgetur tradit. Rip. d. l. si insulam. num. 117. & ibi Angel. & Roman. Afflict. decis.174. num.4. Salic. in repetit. l. semel mora. num.12. ff. sol. matrim. & tract. de mora. secunda quæst. princip. num primo. Corbul. de caus. ex quib. emphyt. tit. de caus. priuation. ob non sol. canon. num.12. vers. declaratur primò. Decis. Perus. 90. nu.12. & sine dubio facultati purgandi moram renuntiari posse inquit Io. Crott. in repetit. d. l. si insulam. col. fin. vers. quinta difficultas est, & ibi Iacob. de Nigr. numer.178. vbi inquit textum in dict. l. sancimus optimè probare hanc conclusionem; cui addit textum in l. si super. vers. vlterius quæstionem non pateteris, C. de transact. Bald. l. & si post tres, in addition. num.4. ff. si quis caution.

3 Hinc ex dispositione dictæ l. sancimus mora potest purgari per eum, qui promisit præsentare sub pœna intra certum tempus. Et de renuntiatione dictæ l. sancimus habetur per Tenio, cautel.77. Imo Bald. in d. l. sancimus, num. 4. per illum textum, ibi (nisi pacti tenor) infert quòd omnia iura, quæ admittunt purgationem morę vera sunt, nisi actum sit inter partes, quòd mora non possit purgari, & dispositio dictæ l. sancimus non procedit, quoties illi renuntiatum fuit. Clar. in prax. q.46. circa finem. vers. sed hic quæro. Farinac. in praxi lib. primo tit.4. q.34. num.150.

4 Imò per generalem renuntiationem omnĩ ll. & iuris auxilio factam, censetur huic beneficio renuntiatum. Dec. cons.451. Crott. l. si insulam. num. 83. & ibi Iacob. de Nigr. num. 181. ff. sol. matrim. Afflict. decis.164. num.4. Bott. cons.9. num 28. Cæphal. cons.25. num.3. & 37. lib. primo. Roland. de dot. q.42. num. 11. & cons.13. nu.7. lib. primo. Puteus decis.465.

num. 3. Sed quod per dictam renuntiationem generalem non censeatur renunciatum huic beneficio voluit. Corbul. d. tit. de caus. priuat. ub non sol. canon. num. 2. Et quod requiratur specialis renuntiatio dictæ l. Sancimus trad. Curt. Iun. cons. 343. col. fin. num. 17.

5 Sed an, & quando iurans censeatur se excludere ab hoc beneficio laté dixi lib. 5. c. 4. num. 74.

CLXXXIV. RENVNTIATIO,

L. & si post tres. ff. si quis caution.

S V M M AE.

1 *l. & si post tres ff. si quis cautionibus dispositio.*
2 *Renuntiatio dictæ l. & si post tres.*
3 *Renuntiari potest auxilio dictæ l. & si post tres.*
4 *Beneficium dictæ l. & si post tres quomodo differat à dispositione. l. Sancimus. C. de fideiussorib. vbi remissiué.*

HVius legis, & si post tres. ff. si quis caution. hæc verba sunt. Et si post tres, aut quinque pluresue dies, quam iudicio sisti se reus promisit, secum agendi potestatem fecerit, nec actoris ius, ex mora deterius factum sit, consequens est dici defendi
1 eum debere exceptione. Cuius sanè dispositio
tribuit reo, qui promisit sub pœna se iudicio sistere hoc beneficium, vt possit intra paucos dies moram purgare, modò tamen ius actoris minimè factum fuerit, ex mora, deterius. Cum autem supra dixerimus de beneficio purgationis moræ, sequitur, vt videamus quoque de hoc beneficio, quod tribuit facultatem reo purgandi moram.

2 De renuntiatione huius auxilij habetur per Butrig. de renuntiationib. iuris. titul. de benef. l. & si post tres. Ne igitur reus possit moram purgare, sed incidat in pœnam, nisi steterit die promissa, cautela erit, vt in promissione sistendi apponatur renuntiatio huius beneficij, & quamuis Io. Ant. de Nigr. vt refert Viui. decis. 442. num. 17. dixerit beneficio huius legis renuntiari minimè posse; tamen dubitandum non est, quin illi re
3 nuntiari possit, cùm certum sit renuntiari posse beneficio purgationis moræ. l. sancimus. §. sed siquidem, ibi, nisi pacti tenor. C. de fideiussor. quem text. ad id notab. inquit. Bald. in l. si pacto quo pœnam in fin. C. de pact. & in d. l. & si post tres. in addit. num. 4. Ias. l. si quis in conscribendo. num. 7. C. de pact. Iacob de Nigr. in l. si insulam. ff. de verb. signif. num. 178. vbi trad. textum in d. l. sancimus optimè id probare. Imo Bald. in d. l. sancimus. num. 4. infert, quod omnia iura, quę admittunt purgationem moræ vera sunt, nisi actum sit inter partes, quòd mora non possit purgari.

4 Sed quomodo differat hoc beneficium à dispositione. l. sancimus. C. de fideiussor. dixi supra Renuntiat. proxima.

CLXXXV. RENVNTIATIO,

Iuris prohibentis, ne quid pignori capi possit.

S V M M AE.

1 *Exequutio fieri non potest plurib. casibus.*
2 *Res plures non possunt in pignus capi.*
3 *Boues aratorij capi pignori non possunt.*
4 *L. exequutores. C. qua res pignor. oblig. poss.*
5 *Possunt, vt possit fieri exequutio in bobus aratorijs.*

IN pignore constituendo idem operatur iudicis authoritas, quod in conuentionali contrahentium consensus. l. prima. C. si in caus. iudicat. pign. cap. & quod in testamento testatoris voluntas. l. non est mirum. ff. de pignorat. act. cùm nec priuatis sine iussu iudicis liceat capere pignora inuitorum. l. nominatore. C. de pignor. Et quãuis regulariter res omnes in pignus capi possint. Duen. reg. 275 Exequutio. Asin. in pract. § 31. cap. 2. num. 7. Marant. in specul. 6. p. princip. vltima p. iudicij act. tertio. num. 28. vers. tertio principaliter ex regula illa, quòd omnia censentur permissa, nisi prohibita reperiantur. l. nec non. § quod eis. ff. ex quibus caus. maior. Tamen plu-
1 res sunt casus, quibus de iure communi exequutio fieri non potest, tàm ratione rerum, quàm personarum. Marant. d. tertio actu. nu. 33. Duen. d. reg. 275. Asin. d. § 31. cap. 2. Nam iura prohibent quasdam res in pignus capi, veluti vestes, lectum, cum similibus, quę sunt ad vsum necessariũ. Duen. & Marant. dictis locis, & habetur in Constitution. Dominij Mediol. tit. de exequutorib. & fam. iusdicent. § cùm exequutiones, & in statuto Mediol. cap. 254. Necnon libri scholariũ gloss. in l. Nepos Proculo. verb. dignitate. ff. de verb. significat. Ias. l. si non sorte. §. si centum. ff. de condict. indeb. § fin. num. 6. Instit. de act. Et de libris, chartis, & scripturis non capiendis, est statutum Mediol. cap. 255. & habetur in Constitution. d. §. cùm exequutiones. Itẽ nec in armis, & equis militum fieri potest exequutio gloss. in d. l. Nepos Proculo, quam sequitur. Ias. in §. Item Seruiana. num. 66. Instit. de act. vt nec in militum stipendijs. l. stipendia. C. de exequut. rei iudicat. vbi DD. & in l. commodis. ff. de re iudicat. Quod etiam trahitur ad Doctorum stipendia Abb. & DD. cap. peruenit de fideiussor. Nec non in fructib. feudi. Alex. d. l. commodis. num. 2. Afflict. decis. 26. & in fructibus beneficij ecclesiastici. Bartol. & Alex. dict. l. commodis. Bartol. l. à Diuo Pio. §. in venditione, verb. exequuntur in fine. ff. de re iudicat. & in l. stipendia. Abb. & DD. d. cap. peruenit. Animalia quoque, & instrumenta ad vsum molendini capi non possunt. Asin. d. § 31. capit. 2. limit. 37. habetur in Constitutio.

tutionib. d. §. cum exequutiones, & in Stat. Mediol. cap. 252. vt nec capi possunt affixa domibus. l. cætera. §. hoc sen. consultum. ff. de leg. primo. vbi DD. et est statutum Mediol. cap. 255.

Renuntiari autem potest iuri prohibenti quaspiam res pignori capi: quia in subsidium capi possunt, vt per Duen. d. reg. 275. & DD. supra citatos; Et cũ ordini exequutionis faciendæ renuntiari posit, vt dicam renũtiat. 187. videtur quod renuntiari posit. Sed maius dubium est, an renũtiari posit dispositioni. l. exequutores C. quæ res pignor. oblig poss. vbi capi pignori non possunt boues aratorij, & rusticalia instrumenta; siquidem in dictis rebus prohibetur exequutio. l. exequutores. l. pignorum. cum auth. ibi. C. quæ res pignor. oblig. poss. Rip. de remed. contract. caus. pest. n. 221. & in l. obligatione. ff. de pignor. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 378. num 6. Neguſ. de pignor. tertio membr. secundę part. nu. 49. vers. quartò limitatur. Marant. suo spec. 6. p. princip. vltima parte iudicij tertiò act. num. 31. Gabriel. suis comm. tit. de statut. conclus. 12. nu. 31. Renat. Coppin. de priuileg. rusticorum p. prima, cap. 7. Pecch. de iure sistend. cap. 3. nu. 22. Plot. l. si quan do. num. 712. C. vnde vi. idemq; dispositur ex Constitutionib. d. §. cum exequutiones. Et ex plurib. statutis, vt refert Menoch. d. cas. 378. Qua ratione etiam Attica lege vastari boues aratorios non potuisse referi Aelianus var. historiarũ lib. 5. & Plin. lib. 8. cap. 45 ita inquit de boue. Socius enim laboris agriculturæq; habemus hoc animal, tantæ apud priores cure, vt sit inter exempla damnatus à Pop. Rom. die dicta, qui concubino procaci rure omasum edisse se negante occiderat bouem ac usq; in exilium, tanquam colono suo interempto.

4 Quod igitur attinet ad renuntiationem dictæ l. exequutores non possunt partes conuenire, vt bona ibi capi prohibita posint in pignus capi. Bartol. d. l. exequutores. num. 2. Menoch. d. cas. 378. num. 13. Possunt tamen in specie obligari ex comm. notariorum practica. Marant. d. act. tertiò. num. 31. Quapropter ex stat. Mediol. cap. 251. & Papiæ sub robr. de bestijs aratorijs excipitur casus, cùm quis bestiam, vel aliam rem prohibitam, sponte dedit idemq; est ex Stat. Brixię, vt refert Menoch. d. cas. 378. Ex quibus patet fauore priuato id constitutum fuisse. Menoch. d. cas. 378. num. 15. etiamsi colonus sponte talia pignori offerret. Neguſ. de pignor. tertio membr. secundæ partis. num. 49. Verùm de iure Regni

5 Neap valet pactum, vt posit fieri exequutio in bobus aratorijs, & in alijs instrumentis ad agriculturam spectantibus, vt trad. Trentacinq. var. resol. lib. 2. tit. de exequut. resol. 2. & si secundum eum de iure comm. tale pactum non valeat. Verùm huiusmodi res capi pignori prohibitæ in subsidium capi poterunt, cùm non extant alia bona, in quibus exequutio fieri posit, vt sentit gl. d. l. exequutores, & ibi Angel. Plot. d. l. si quando num 712 quamuis contrarium teneat. Menoch. d. cas. 378. num. 10.

CLXXXVI. RENVNTIATIO, Iuris vendendi pignus, & l. si conuenerit. ff. de pignorat. act.

S V M M AE.

1. *Ius vendendi pignus.*
2. *Renuntiatio creditoris, qua se excludit à iure vendendi pignus.*
3. *Renuntiatio creditoris, vt non posit vendere pignus, cur non valeat.*
4. *Renuntiatio l. si conuenerit. ff. de pignor. act.*
5. *Pactum, vt debitori non liceat pignus vendere.*

Pignus vendi potest siue actum sit, vt vendi posit, siue nihil dictum sit. sed priore casu cùm conuenit, vt posit vendere, licebit creditori vendere etiam absq; denuntiatione. Altero

1 casu ita demum licebit creditori pignus vendere, si semel denuntiauerit. Sed & si creditor renuntiauit, vt non posit pignus vendere, etiam non obstante renuntiatione illud vendere poterit. Sed hoc ita si ter prius debitori denuntiauerit, vt soluat. l. si conuenerit. ff. de pignorat. act. gloss. in l. creditor. 2. C. de distract. pignor. quam notabilem, & receptam inquit. Iaſ. in l. fin. nu. 5. C. de iur. emphyt.

2 Ex quibus satis constat non valere renuntiationem creditoris, qua se excludit à iure vendendi pignus, quin saltem cum trina denuntiatione vendere posit. tex. est singular. in d. l. si conuenerit, vbi Bartol. & Castr. gloss. in l. si creditor. §. vltimo. ff. de distract. pignor. & in d. l. creditor. 2. Iaſ. l. fin. numer. 5. C. de iur. emphyt. Felin. cap. ex litteris. num. 8. vers. sextò fallit. de cõstit. Ang Aret. §. fin. Instit. quib. mod. re cõtrahitur oblig. Dec. l. fructos rei. n. 2. & ibi Cagnol. num. 3. ff. de reg. iur. Neguſ. de pignor. primo membr. sextæ partis princip. num. 3. Trentacinqu. var. resol. lib. 3 resol. 3 t. numer. 7. Arius Pinell. l. 2. p. secundæ. capit. 2. numer. quarto.

3 Non valet autem hæc renuntiatio quia vbi pignus vendi non potest inutile illud est; & proinde creditores mutuum dare facile recusabunt, quod est aduersus publicam vtilitatem gloss. d. l. si conuenerit, & d. l. si creditor, §. vltimo. Angel. Aret. d. §. fin. Decd & Cagnol. d. l. fructus rei. Verùm hanc rationem improbat. Signorol. in l. vbi ita donatur. nomer. 15. ff. de donat. caus. mort. & ideo inquit, quod in d. l. si conuenerit simpliciter conuentum fuit de non vendendo vnde in dubio pactum intelligendum est ante trinam denuntiationem arg. l. quero. §. inter locatorem. ff. locat. Si autem expressum esset pactum, quòd nullo modo vendere liceret

illud valeret, & tamen contractus pignoris aliàs esset vtilis, vt per eum. Facit preterea alia ratio, nam cum pignus præstetur ratione debitoris, & creditoris. § fin. instit. quib. modis re contrahit. oblig. Si vendi minimè posset pignus ex conuentione: sequeretur quod contractus gratia debitoris tantum esset factus, quia fieri posset, vt debitor nunquam lueret pignus, & si creditor prohiberetur vendere damnum sentiret.

4 Quinimo renunciari non potest dispositioni d. l. si conuenerit, quæ disponitur pignus ita demùm vendi posse, etiam non obstante pacto de non vendendo, si ter denuntiatum fuit. Bartol. d. l. si conuenerit.

5 Qua ratione etiam non valet pactum, vt creditori non liceat pignus vendere. l. si creditor. §. vltimo. ff. de distract. pignor. Sed cur creditor nõ possit fauori suo renunciando pacisci ne liceat ei pignus vendere, vide. Arium Pinell. d. capit. 2. num. 4.

CLXXXVII. RENVNTIATIO, Ordinis exequutionis, & l. à Diuo Pio. §. in venditione ff. de re iudicat.

S V M M AE.

1 *Ordo seruari debet in exequutione.*
2 *Exequutionis ordini renunciari potest.*
3 *Ordo, de quo in d. §. in venditione, an sit necessitatis.*
4 *Ordo traditus in d. §. in venditione, cuius fauorem respiciat.*
5 *Ordini exequutionis renunciari tacitè non opponendo.*

1 IN exequutione seruari debet ordo, vt habetur in l. à Diuo Pio ff. de re iudicat., & maximè in §. in venditione ibi ita scribitur (in venditione itaq; pignorum captorum facienda, primò quidem res mobiles, & animalia capi pignori iubētur, mox distrahi, quorum pretium si sufficerit benè est, si non sufficerit, etiam soli pignora capi iubentur, & distrahi; quod si nulla mouentia sint à pignoribus soli initium facient; sic deniq; iudices interloqui solent, si mouentia non sint, vt soli quoq; capiantur: Nam à pignoribus soli initium faciendum non est. Quòd si nec ea, quæ soli sint sufficiant, vel nulla sint pignora soli, tunc peruenietur etiam ad iura, exequuntur itaq; rem iudicatam Præsides isto modo)

2 Huic ordini ex partium conuentione renunciari potest, & valet pactum, vt fieri possit exequutio ommisso ordine, de quo in d. §. in venditione. Bartol. & alij cõmuniter ibi. Abb. & alij in cap. quod ad consultationem de re iudicat. Rip. in l. obligatione generali. num. 27. ff. de pignor. Nam iste ordo secundum eum ibi introductus fuit fauore partium: proindeq; illi renunciari poterit, cum ergo debitor renunciauit ordini, de quo in d. §. in venditione fieri poterit exequutio in illis bonis, in quibus maluerit creditor etiam non seruato ordine præscripto, & de hac renunciatione habetur per Butrigar. de renuntiat. iur. rit. de benef. l. a Diuo Pio.

3 Ordo namq; de quo in d. §. in venditione non est necessitatis, atqui ideo illius omissio non vitiat exequutionem, sed tantum iustã præbet causam debitori appellandi ratione grauaminis, vt concludit Io. Andr. in cap. quoniam frequenter. §. fin. col. penul. vers in gloss. hoc ordine, vt lite non contest. & ibi Bald. num. 4. Bartol. in d. §. in venditione, num. 8. Socin. cons. 158. num. 26. lib. 2. Vbi inquit in iudicando non esse recedendum a Bartoli sententia, & hanc sententiam magis communem esse inquit. Ias. in d. §. in venditione. & si contrarium ipse sentiat; & hãc opinionem sequitur, Surd. cons. 39 num. 22. vbi alios refert, dicens hunc ordinem minimè traditum fuisse pro forma, sed ad iudicis instructionem, vt declarat hic gloss. in verb. iubentur: quare secundum eum. num. 23. non erit expressus error iuris, si omittatur: Et quamuis. Felin. in cap. quod ad consultationem. col. 7. circa finẽ. de re iudicat. dicat, quod textus in d. §. in venditione loquitur conditionaliter, tamen id non est verum, vt per Surd. d. cons. 39. Verùm contrarium alij tenuerunt, quòd imo exequutio facta omisso hoc ordine sit ipso iure nulla, quandoquidem ordo sit necessitatis, vt voluit. Felin. d. cap. quod ad consultationẽ, & ita tenet. Alex. & Imol. d. §. in venditione, & ibi Ias. Et ita tenere videtur. Porc. lib. 5. reg. 11. Euerhard. in loco ab ord. num. 6. Marant. p. 6. de exequut. num. 9. Afflict. decis. 158. col. prima. Rol. cons. 32. numer. 32. lib. primo. Sed Afflict. & Rol. dictis locis loquuntur, quando iudex mandauit exequutionem fieri seruato iuris ordine, iuxta dispositionem dicti §. in venditione, vt declarat Surd. d. cons. 39. numer. 23. Est tamen amplectenda ea opinio, vt is ordo minimè traditus sit pro forma, sed vt inductus sit fauore partium;

4 ordo siquidem traditus in d. §. in venditione videtur respicere fauorem debitoris. Bald. c. quoniam frequenter. §. fin. numer. 4. vt lite non contestata. Atqi vt minus debitor grauetur in exequutione, vt per Bartol. & alios ibi, sequitur Cauagnol. decr. 22. §. 6. qu. 3. numer. 6. & 9. Aliqui tamen voluerunt hunc ordinem minimè traditum fuisse fauore debitoris: quoniam si lex respexisset illius fauorem., haud dubiè statuisset exequutionem incipiendam esse à nominibus debitorum, non ètiam prius faciẽdam esse in bonis immobilibus, vt habetur in l. magis puto. §. non passim. ff. de reb. eorum. Ias. in d. §. in venditione. nu. 10. Et Bero. cons. 107. lib. 3. voluit hunc ordinẽ inductum fuisse fauore creditorum. Est igitur dicendum hunc ordinem respicere tàm fauorẽ debitoris, quàm creditoris, ne scilicet in exequutione grauetur

debitor

debitor, aut creditor: cum etenim posset granari creditor, vbi fieri deberet exequutio primum in nominibus debitorum, ideo illi locus est in defectum, & postremo loco, quoniã exequutio rei iudicatæ statim fieri debet. Neq; eligi debet via, qua retardetur. Bartol. d. §. in venditione. num. primo. Deinde ordo, vt prius capiantur, & distrahantur mobilia respicit fauorem debitoris: cum rerum mobilium distractio fit minus damnosa, quàm prædiorum, quę fructum afferunt, cum etiã rerum mobilium vilis, & abiecta sit custodia, l. si rem mobilem in principio. l. rem quæ nobis, vbi not. glo. verb. erepta. ff. de acquir. possess. Sed id quoq; expedit creditori, quoniam res mobiles, vti minoris pretij, & ad vsum quotidianum magis necessariæ aliàs semper facilius, & citius emptorem reperire possunt, quàm bona immobilia, quorum distractio exigit longius temporis spacium, & proinde facilius creditor suum consequitur, vt videtur velle Ias. d. §. in venditione. num. primo. Vnde cum ordo, vt prius capiantur, & vendantur mobilia, respicere videatur tã fauorẽ debitoris, quàm creditoris, dicendum est hunc fauorem tolli posse ipsarum partium consẽsu. Quod verò postremo loco deueniatur ad nomina debitorum, id respicit fauorem creditoris, & ideo non poterit debitor renuntiare simpliciter, sed ex pacto.

3 Declarantur modò supradicta, vt possit debitor tacitè renuntiare huic ordini exequutionis faciendæ non opponendo, & non appellando, vt per Cauagnol. d. decr. 22. § 6. q. 3. nu. 6.

CLXXXVIII. RENVNTIATIO,

Vt capi, & carcerari quis possit.

S V M M AE.

1 *Creditor non potest etiam in casu expressi pacti debitorem morosum propria authorit. capere.*

2 *Ratio cur ex pacto quis non possit capi propria authoritate.*

3 *Debitor pacisci an possit, vt incursam mora in carcerem publicum conijci possit.*

4 *Obligare quis se potest ad carcerem, vt post moram capi possit, & in publico carcere tamdiù detineri, donec creditori satisfiat.*

5 *Pactum, vt in carcere priuato quis detineri possit.*

6 *Hæres capi non potest ex pacto capturæ, & carcerationis à debitore facto.*

7 *Carceratus qui est in extrema famis necessitate.*

8 *Obligare an quis se possit ad pœnam perpetui carceris.*

9 *Renuntiari an possit dispositioni Constitutionis Dominij Mediol. tit. de prohibit. & concess. exequut. personal.*

10 *Debitor an ex pacto capturæ excludatur à beneficio cessionis bonorum.*

Moribus antiquis receptum fuisse, vt debitor non soluens in carcerẽ conijceretur, ex eo cõstat, quod scriptum est apud Matth. c. 18. de creditore immisericorde, dum dicitur abiens misit ipsum debitorem in carcerem, donec reddidisset debitum, tamen seruari debet ordo exequutionis, & discussionis bonorum, vt in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudicat. in l. etiã. C. de exequut. rei iudicat. Ferrar. in form. exequut. sententiæ diffinitiuę, verb. sapiens. nu. 22. Sed an debitor possit conuenire, vt in casu moræ capi possit, & carcerari quærendum est. Sed primũ videamus an debitor ex pacto capi possit propria authoritate creditoris: deinde an valeat pactum, vt debitor morosus capi, & in carcerem conijci possit.

1 Quoad primum dicendum est, non licere creditori etiam in casu expressi pacti debitorem morosum propria authoritate capere. Alex. l. alia. §. eleganter. n. 6. ff. sol. matrim. & ibi Bartol. Alber. n. 5. & Aret. n. 2. vbi inquit hanc opinionẽ esse cõmuniter receptã, quod & inquit Alc. in cap. cum nõ ab homine. n. 75. de iudic. & hanc sententiã certã, & verã esse inquit Rip. in l. obligationi generali. n. 22. ff. de pignor. Rebuff de priuileg. scholar. priuileg 97. Afin. de exequut. §. 2. c. 4. n. 9. Vasqu. de success. creat. lib. 1 §. 6 n. 33. & lib. 3 § 22. limitat. 12. n. 81. Ioan. Annibal. l. nemo potest. nu. 95. ff. de leg primo Viui. in comm. opin. verb. debitor. Mass. ad form. cameral. obligat. p. 3. q. 6. Gomes. tract. de potest. in se ipsum. lib. 2. cap. nõ.

2 Cuius conclusionis duplex adfertur ratio. Prima est, q captura est iurisdictionis species. Alex. d. §. elegãter. n. 6. vers. octauò, quod nõ possit. in l. imperiũ. n. 22. & ibi Bartol. n. 8. ff. de iurisdict. omniũ iudic. & iterum. Bartol. in l. interdũ. §. qui furem. n. 2. ff. de furt. per tex. in §. si verò. auth. de exhibendis reis, & ibi gloss. l. Diuus Pius. ff. de seru. fugit. §. iudicare. auth. de defensoribus ciuitatũ. ibi, non debent trahere obligatos. l. vnica. C. de priuat. carcere. Quare ex dicto pacto nõ potest iurisdictio conferri ipsi creditori, qui nullam iurisdictionẽ, vti priuatus habet. l. priuatorũ. C. de iurisd. omn. iudic. l. prima. ff. de off. eius. in principio. Altera est ratio: quoniã per capturã, propria authoritate à creditore factã, datur occasio tumultus, & rixæ, maximè si debitor resistat, vt notatur in materia apprehensionis bonorũ factę propria authoritate creditoris per Alex. in l. iustè. n. 77. & ibi alij. ff. de acquir. possess. DD. in d. §. elegãter, & in l. creditores. C. de pignor. & facit. l. nõ est singulis. ff. de reg. iur. & l. æquissimum. ff. de vsufr.

Quod autem diximus nõ licere creditori capere debitorẽ morosũ propria authoritate extenditur procedere, etiã si postea in cõtinẽti captus debitor ducatur ad publicũ carcerẽ, & iudici præsẽtetur. Alex. d. §. elegãter. n. 9 & ibi Alber. n. 15. Angel. l. nemo. n. 4. ff. de leg. 1. Rip. d. l. obligatione. n. 24. vbi refert hanc esse cõmunem. Extenditurq; vt procedat, etiã si pactũ sit iuratum. Bald. auth. sacramẽta. puberũ. col. prima. C. si aduer. vendit. Io. Annibal. d. l. nemo pot. n. 92. & ibi Crot. n. 21.

Circa secundam quæstionem, an debitor pacisci posit, vt in euentum moræ in carcerem publicum conijci posit, magis dubitãdum videtur, In qua re nonnulli existimauerunt id pactum nõ valere. Bartol. auth. imo. num. 2. C. de act. & oblig. Imol. in d. §. eleganter, & ibi Aret. n. 7. Bald. cons. 89. nu. 9. lib. primo. Rip. d. l. obligatione. nu. 27. Curt. Iun. l. vnica. num. 67. C. de prohib. sequestr. pec. Felin. c. ex rescripto, num. 13. de iur. iur. Vbi hanc sententiam communem esse inquit, idemq; asserit. Brun. de cesion. bonorum quinta quęst. princip. q. 21. num. 14. Conarr. var. resol. lib. 2. c. primo. num. 7. vers. primum. Cotta. in memor. verb. Debitor non potest. Curt. de sequestr. q. 22. num. 73. Franc. Marc. decis. 396. p. prima. Mancin. de iuram. p. 4. effect. 224.

Pro qua sententia facit primo, quia, vt à captura, & sic ab exequutione incipiatur haud dubiè iuris ordo peruertitur, quandoquidem ad capturam deueniri non potest, nisi alia præcesserint. Paris. de put. de syndic. verb. capturam. in principio. Rip. d. l. obligatione. n. 25. Bartol & Bald l. fin. ff. de in ius vocand. l. prima. C. si quid in fraudem patroni. & in l. nemo potest. num. primo. ff. de leg. primo. Mars. singul. 3. & partes efficere nõ possunt quin ordo iudiciorum, & solemnitates seruentur gloss. in cap. de causis de off. deleg. Nec ab exequutione est inchoãdũ; deinde ex huiusmodi pacto infringi videtur ius libertatis, cùm carcer sit seruitutis species. l. 2. ff. de homin. liber. exhiben. Nec potest liber homo, etiam volens, ex pacto se adstringere ad seruitutẽ. l. nec si volens, l. nec liberos. C. de liberal. caus. l. obæs. C. de act. Etenim libertati suæ quodammodo renuntiare videtur debitor, qui paciscitur, vt in casum moræ in carcerem conijci posit: Siquidem seruitutis instar habetur, vt quis in carcere detineatur, vt facultatem non habeat recedendi dicta l. 2. ff. de homin. lib. exhiben. Facit præterea, quòd nemo est dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff. ad l. Aquil. Deniq; beneficio cessionis bonorũ renuntiari non potest, ne in carcerem quis detrudatur, vt dixi Renuntiat. 179. eadem ratione valere non debet pactum, vt quis in casum moræ in carcerem conijci posit.

4 Verùm in contrariam sententiam frequentius itum est: ex pacto siquidem quis potest se obligare ad carcerem, vt post moram capi posit, & in publico carcere tamdiù detineri, donec creditori satisfiat; & ita tenent. Alex. d. §. eleganter. n. 9. & ibi Bald. & Ang. num. 5. Imol. cap. 2. de pignor. Abb. cons. 42 col. prima. Bald. in l. Titio centum. §. Titio centum. num. primo, & ibi Castr. n. 3. ff. de condit. & demonstr. vbi ita obseruari inquit idem Bald. in l. consentaneum. num. 26. C. quom. & quand. iudex, & in l. prima. num. 10. C. qui bon. cedere poss. Angel. in l. nemo carcerem. C. de exactor. tributorum. Faber. §. fin. Instit. de act. num. 7. Affrer. in addit. ad Capell. Tholos. q. 65. Gigas. cons. 96. num. 13 Soc. cons. 99. num. 11. lib. 4. Vbi inquit hanc esse communem sententiã, atq; ita seruari inquit. Guid. Pap. q. 61. Aliquis. Alex. cons. 131. num. 3. lib. 4. Roman. cons. 142. n. 2. Neoizzan. cons. 52. num. 4 Afflict. in constitut. lib. primo de cult. pac. rubr. 8. num. 16. Anton. de Canar. de exequut. instrumentorum. num. 60. & seq. Paris. de Puteo de syndicatu. in rubr. de barataria, verb. captura. num. 3. Marant. de ord. iudiciorum p. 6. de citat. num. 11. Mast. ad form. camer. obligationis. q. 6. p. 3. Vital. de claus. rubr. an cessioni bonorum renuntiari posit. num. 19. in fine. Conarr. var. resol. lib. 2. cap. primo post medium. Mynsing. cent 6. obseruat. 51. nu. 7. vbi inquit hanc sententiam magis communem, & veriorem esse Pecch. de iure sistend. c. 5. num. 15. Afin. de exequut. §. 9. c. 280. nu. 2. Ferrar. in pract. tit. de exequut. sent. diffinit. Boer. decis. 349. nu. 7. Thesaur. decis. pedem. 26. num. 6. Gomes. tract. de potest. in se ips. lib. 2. cap. 20. num. 32. Hancq; sententiam esse magis receptam, & veriorem tradit Coler. de proceis. exequut. p. prima cap. 6. nu. 39. vers. verùm quidquid.

Pro hac sententia facit. l. 3. §. generaliter, & §. si quis volentem. ff. de liber. hom. exhiben., vbi liber homo potest de eius consensu detineri; deinde permittitur à lege captura, & detentio in carcere pro debito. DD. in l. prima. C. qui bon. cedere possunt. l. nemo carcerem. C. de exact. tributorũ lib. 10. Nam & citra pactum debitor non soluens cercerari potest. Alex. d. §. eleganter. nu. 9. Pecch. de iur. sistendi. c. 5. num 15. Castr. cons. 52. num. 4. lib. 2. Indignus est sanè beneficio libertatis, qui sciens, prudensue, ad pretium participandum ei cessit. l. prima. ff. quib. ad libert. proclam. non licet. l. liberis. §. & si quis sciens. l. cum pacto. ff. de liberal. caus. l. homo liber. ff. de stat. hom. Ad hæc ad fidei cautionem quis se in obsidem dare potest retinendum, hæcq; obligatio recepta iure gẽtium est, cum non ius seruitutis, sed retentionis tantum prębeat c. ex rescripto, de iur. iur. cap. ex pòsita. de arbitr. l. obsides. ff. de testam. c. 2. de pignor. His accedit, nam is qui ab hostibus aliquem redemit potest eumdem iure retinere, quoad soluat debitum, citra tamen pœnalem custodiam. l. 2. l. fin. C. de capt. & postlim. reuers. Neq; ideo in l. Flauiã de plagiarijs, vel in edictũ de liber. homine exhiben. incidit. l. prima. §. si quis eum. ff. de liber. hom. exhiben. iure pignoris, non seruitutis iure retinendo. l. 2. C. de postlim. reuers. Postremò potest quis ex pacto ingredi bona debitoris. l. 3. C. de pignor. ergo idem ex pacto licebit creditori, vt capiatur debitor. Non obstat, quod ab exequutione incipiatur, & iuris ordo peruertatur incipiendo à debitoris captura: quia imo iudiciorum ordini in totum renũtiari potest, secus pro parte, vt iam dictum est. Renuntiat. 136. Nec etiam obstat carcerem esse speciem seruitutis, & quòd per obligationem debitoris ad carcerẽ videatur ius libertatis infringi, quoniam ex carcere non inducitur seruitus, vt quis seruus efficiatur, vt loquitur d. l. nec si volẽs, & l. nec liberos. Nec potest dici seruitus etiã liberalis: quia tamdiù detinetur, donec soluerit. Bald. l. 2. num. primo. C. de patrib. qui fil. distrax. Et cum posit liberari quandoq; per satisfactionẽ, nec pręcisè stare cogatur, nõ pot. dici seruus.

Minusq;

Minusq; obstat, quod nemo sit dominus membrorum suorum: quia non agitur hic de carcere pœnali, aut corporis afflictiuo. Bart. l. prima. §. vsq; adeo. num. 3. ff. de in iur. Sed de eo carcere, quo debitor custoditur donec soluerit. Postremò non obstat, quòd cessioni bonorum renuntiari non possit: quia etiam detento ex pacto liberum est cedere bonis, ad euitandum carcerem, vt dixi ad Renunciat. celsionis bonorum. Imo etiam fideiussor pro debito priuato potest se ad carceres obligare, vt per Ruginell. pract. quæstion. c. 23.

5 Non valebit tamen conuentio, vt in carcere priuato quis detineri possit, donec satisfaciat. Bald. & Angel. d. §. eleganter, & ibi Alex. nu. 9. Guid. Pap. d. q. 61. Neq; enim valet pactum, vt creditor possit debitorem capere authoritate propria, & in priuatum carcerem, vel etiam publicũ mittere. Gomes. tract. de potest. in se ipsum lib. 2. cap. 20. & supra dictum est. Carceri quippe priuato nemo se obligare potest. Gigas. cons. 96. num. 25. Farinac. in prax. q. 27. num. 20. Et quamuis gloss. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. dixerit valere pactum, quo quis obligatur ad priuatos carceres, tamen contrarium tenet altera glo. fin. in auth. imo C. de act. & obligat.

6 Et quamuis ex pacto capturæ, & carcerationis in casu moræ capi, & carcerari possit ipse debitor, tamen non poterit eius hæres. Bart. Iason. Alex. & Soc. in l. si decesserit. ff. qui satisd. cog. Marsil. de fideiuss. num. 155. & singul. 546. licet. num. 2. Bertach. de gabell. p. pri. nu. 35. Chassan. in consuetud Burgund. rubr. 7. §. 4. num. 14.

5 Vasq. de success. creat. lib. pri. § 6 nu. 36. Crott. in l. nemo potest num. 14 ff. de leg. pri. Sed neq; ex pacto capi, & carcerari poterit debitor, mortis periculo imminente. Rip. in d. l. obligatione. nu. 31. per tex. in c. non satis. dist. 86.

7 Minusq; supradicta procedunt in casu, quo carceratus sit in extrema famis necessitate, & creditor nolit eum alere. quia tunc detineri non poterit. Rip. d. l. obligatione. n. 31. per glos. cõmuniter approbatam in l. fin. verb. agnoscere, C. de erogat. militat. anno. lib. x. Ias. l. si victum. nu. 2. C. de re iudicat.

8 Sed ex pacto non potest quis se obligare ad pœnam perpetui carceris, Soc. rubr. de pœnis in fine; quod dubium non est, vt inquit ibi. Soc. de iur. ciuili, licet dubitari possit de iur. canonico. Minusq; poterit quis ex pacto pro alio obligari ad carceres, donec satisfaciat. Castr. cons. 52. num. 4. lib. 2.

9 Ex quibus facilè constat renuntiari posse dispositioni constitutionis Dominij Mediol. tit. de prohibitis, & concess. exequut. personal. vbi pro debitis priuatis regulariter nemo personaliter detineri potest. & alij iuri disponenti, vt pro debito priuato, quis personaliter detineri non possit.

10 Sed hic quæri potest, an ex pacto, quo debitor se obligat, vt possit cap. & carcerari excludatur etiã à beneficio cessionis bonorũ, cui sanè renuntiasse videtur per hoc pactum. Nam ex hoc pacto intelligitur, vt debitor in carcere detineatur, donec creditori satisfiat; sed per cessionem bonorum debitor carcerem euitat. l. prima, & ibi DD. C. qui bonis ceder. poss. Et suo loco dictum est; ergo non seruatur pactum. Sed tu dic per hoc pactum debitorem non excludi à beneficio cessionis bonorum per ea, quæ trad. Bald. l. prima. num. 3. C. qui bon. ceder. poss Alex. cons. 82. num. 2. lib. 2. Castr. d. §. eleganter in fine. Brun. de cession. bonorum. quæst. princip. num. 5. & q. 3. princip. num. 4. Vbi loquitur in reo, qui se cũ iuramento obligauerat ad detentionem personalem.

CLXXXIX. RENVNTIATIO,

Vt quis arrestari, & pro obstagio sisti possit.

S V M M AE.

1 *Arrestum quid.*
2 *Pactum, vt debitor in casu moræ arrestari possit.*
3 *Obstagium, quid.*
4 *Pactum, quo quis se obligat ad obstagium.*

A Pacto carceris parum differt pactum aresti, cum eadem sit ratio vtriusq; Guid. Pap q. 253. Pecch. de iur. sistend. cap. 43. in
1 principio. Est ergo arrestum, ne id ignoretur, cum alicui interdicitur, ne recedat ab eo loco, in quo fuit arrestatus, nisi satisfacto creditore. Pecch. de iur. sistendi c. primo. De eo itaq; videamus. Sed sciendum est liberum hominem pro debito pecuniario arrestari, vel pignorari minime posse. l. qui filios. C. quæ res pignor. oblig. poss. c. lator. de pignor. auth. vt non fiant pignorat. in principio. Rip. l. obligatione. num. 20 ff. de pignor. Dubitari ergo potest, an id locum habeat, quando aliud inter partes
2 actum fuit, scilicet, vt debitor in casu moræ possit arrestari, vel pignorari. Et quia arrestatio, vel sequestratio minus est onerosa, ac tędialis Pecch. de iur. sistendi d. cap. primo. num. 5. quàm detentio in carcere: siquidem arrestatis ita deputari potest domus aliqua, vel etiam tota ciuitas, vt à loco deputato illis recedere minime liceat, donec creditori satisfiat; dicendum est sicuti ex pacto, vt supra dixi potest debitor in publico carcere detineri, ita ex pacto per arrestum detineri poterit, vt sistat in certo loco tamdiù, donec satisfaciat creditori: quoniam minus grauatur debitor ex pacto arresti, quàm carceris, & quòd ex pacto quis ad arrestum licitè detineatur per iudicis officium tenet Faber. §. is quoq; num. 2. in fine Instit. de act. Namq; si ex pacto licita est detentio debitoris in carcere, cur non etiam licebit ex pacto debitorem arrestare, vel sequestrare, quod minus est? c. cui licet. de reg. iur. lib. 6. l. nec in ea. §. ius occidendi. ff. ad l. Iul. de adulter. & quòd valeat pactum, vt quis pro debito arrestari possit,

indicis

iudicis tamen accedente authoritate sentit. Mandos. de monitor. q. 8. num 7. vbi in principio quæstionis ponit formulam arresti: atq; vt quis possit se ad arrestum obligare tenet Pecch. de iur. sistẽd. cap. 5. num. 15. Planè arresta conuentionalia, seu voluntaria, quæ ex partium conuentione constant haud dubiè valent. Gail. de arrest. imper. c. primo. num. 7.

3 Arresti pacto adfine est pactum, quod obstagij vocant, quod nil aliud est, quàm conuentio de sistendo, & non recedendo à certo loco donec creditori satisfiat. Butr. c. ex rescripto. num 10. de iur. iur. Et licet reg. sit, vt liber homo dari non possit pro obside, nec obligari possit ad obstagium, de qua per Felin. in d. cap. ex rescripto. nu.
4 5. tamen valere potest tale pactum: quia obsides non mutant statum, nec seruire coguntur: sed solum detinentur pro obseruatione conuentorum; nec per obstagium constituitur ius pignoris in debitore. Felin. d. cap. ex rescripto. num. 7. vers. tertiò fallit. Socin. reg. 174. verb. homo liber. fallentia. 2. Guid. Pap. q. 61. num. 2. Bald. l. 2. nu. 12. C. de patrib. qui fil. distraxer. Berous. cons. 159. n. 16. lib. 3. Et quamuis Abb. in d. cap. ex rescripto. num. 7. in fine existimauerit obligationem ad obstagium inter priuatos non aliter tenere, nisi accesserit iuramentum, & idem tenet. Belin. de re milit. c. fin. num. 14. tamen magis receptum est adeo valere, vt seruentur conuentiones. Felin. d. cap. ex rescripto. Abb. c. lator. ibi Imol. de pignor. Bald. d. l. 2. num. 12. & ibi Salic. num. 4. C. de patrib. qui fil. distraxer. Quare idem dicendum est in obstagio etiam non iurato. Butr. d. cap. ex rescripto. num. 10. per tex. in cap. exposita. de arbitr. & ibi Bald. Et quod pactum ad obstagium valeat in causa ciuili, vbiq; concludunt omnes, vt inquit Gail. obseruat. lib. 2. obseruat. 45. num. 3.
5 Quemadmodum etenim valet pactum, quo quis se obligat ad carcerem, ita valere debet pactum, quo quis ad obstagium se obligat: siquidem obses non efficitur seruus creditoris, nec est pignori, sed ad instar carcerati illi interdicitur, ne à certo loco recedat, nisi rebus cum creditore compositis, vnde per cessionem bonorum, quis liberatur ab ostagio, vt à carcere. Gail. d. obseruat. 45. num. 6.

Declaratur tñ, vt hi obsides impropriè dicantur obsides, cùm dantur inter priuatos pro conuentionum obseruatione. Gig. de crimin. læs. maiest. q. 59. in fine. Nam obsides propriè dantur ex causa publica tantùm. Bald. l. ob æs. C. de act. & oblig. & ibi Salic. & alij. Rip. tamen in l. obligatione generali. num. 12. vers. pro concordia. ff. de pignor. existimat obsides datos ex causa pecuniaria non posse inuitos detineri. per tex. in cap. ex rescripto ibi (de obseruanda conuentione iurauerunt, vt si ipsi deficerent, alij monachi loco eorum in obstagio ponerentur) sed dic ex pacto quem non detineri inuitum; quia tunc non dicitur inuitus detineri, qui ex pacto voluit. l. 3. §. si quis volentem. ff. de liber. homin. exhiben. Nec obstat, quod lz. principio cùm pacisceretur voluerit, tamen cum pro obstagio sistit, nec recedere potest, dici posse inuitum detineri: quia sufficit ex pacto semel voluisse, & si postea inuitus detineatur. l. in diem, ibi, nullam enim potest videri iniuriam accipere, qui semel voluerit. ff. de aqu. pluu. arcend. l. videmus, ibi, sufficit semel peruenisse. ff. quod met. causa. l. de accessionibus. §. fin. in fine. in illis verb., illo tempore, quo cõtrahebas videris consensisse. ff. de diuers. & tempor. præscript. Nec obstat tex. in d. cap. ex rescripto: quia intelligitur, si de facto defecissent, non autem dicit, quòd possint deficere. Et quamuis. Belin. de re militar. d. cap. fin. existimauerit ex priuata, & pecuniaria causa dari minimè posse obsides, non magis quàm se obligare non potest ad carcerẽ, id tamen falsum est, vt dixi. Itaq; cum obstagium sit detentio debitoris in certo loco, à quo recedere non licet, nisi satisfacto creditore, aut de eius voluntate, non tamen vt creditori seruiat, aut vt in eo ius pignoris constituatur, dicendum est ex pacto ad id quem se obligare posse; sicuti potest etiam se obligare ad carcerem, vel ad arrestum pro debito, vt supra dictum est. Et quòd valeat pactum, quo quis se in pignus, vel obsidem dat in priuata causa, scilicet, vt retineri possit quousq; quod placuit adimpleatur, latè tuetur. Gomel. tract. de potest. in se ipsi. lib. 2. cap. 14. nu. 33.

Neq; est omittendum, quod licet ex summissione defuncti ad omnes Curias cum renuntiatione fori, possit hæres ibi conueniri, tamen è summissione defuncti ad arrestum, non poterit arrestari Inst. Last. decis. 69.

CXC. RENVNTIATIO,

Beneficij, ne quis carceretur.

SVMMAE.

1 *Priuilegium ne quis carcerari possit.*
2 *Doctoris, & Aduocati.*
3 *Scholaris, & militis.*
4 *Clerici.*
5 *Persona, quæ conueniri non possunt vltra quam facere possunt.*
6 *Senex septuagenarius.*
7 *Minor 25 annis.*
8 *Mulier.*
9 *Nobilis.*
10 *Loci ratione, quando quis capi non possit.*
11 *Temporis ratione, quando prohibeatur captura.*
12 *Causa ratione, quando capi quis non possit.*
13 *Ratione rei, interdum quem capi non posse.*
14 *Beneficio, ne quis pro debito carcerari possit, an renuntiari possit.*
15 *Generalis renuntiatio, an sufficiat ad huius beneficij exclusionem.*

Iximus supra debitorem ex causa æris alieni capi, & carcerari posse, tamen id perpetuum non est, sed pluribus casibus restringitur, quibus ex debito quis capi, & in carce-

1 rem conijci minimè poteſt. Quod ſanè eſt benefi-
cium, & priuilegium ne quis etiam ex cauſa æris
alieni carceretur, quod conceditur ratione per-
ſonæ, temporis, cauſæ, & rei. Ratione perſonæ,
2 habent id beneficium veluti doctores, & aduo-
cati gloſſ. l. medicos. C. de profeſs. lib. 12. DD. in
l. miles, vbi Iaſ. num 10. ff. de re iudicat. Matthe-
ſil. ſing. 59. Socin. de citat. art. 5 num. 35. Socin.
Iun. l. centurio, num 65 ff. de vulg & pupill. Cac-
cia ſup. de debitor. ſuſpecto, q. 5. principali. Me-
noch. de arbitr. q. 88. num. 7. Brun. de ceſſ. bono-
rum 4. quæſt. princip. q. 10. num 5. Pecch de iur.
ſiſten cap. 5. num. 13. Bald. de carcer. cap. primo.
num. 4. Scacc. de iudic. cauſarum. c 46. num. 17.
Boer. l. conſentaneum. num. 148. C. quomodo, &
3 quand. iudex. Franc. deciſ 81. p. prima. Itē ſcho-
lare Borgnin. de tutor. num. 318. Pecch. de iur. ſi-
ſtend. c. 5 num primo. Conceditur præterea mili-
tibus. gloſſ. d. l. medicos. Iaſ. d. l. miles num. 10. Me
noch. d. q. 88. num 9. Borgnin. de tutor. nu. 318.
quod procedit etiam in militibus noſtri tempo-
ris not. Bald. l. prima in fin. num. 11. & ibi Salyc.
num. 12. q 15. C. qui bon. ceder. poſſ. Boer. l. con-
ſentaneum num. 147 C. quomodo, & quand. iu-
dex. Socin. de citat. art. 5. num. 6. Scacc. de iudic.
cauſarum. c. 46. Mantua. de priuileg. militar. nu.
244. Couar. var. reſol. lib. 2. c. primo. num. 4. Ca-
4 rol. de Graſſ de except. in prælud. num. 112. Nec
non clerici. Maranz. in ſpecul. 6. p. princip. p. vlt.
iudic. tertio actu. nu. 43 & n. 56. Boer. l. conſenta-
neum. num. 147. C. quomo. & quando iudex. So-
cin. de citat. art. 5. num. 37. Menoch. d. q 88. num.
8. Borgnin. de tutor. num. 318. Cumia in titib.
magn. cur. cap. 95. num. 2. quod procedit etiam
in clerico in minoribus conſtituto. Matthæſil.
ſing. 60. Couarr. var. reſol. c. primo, num. 9 lib. 2.
& ſi clericus obligaſſet ſuam perſonam. Feller. in
conſtit regn rubr. de epiſcop. & cler. Si quis. nu.
13 Benin. de paupert. q. 8. num. 14. Vrſill. ad Af-
flict. deciſ. 175 num. 2. & deciſ. 206. num. 4. Cac-
cialup. de debitor. ſuſpect. q. 5 princip. num. 19.
Graſſ. tract. de except. in prælud num 99.
5 Per longē item de quibus in l. 2. cum ſeq. ff. de
in ius vocand. quoniam conueniri non poſſunt
vltra quam facere poſſunt, capi non poterunt
gloſſ. eſt in l. liber captus, quam ibi adnotat.
Bald. nu 9 C de capt. & poſtlim. reuerſ. Marant.
in ſpecul. 6. p princ p. vlt. p iudic. tertiò actu, nu.
56. Socin. de citat. art. 5. n. 38. Pecch. de iur. ſiſtēd.
c. 5. num. 18.
6 Senex ſeptuagenarius habet quoq; hoc bene-
ficiū Anchar. conſ. 336. verſ. his præmiſsis. Oſaſc.
deciſ. 123. n. 3. in fine. Graſſ. de except. in prælud.
num. 114.
7 Sed & minor viginti quinq; annis habet hoc
beneficium. Bald. l. prima. num 13. C. qui bon. ce-
der. poſſ. Aret. §. cum quoq; inſtit. de act. Brun. de
ceſsion. bonorum. 4 quæſt. princip. q. 2. num. 11.
& 19. DD. l. neq; impuberes. ff. de in ius vocand.
Roman. conſ. 120. num. 1. Iaſ. l. 4. §. condemnatū.
num. 24 ff. de re iudicat. Borgnin. de tutor. num.
317. Bald. de carcer. c. primo. num. 4. Scaccia de
iudic. cauſar. c. 46. num. 16. Boer. d. l. conſenta-
neum. num. 163. Graſſ. de except. in prælud. nu.
98.
8 Mulier etiam non poteſt pro debito carcera-
ri. auth. nouo iure. C. de cuſtod. reorum. l. prima
cum auth. ſequent. C. de off. diuerſorum iudic.
DD. l. nemo carcerem. C. de exact. tributorum.
lib. 10. Iaſ. l. pleriq; num. 34 ff. de in ius vocand.
Dec. l. fœminæ. num. 73. ff de reg. iur. Boer. in re-
petit. l. conſentaneum num. 136. C. quomod. &
quand. iudex gloſſ & DD. in l. ad egregias. ff. de
iur. iur. Socin. de citat. art 5. num 39. & reg 217.
Materfamilias. Duenn. reg. 315. verbo, Fœmina.
Marſil. ſingul. 548. in princip. Beat. de inop. de-
bitor. c. 15. num 4. Menoch. d. q. 88 num. 10 Cu-
mia in titib. magn. cur. c 95. num. 16. Oſaſch. de-
ciſ. 153. num. 3. Graſſ. de except. in prælud. num.
110. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. primo. num. 5.
pecch. d. cap. 5. nu 14. Bald. de carcer. c. primo. n.
3. Scacc. de iudic. cauſarum. c 46. num. 15. Caccia
ſup. dict. q. 5. num. 52. quamuis ex cauſa tutelæ
carcerari poſsit. Decian. conſ 42. nu 21. lib. 5.
9 Nobilis præterea id beneficij habet ne carce
retur ex cauſa debiti. Couarr. d. cap primo, num.
4. Gutet. de contract. iurat. c. 16. in princip. quod
licet dubium ſit de iure commu. tamen. regia Hi-
ſpan. lege id conſtitutum eſt. Couarr. d. loco. Gu-
ter. d. cap 16. Beat. de inop. debitor. c. 16. num. 7.
10 Loci quoq; ratione interdum quis capi non po
teſt, puta in Eccleſia. l. præſente. C. de his qui ad
eccleſ. confug. Alex. d. l. pleriq; num. 6. vbi Iaſ. nu.
16. Socin. d. art. 17. num. 38. Boſſ. tit. de captur. nu.
26. Marſil. de Bannit. verb. eccleſia. nu. 18. Pecch.
de iur. ſiſtend. c. 6. num. primo, Scacc. de iudic. cau
ſarum. c. 42. num. 13. & cap. 46. num. 4 Item in
alieno territorio. l. fin. & ibi Iaſ. ff. de iuriſd. om-
nium iudic. l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonē,
& ibi Bart. ff. de edilit. edict. Marſil. de bannit.
in verb. capti. num. 35. Pecch. de iur. ſiſtendi. c. 22.
Boſſ. tit. de captur. num. 34. Scacc. de iud c. cauſa-
rum. c. 45. num 12. Nec non in domo propria. l.
pleriq; vbi DD. ff. de in ius vocand. l. nemo de do-
mo ff. de reg. iur. Bartol. l. generaliter. num. 4. C.
de decur. lib. 10. Cæpoll. caut. 51. Ferra. caut. 22.
nu. primo. Mynſing. obſeruat. 69. in princip. cen-
tur. 4. Socin. de citat. art 17. num. 5. Gabr. in com-
mun tit. de crim. concluſ. 10. num. primo. Pecch.
de iur. ſiſtend. c. 6. num. 3. & ex Conſtitutionibus
Mediol. cauetur tit. de exequutorib. §. has tamē,
vt neq; capi quis poſsit in domib. aduocatorum,
& cauſidicorum, nec in confinibus pallatij, vbi
ius redditur, vt ex dictis Conſtitution.
11 Temporis quoq; ratione prohibetur captura,
veluti ſi fiat pro debito ciuili tempore feriato
Pecch. de iur. ſiſtend. cap. 10. Scacc. de iudic. cau-
ſarum. c. 46 num. 13. Nam tunc captura eſt adeo
nulla, vt eius nullitati renuntiari non poſsit. So-
cin. conſ. 99. num. 8. lib. 4 Bald. de carcer c. pri-
mo. nu. 6 Præterea ſi quis relaxatus fuerit ſtatim
capi non poterit. Brun. de ceſs bonorum 4. p.
princip. q. 11 num. 36. in fine. Sed & non poteſt
quis capi nundinarum tempore. Pecch. d. cap.
10. Et ex Conſtitution. Dominij Mediol. quis ca-
pi non poteſt poſt ſolis occaſum, poſt horam 24.

dieı;

diei, & nisi fuerit de die, vt in d. §. has tamen, & per dies quatuor ante festum, vel post Annũciatę B.V. Marię:

12 Ratione autem causę quis capi non potest, si quis bonis cesserit. Socin. d. art. 5. num. 40. Fuller. d. rubr. de episcop. & cler. Si quis. num 15. vers. respondetur. Item qui ad exercitum commeatum adferunt. Pecch. de iur. sistend. cap. 5. num. 7. & ex Constitution. Mediol. prohibentur capi conducentes victualia ad Ciuitates, vt in d. §. has tamen.

13 Ratione deniq; rei prohibetur captura, veluti si debitum sit minimum. Caccialup. de debitor suspecto. 3. quæst. princip. Brun. de stat. fœmin. exclud. art. 9. num. 98. vers. & dixit. Pecch. de iur. sistend. c. 5. nu. 20. Vnde ex statuto Mediol. c. 167. in nouiss. si debitum sit minoris librarum sex prohibetur captura; & ex Constit. Dominij Mediol. tit. de prohib. & concess. exequut. personal. cauetur neminem pro debitis priuatis personaliter detineri posse.

14 Iam his expositis videndum consequenter est an renunciari posit beneficio iuris disponentis ne pro debito quis capiatur; & videtur renunciari non posse, quia legi prohibenti ne quis capiatur, renuntiari non potest. Bald. auth. imo, post gloss. C. de act. & obligat. Specul. tit. de renũtiat. § primo. num. 29. vers. item est beneficium. Contrar. in repetit. c. quamuis pactum p. 2. in princip. num. 6 & num. 8. de pact. lib. 6. Borga. tract. de tutoribus num. 318. & num. 355. Ludouic. decis. Perus. 64. num. 13. Verùm puto distinguendum esse; Nam priuilegio concesso mero fauore debitoris, ne scilicet carcerari posit, haud dubiè renuntiari potest; si quidem quis pacisci potest, vt in casu moræ carcerari posit, vt dixi Renuntiatione 188. priuileg. autem concesso non tãm fauore debitoris, quàm ex alia causa renuntiari non potest, vt mox dicam.

Vnde nobilis ex priuilegio, potest renuntiare priuilegio ne capi posit pro debito ciuili, ea ratione quia huiusmodi renuntiatio non est approbrium iuris nobilibus. Gurer. de contract. iur. c. 16. in fine. Nam & mulier, quæ aliàs capi non potest pro debito ciuili renuntians omni legum, & iuris auxilio capi poterit ex causa tutelæ, vt inferius dicam. Inspicienda est igitur ratio, cur beneficium ne quis pro debito capi posit concessũ fuerit. Neq; refert quod statuto prohibenti renuntiari non posit; quia imo renuntiari potest, quoties prohibitio respicit fauorem renuntiantis, vt suo loco dixi.

Doctor, & Aduocatus non potest huic priuilegio renuntiare. Beat. de inop. debitor. c. 16. nu. 153. qui inquit ita iudicatum fuisse à Senato Regio. Asin. de exequut. §. 2. c. 7. num. 11. Bonacoss. de famul. q. 43. Doctor. Nam doctor pro debito carcerari non potest, etiam quód renunciet priuilegio. Farinac. in prax. q. 27. num. 84.

Clerici quoq; renuntiare non possunt: quia hoc priuilegium inductum videtur totius cleri, non etiam fauore priuato renuntiantis, vt alibi dixi. Nam & milites renuntiare non possunt: quia eorum priuilegia inducta videntur ob publicam causam, ne scilicet à militia retrahantur. Alex. l. miles in principio. col. p. ff. de re iudicat. Ias. in l. ad egregias num. 2. ff. de iur. iur. Neulzz. cons. 91. nu. 19. Crauet. cons. 243. col. p. Borgnin. de tutor. & curat. num. 323. Asin. de exequut. §. 2. c. 7. circa finem.

Mulier præterea huic beneficio renuntiare nõ potest. Frãc. in cap. mulieres in princip. de iudic. lib. 6. Caccialup. de debitor. suspect. q. 5. circa finem; cum sit in præiudicium, & dedecus sexus, & Bartol. in l. si quis sub conditione. nu. 18. vers. vnde puto. ff. de testamentaria tutela. inquit mulierem, quę renuntiauit, carcerari posse ex causa tutelæ, licet aliàs non posit renuntiare. Caroc. de excuss. bonorum q. 17. p. 2. num. 38. vers. dicitur vlterius. Carol. de Grais. de except. in præiud. num. 104.

Hæsitatum tamen est, an mulier dum tutelam suscipit per renuntiationem omni legum auxilio factam, censeatur renuntiasse huic beneficio ita, vt carcerari posit ex causa tutelę; & renuntiare posse inquit. Ias. l. ad egregias. num. 9. & in l. plerique circa finem. ff. de in ius vocan. Roman. in l. maritũ. §. eleganter. nu. 11. ff. sol. matrim. Marsil. sing. 248. Cõditio. Boer. decis. 349. n. 11. Dec. l. fœminę. num. 73. ff. de reg. iur. Bartol. auth. matri aut auiæ. num. 13. C. quand. mul. tutel. off. Ias. l. si ego. vlt. lect. num. 4. ff. si cert. pet. Socin. de citat. art. 5. num. 31. in fine Matthesil. singul. 108. in fine. Rom. cons. 118. Quo ad primũ. Tiraquell. l. si vnquam in præfat. num. 121. C. de reuoc. donation. Verùm videtur mulierem etiam ex causa tutelæ huic priuilegio renuntiare minimè posse, quod quidem ob sexus honestatem concessum fuit: quandoquidem priuilegio indulto ob sexus honestatem renuntiari non potest. Bald. l. prima. C. qui bon. ceder. poss. Alber. l. vbi adhuc. C. de iur. dot. Borgnin. de tutor. num. 322. Asin. de exequution. §. 2. c. 7. num. 10. Beat. de inop. debitor. c. 15. num. 15. Tamen licet mulier tutelæ fauore per generalem renũtiationem videatur huic beneficio renuntiare, cui alioquin renuntiari non potest, vt iam dictum est, tamen per illam renuntiationem non videtur renuntiatum beneficio, ne conueniatur vltra quam facere posit, quod vti matri competit, & proinde carcerari non poterit. Bartol. auth. matri. & auiæ. nu. 13. C. quand. mul. tutel. officio. Alber. l. vbi adhuc. C. de iur. dot. Marsil singul. 108. Socin. cons. 180. vers. confirmatur hoc. lib. 2. & cons. 126. num. 2. lib. primo. Brun. de cess. bonorum. q. prima quartæ princip. num. 2. Couar. var. resol. lib. 2. cap. primo. nu. 13. Borgnin. de tutor. num. 325. Caccialup. de debitor. suspect. q. 5. num. 26. Duenn. reg. 312. limitat. 2. vers. dico tamen. Beat. de inop. debitor. c. 15. num. 13. & 16. Mulier etenim non potest esse tutrix, nisi mater sit, vel auia, quæ iuri reuerentiali renuntiare non potest, vt suo loco dixi. Et quód generalis renuntiatio non sufficiat, vt mulier carcerari posit voluit. Beat. de inop. debitor. c. 16. num. 39. vers. quamuis, vbi inquit hoc esse verissimum, vt per eum d. loco, & num. 38.

Nobilis

Nobilis autem an renuntiare posſit huic priuilegio dubitatū fuit, & Guter. de contrac. iurat. c. 16. num. 37. voluit renuntiari non poſſe, ſed contrarium tenet. Beat. de inop. debitor. c. 16. num. 37. verſ. ſed eſt quæſtionis.

Diſpoſitioni. l. pleriq. ff. de in ius vocando, & l. nemo de domo. ff. de reg. iur. renuntiari poteſt: ſiquidem lex prohibet inuitum extrahi. Iaſ. d. l. pleriq; & ibi Socin. Strace. de aſſecurat. gloſſ. 32. Pecch. de iur. ſiſtend. c. 6. circa finem. Socin. de citat. art. 17. num. 18. Gabr. in commun. tit. de malefic. concluſ. 16. n. 40. Soc. Sen. conſ. 595. num. 15. Mancin. de iuram. p. 4. effect. 240. Sed iuramentū operatur, vt iurans capi poſſit in domo propria. Seraph. priuileg. iuram. 155.

Vt autem quis capi poſsit in Eccleſia renuntiare non poteſt, & hanc opinionem eſſe veriſsimā aſſerit. Pecch. de iur. ſiſtend. cap. 12. num. 3. & nu. 6. verſ. ego verò exiſtimo. Socin. conſ. 99. num. 9. lib. 4. Sic quoq; non valet renuntiatio, vt feriatim tempore quis capi poſsit, cùm feriæ conſtitutæ fuerunt in honorem Dei. Pecch. de iur. ſiſt. cap. 12. num. 3. Socin. conſ. 99. num. 2. Et hoc lib. 4. Diſpoſitioni autem. l. prime. C. Quib. vt indign. renūtiari poteſt. Pecch. d. cap. 12. in princip. & cap. 10. num 3. & cap. 13. num. 6. Namq; negotiatoribus, vt Romam volentes concurrerent maximā dedit immunitatem. Alex. Seuerus Imperator, vt refert Aelius Lamprid. in eius vita.

15 Sed an generalis renuntiatio operari poſsit huius beneficij excluſionem dubitari poteſt, & Iaſ. in l. pleriq. ff. de in ius vocand Pecch. & Stracc. dictis locis. Auchar. q 37 lib. p. Rol. conſ. 17. n. 13. lib. 4. & conſ. 13. num. 14. lib. p. & de dote. q. 42. n. 20. & Maſcard. de probat. concluſ. 1265. num. 6. voluerunt vt generalis renuntiatio ſufficiat. Contrarium tenet Caroc. de excuſſ. bonorum p. 2. q. 17. nu. 35. ad quod faciunt notata per Alex. conſ. 37. col. 2. lib. 2. Verùm nobiles per generalem renuntiationem non cenſentur renuntiare huic beneficio Beat. de inop. debitore c. 16. num. 103.

Poſtremo non eſt omittendum renuntiationem beneficij ne quis pro debito ciuili carcerari poſsit, porrigi ad hæredem debitoris. Pecch. de iur. ſiſtend. cap. 13.

CXCI. RENVNTIATIO,

Iuris Carcerandi.

S V M M AE.

1 *Debitor quando carcerari poſſit.*
2 *Creditor poteſt renuntiare iuri carcerandi.*
3 *Renuntiatio iuris carcerandi.*

QVamuis debitor ex cauſa priuati debiti ad creditoris inſtantiam regulariter in carcerem conijci non poſſit. Bart. in l. cum eo. num. 1. ff. ad l. Iul. pecul. per tex. in l. conſentaneū.
1 C. quomo. & quan. iud. poterit tamen in ſubſidiū vbi nō adſunt bona, facta eorum excuſsione. gloſ. eſt ſingul. & ibi Bart. in l. 3. § tutores qui repertorium. num. 3. ff. de ſuſpect. tut. Bald. in l. per diuerſas. num. 19. C. manda. Alex. in l. alia. § elegāter. num. 9. ff. ſolu. matr. conſ. 159. num. 9. lib. 2. Iaſ. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. num. 1. ff. de re iudic. Ferrar. in for. lib. exc. ſent. diffin. in prin. num. 21. Afflict. in conſt. reg. rub. 66. De clerico conuen. in fi. lib. 1. Maranta. 6 par. princ. vlt. par. iud. actu. 3. n. 9. Foller. in conſt. reg. rub. De epiſc. & cler ſi quis. num 15. cum ſeq. Couarru. varia. reſol. lib 2 c. 1. num. 4 Viuius in commun. lib. 1. in ver. Debitor habens. Brun. de ceſſ. bon. q. 4. princ. q. 16 num. 2. Boſſi. in pract. tit. de captura. num. 85. vbi aſſerit hanc eſſe communem omnium opinionem. Præterea alia requiruntur, de quibus per Socin. de citatio. artic. 20. princ. q. 24. & quod requiratur excuſsio, & contumacia trad. Par. de Pute. de ſindica. in ver. captura. Verùm carcerari poterit debitor etiam non facta excuſsione, cùm ſe obligauit ad perſonam. Rebuff. de litter. obligat. artic. 5. glo. 3. nu. 3. Foller d. rub. De epiſc. & cler. ſi quis. num. 19. & ſupra dixi de pacto debitoris, qui ſe ad carcerem obligat. Sed in hac Mediolanenſi prouincia ex Conſtit. cauetur neminem pro ciuili debito regulariter detineri poſſe, exceptis quibuſdam ſpecialibus caſibus, quod & diſponit ſtat. Mediola. c. 167.

2 In caſibus igitur, quibus pro ciuili debito detineri poteſt debitor, poterit creditor, cuius fauore inductum fuit ius carcerandi, vt facilius illi ſatisfiat, illi iuri renuntiare. Nam & valet pactum, vt quis teneatur in id tantum, quod facere poteſt. l. ſi conuenerit. ff. de re iudic. l. ſi quis crediderit. ff. de pact. Vnde renuntiatio operatur, vt debitor, qui aliàs poteſt carcerari, ex vi renuntiationis carcerari nequeat. Bald. in l. 1. col. 3. C qui bon. ced. poſſ.

3 Quin, huiuſmodi renuntiatio operatur, vt ceſſio bonorum minimè admittatur: ſiquidem per renuntiationem iuri carcerandi factam a creditore ceſſat carceris moleſtia, ob quam introductum fuit ceſsionis bonorum beneficium. Bald. d. l. 1. col. 3. ver. quæro ſi creditores. Iaſ & Fab §. fin. inſti. de actio. Vital. de clauſ. rub. An renun. poſſ. benefic. ceſſ. bon. col. 2. & hæc ſententia eſt communis, vt per Viuiū in communi. in ver. Debitor non poteſt. Brun. de ceſſ. bon. q 35. 4. q. princ. Pecch. de iure ſiſt. c 5. num. 16. Boſſi. in praxi. tit. de carcer. fideiuſſ. num. 24. ver. alius eſt modus. Et licet Salicet. in l. 1. col. pen. C. qui bon. ced poſſ. exiſtimauerit contrarium, nempè non ſatis eſſe hāc renūciationem ad hoc, vt ceſſet ceſsionis auxilium, ſed renuntiandum præterea eſſe iuri in ſolidum conueniendi. Tamen idem dicendum erit, quoniam creditores renuntiando iuri carcerandi, tacitè etiam renuntiare cenſentur iuri debitorē in ſolidum conueniendi, vt per Brun. d. q. 35. nu. 2. Cùm igitur creditor renuntiat huic beneficio, vt diximus, locus non eſt ceſsionis auxilio. Et ideo debitor ſoluere tenebitur creditori, quod in ſingulos dies lucrabitur. Bald. d. l. 1. col. 3. quæ opin. Bal. licet non approbetur per Salicet. d. l. 1.

tamen

tamen placet Pecch. de iure sisten. c. 5. num. 16.
Ex quibus planè constat huiusmodi renuntiatio
nem iuuare, tam debitorem, ne is in carcerem de-
trudatur, quàm creditorem, ne aduersus eum cō-
perat cessionis bonorum beneficium.

CXCII. RENVNTIATIO, Represaliarum.

SVMMAE.

1 *Represaliæ qua ratione inductæ fuerint.*
2 *Represaliæ iustè permittuntur ex neglecta, aut de-
negata iustitia.*
3 *Renuntiari potest iuri petendi represalias.*

REpresaliæ, quæ aliàs pignoratio-
nes dicuntur c. vnico de iniur. &
dam. lib. 6. Bart. in tract. de repræ
sal. q. 1. num 2. Corne. cons. 160.
num. 12. lib. 2. ac in quibus alius
pro alio prægrauari videtur, iux-
ta illud poetæ: vnius ob noxam, & furias, & ali-
bi: Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui.
fanè ad iniurias vlciscendas pertinere videntur.
1 Inductę autem sunt, vt facilè conijci potest ad
exemplum androlepsie Græcorum. Nam antiqui
moris fuit, vt si quis cæde perpetrata in externā
vrbem profugisset, & is non redderetur, ad pœ-
nam luendam permittebatur iniuriam passis pi-
gnorandi potestas, vt adnot. Budæ. in annot. ad
l. aut facta. §. euentus. ff. de pœn. Represaliarum
vsus sanè est vetustissimus, vt per Bursat. cons.
2 138. num. 61. lib. 2. Iusteq; permittuntur ex ne-
glecta, aut ex denegata iustitia. Albe. auth. &
omnino. num. 1. C. ne vx. pro mari. Roman. cons.
269. num. 2. Dec. cons. 352. num. 4. Ferrar. in for.
lib. actio. real. in ver. iure dom. nu. 19. Bertrand.
cons. 103. num. 12. lib. 2. Bursat. cons. 138. nu. 16.
cum seq. & num. 59.
3 Huic pignorandi potestati renuntiari potest
in contractu. Namq; contrahens cum alienigena
renuntiare potest iuri petendi represalias, vt per
Iacob. à Canib. in tract. de represal. par. 1. nu. 38.
Neq; secundum eum dicendum est, quod hódi
renūtiatio improbari debeat, quasi renuntiatio
maleficij futuri, quoniam represaliæ non sunt
maleficium, sed hoc casu renuntiatur cuisdam
querelæ ad superiorem, quod permitti videtur.
Nam quemadmodum renuntiari potest appella-
tioni futuræ. l. 1. §. si quis autem. & l. fin. C. de tem
po. appell. ita permissa est renuntiatio huius re-
medij extraordinarij, quod quidem conceditur
deficientibus remedijs ordinarijs. Martin Lau-
den. de represal. num. 4. ver. & sic deficientibus.
& num. 10. Et licet. Bart. voluerit, quod represa-
liæ peti non possunt iure actionis, nec officio iu-
dicis; tamen alij voluerunt, quod officio iudicis
implorentur represaliæ. Bald. in auten. & omni-
no. C. ne vxor pro mari. sequitur Martin. Lauden.
d. tract. nu. 22. & 16. vbi quamuis sit sublata actio;
tamen datur remedium agendi de iure gentium.
Huic igitur remedio agendi, haud dubiè renun
tiari poterit, ac potest quis se obligare ad non pe
tendum hoc remedium, & ad non implorandum
officium iudicis. Præterea cum moribus recep-
tum sit, vt represaliarum remedium concedatur,
vt inquit glo. in d. authen. & omnino. nō est hæsi-
tandum, quin quis renuntiare possit consuetudi-
ni pro se inductę, vt suo loco dictum est.

CXCIII. RENVNTIATIO, C. Sacro. de senten. excommunic.

SVMMAE.

1 *C. Sacro. de senten. excommun dispositio.*
2 *Forma c. sacro. renuntiari non potest.*
3 *Renuntiatio d. c. sacro. cur non valeat.*
4 *Animę suę fauori renuntiare quis non potest.*

EXcommunicationis sententia ad-
uersus aliquem promulgari non
debet, nisi eo prius monito iuxta
1 formam c. sacro. de sentent. ex-
com. Quemadmodum enim ci-
tatio requiritur ad alias senten-
tias, ita ad excommunicationis sententiam præ-
cedere debet monitio, vt quis se corrigat, cū n
excommunicatio feratur ob contumaciæ perse-
uerantiam, & proinde monitio exigatur, vt à
contumacia desisti possit, vt per doct. d. c. sacro.
2 Formæ huius c. sacro. renuntiari non potest, per
ea, quę scribit Innoc. & Hostien. in c. P. & G. & ibi
glo. de offic. delega. vbi dicitur non valere renun
ciationem debitoris conuenientis, quod si intra
certum diem non soluerit, possit excommunica-
ri, citatione, & contumacia non præcedente, iux-
ta formam d. c. sacro. Felin. in c. ex rescripto. nu.
10. de iureiur. & in d. c. P. & G. Afin. de execut. §.
2. c. 4. num. 7. Quod dictum solemne inquit Alex.
in l. alia. §. eleganter. num. 10. ver. prò prędictis
facit. ff. solu. matr. sequitur Crot. in repet. l. nemo
potest. num. 11. ff. de leg. 1. Et hæc est communis
omnium sententia, vt per Massam ad form. came-
ra. obligat. par. 3. q. 3. num. 34. & ideo in eius for-
mula præponitur verbum moneri, deinde dici-
tur, excommunicari, vt per eum, & communem
item inquit Curt. Iun. l. ius publicum. num. 11. ff.
3 de pact. Ratio est, quia quis non debet excom-
municari ex sua conuentione, sed propter præce-
dentem culpam tantum. Non enim potest quis re
nūtiare fauori animę suę; vt alibi dixi, & obliga-
re animam suam, nisi ob culpam tantum, quę non
committitur ex sola renuntiatione, & ex solo tē-
poris lapsu: & quamuis diei impositio, & expres-
sa renuntiatio apta sit producere incorrigibilita
tem, & contumaciam, non tamen apta est impo-
nere culpam. Felin. in c. P. & G. col. 2. ver. tertiò li
cet, de offic. delega. Et quia natura excommuni-
cationis, quę non profertur à lege, illa est, vt nun-
quā feratur, nisi culpa precedēte, ideo renūtiatio,

vt

vt quis possit excommunicari absque culpa vti
contra naturam excommunicationis, atque vti
contra bonos mores non valet. Felin.d.c.P.& G.
num.2.ver.sed quod non valeat tale pactum. Ne-
4 que dicendum est valere renuntiationem huius
formæ, cùm huiusmodi monitio inducta sit, vt
quis se corrigat,& proinde priuato fauore, quo-
niam imo agitur de fauore publico, nempè de
fauore animę,vt dixi de Renunt.animæ fauoris,
& de pacto turpi, nimirum vt quis separetur à
Christo absque culpa sua,vt per Felin.d.loco.

CXCIV. RENVNTIATIO

Beneficij temporis, quod lege indulgetur,& annalis dilationis ex l.vnica. §. exactio.C.de rei vxor.act.

S V M M AE.

1 *Dilatio,quæ debitoribus competit,aut datur à lege, aut ab homine.*
2 *Tempus lege indultum.*
3 *Tempus miserationis, & humanitatis gratia debitoribus concessum.*
4 *Inducijs à lege concessis renuntiari potest.*
5 *Dilatio annalis ex l.vnica.§.exactio.C.de rei vxor. acti.*
6 *Renuntiari potest dispositioni l.vnic.§.exactio.C de rei vxor.act.*
7 *Pactum de restituendo dotem anno vel die, minimè expectato.*
8 *Beneficio dilationis concessæ miserationis gratia renũtiari an possit.*

MAximum sanè commodum debi-
toribus præstat temporis dilatio
ad soluendum,cùm interim com-
modè pecuniam cogere, ac prę-
parare possint: ideo post renun-
tiationes variorum beneficiorũ,
videamus etiam de beneficijs dilationis tempo-
1 ris,quæ debitoribus conceduntur. Dilatio igitur
quæ debitoribus competit, aut datur à lege, aut
ab homine. A lege conceditur debitoribus tem-
pus miserationis gratia, de quo habetur in l. si cũ
militi.§.1.ff. de compensatio.in l.2.C. de vsur.
rei iudic.in l.debitoribus.ff.de re iudic.in l.quod
dicimus.ff. de solut.& de annali dilatione ex
lege indulta traditur in l.vnica.§.exactio. C. de
rei vxor. act. Ab homine datur dilatio, veluti
cùm iudex prorogat tempus iudicati, quod à le-
ge tribuitur,vt iam dixi, vt in l.2.ff. de re iudic.
cum sim. vel quando princeps debitoribus peten
tibus inducias concedit, vt in l.vniuersa.C. de
precib.imper. offer. Vel etiam cùm maior pars
venditorum concedit quinquennales inducias,
de quibus habetur in l.fin. C. qui bon. ced. poss.
vel denique vbi ex partium conuentione dies
inest obligationi ab initio, atque quid in diem
debetur. De singulis igitur videamus, & pri-
2 mùm de beneficio temporis,quod lege indulge-
tur. Nam post condemnationem indulgetur à le-
ge debitoribus aliquod temporis spacium ad sol
uẽdum, intra quod possunt facilè pecuniam ad
solutionem præparare, cùm non magnum dam-
num fit in mora modici temporis,vt dicitur in l.
si debitori.ff de iudic.& fac.tex. in l.quod dici-
mus. ff. de solut. Quod autem solutionis tempus
miserationis,& humanitatis gratia debitoribus
conceditur.l si cum militi §.1.ff.de compensatio.
Et de his inducijs,quæ dantur ad iudicati execu
tionem habetur in l.2.C.de vsur.rei iud.in l.debi-
toribus.ff.de re iudic. & in c. quod ad consulta-
4 tionem.extra eo. His inducijs,quæ à lege conce-
duntur renuntiari potest.arg.d.c.quod ad consul-
tationem.§.fin.ibi, videtur amplius beneficium
contempsisse,& trad. Buttigar.de renunt.iur. de
beneficio induciarum duorum,vel quatuor men
sium. Coler. de processi.execut. par 1.c.10.num.
229. Potest etenim debitor renuntiare beneficio
diei indulto ad soluendum miserationis gratia,
eius fauore. Ias.l.qui Romę.in prin.col.1,nu.5.ff.
de uerb oblig. Quamquam aliud est in tempore,
quod inerat obligationi ab initio fauore credito-
ris,vel vtriusque. Ias.d.l.qui Romæ in prin.num.
4.ver limita istum tex. Quin si quis promiserit se
hodie daturum,tacitè renuntiasse videtur huic be
neficio,tex.est in l.liber homo.§.decẽ.ibi,pręsens
esse respõsũ.ff.de verb oblig,& ita voluit ibi Zas.
n.4. aduersus Paul.de Cast.ibi,quoniam secundũ
eum,præsentia non habet dilationem,secundum
verum intellectum d.§.decem. Lex præterea in-
5 dulget annalem dilationem in l.vnica §.exactio
C.de rei vxor.act. qua disponitur, vt res dotales
consistentes in rebus mobilibus, vel se mouenti-
bus post annum restitui debeant: cuius ratio esse
potest, quia intra annum adhuc vxor censetur
esse in matrimonio, & intra annum hæredes
tenent vicem uiri defuncti. l.vlt.C.de bon. ma-
tern. Bart.in l.diuortio. iuxta fin. princ. ff. solu.
matr. Dec.in l.si de alimentis.num.6. C. de tran-
sact. Cephal.cons.6 18.num 42 & quoniam huius
modi dilatio annalis à lege introducta est fauore
6 mariti,vel suorum hæredum,ideo poterit mari-
tus,vel eius hæres renũtiare huic beneficio,vt res
dotales consistentes in rebus mobilibus, vel se
mouentibus restituantur,non post annum, sed sta
tim post viri mortem. Ias.in l.qui Romæ.in prin.
num.7. ver.secundò moueor.in l. stipulatio ista.
§.inter certam.num. 1. ff.de verb.oblig.& in §.
fuerat. nu 24.ver.hanc communem opinionem.
Insti.de actio. Buttigar.de renuntiat.iur.de bene-
fic.§.exactio. Mart.Coler.tract.de aliment lib.1.
cap.xj num.13. Quę opinio communis est,vt per
Corne.cons 129. Licet circa primum.num.7. lib.
1. Sic & aliàs semper dies solutioni faciẽdæ adie
cta uidetur fauore ipsius debitoris.l.cum qui, &
ibi Bart.ff.de annu.legat.l.si ita scriptum.§.Pega
sus,& ibi Bart.& doct.ff.de leg.2. Possunt quippe
hęredes uiri suo fauori renuntiando, etiam pe-
cunias,uel alias res mobiles statim restituere. Cot
ta in memoral. in ver. Dos soluto matrimonio,
ibi,sed quid si hęredes. Et ideo poterunt hoc
casu hęredes statim restituẽtes detrahere interu-

furium medij temporis,vt per Bald. in auth ei
qui.C.de bon.aut.iud.poss.Iaf.d.§.inter certam.
num.1.& ibi Zas. nu.5.Cotta d.loco.per l. si cõ-
ftante.§.quoties.ff.folu.matr. Hinc quoque fit,vt
eo casu hæredes nõ teneantur intra annum alere
mulierem.Iaf.d.§ fuerat.num.24. Et ad prędicta
facit.l.si constante. §.quoties. ff.folu. matr. arg.
cuius tex. Iac.de Are.ibi,voluit esse in electione
hæredum mariti, vel prę́stare alimenta intra an-
num , vel potius statim soluere dotem, quod &
voluit.Bald.in auth ei qui.col.17.ver.quęro mu
lier.C.de bon.auct.iud.poss.id.& Iaf.in l. qui Ro
mæ.in prin.num.6 ff.de verb.oblig.arg d.§.quo-
ties.Est sanè in arbitrio hęredis mariti vti hac di
latione,aut non vti. Zasius singular. respons. lib.
2.c.3.num.13.Et licet in contrariũ facere videa-
tur.l.qui Romæ.in prin.& ibi glo.& Iaf.not.ff. de
verb.oblig.tamen dispositio illius tex. procedit.
quando dies inest obligationi ab initio fauore
creditoris,vel vtriusque:secus in die adiecta mi-
serationis gratia fauore ipsius debitoris. Bart.in
l.ita stipulatus.q.1.ff de verb.oblig.Iaf. d. l. qui
Romæ in prin. nu. 6. Campeg de dote. par.2. q.
17. Et ex hac conclusione quod huic dilationi re
nuntiari possit,illud proficiscitur, vt hodie in om
nibus instrumentis dotis,in promissione restitué
7 di dotem ita dicatur. Quamquidem dotem pro-
misit restituere anno,vel die minimè expectato,
&c.vt testatur Thom.Parpal.in repet.l.2.in prin.
nu.20.ff folu.matr.Quinimò ex huiusmodi pro-
missione dotis reddendæ melior fit conditio mu-
lieris.& proinde id pactum valet.l.de die cum
8 l.seq.ff de pact dot.Non obst. autem supradictæ
conclusioni,quod beneficio huius dilationis re-
nuntiari non potest,quoniam id videtur conces-
sum miserationis gratia,per id quod trad.glo.in
l.vnica in ver.excedere.C.quan.impe.inter pup.
& vid. quia hæc dilatio non potest dici misera-
tionis gratia , sed potius humanitatis gratia, vt
dicitur in l. si cum militi.§.1. ff. de compensat.
Pręterea non semper est vera regula.de qua per
glo.in d.l. vnica Parpal. d. l. 2.num. 28. nam ea
procedit,vbi agitur solùm de cõmodo pecunia-
rio,vt dixi alibi.Hæc igitur renuntiatio est vti-
lis,& tollit beneficium dilationis à lege conces-
sum humanitatis,seu miserationis gratia.

CXCV. RENVNTIATIO,

Prorogationis temporis iudicati, quæ fit à iudice.

S V M M AE.

1 *L.2.ff.de re iudic.dispositio.*
2 *Debitor potest renuntiare,& promittere,vt si iudex concesserit aliquod tempus ad soluendum, eo vti non possit.*
3 *Debitor renuntiare potest dilationi,& prorogationi iam à iudice concessæ.*

NON tantum debitoribus lege in
dulgetur tempus iudicati,de quo
suprà diximus : verum etiam id
tempus iudex ex causa prorogat,
atque longiorem tribuit dilatio
nem ad exequẽdum iudicatum.
1 l.2. & ibi late Roman.ff. de re iudic. vbi ita dici-
tur iudex non semper tempus iudicati seruat:sed
nonnunquam prorogat,& est tex. in l. debitori-
bus.in l.4.§. siquis. condemnatus. ff.eo.& facit.l.
nonnunquam.ff.de iudic. Et quoniam huiusmo-
di dilationes , & tẽporis prorogationes à iudice
fauore debitoris conceduntur , cùm ferè semper
dies solutioni adiecta,fauore ipsius debitoris ap-
posita cẽseatur.l.eum qui.ff.de annu legat. & ibi
Bart.l.si ita scriptum.§.Pegasus.& ibi glo.Bart.
2 & alii.ff.de leg.2.Ideo potest debitor iuri suo
renuntiare,& promittere,vt si iudex dederit ali-
quod tempus ad soluendum , eo vti non possit.
Butrigar.de renunciat.iur.de benefic.l.2. ff. de re
indic. Nam quamuis iudex prorogare possit ex
causa tempus iudicati,vt iam dictum est,poterit
tamen debitor id beneficium , eius causa introdu
ctum, contemnere . c. quod ad consultationem.
in fi.de re.iudic. vbi debitor recipiens breuiorem
terminum imputare sibi debet ; cùm ex hoc vi-
deatur amplius id beneficium contempsisse. Ro-
3 man.in d.l.2.num.6. Quinetiam poterit debitor
renuntiare dilationi,& prorogationi iam à iudi-
ce concessæ.quoniam ita non videtur pactio pri-
uatorum iussui iudicis antepofita,sed iudex debi
toris expressam voluntatem ratam habere. arg.
l.1.§.inde quęritur.ff.de ope. nou. nunc. Habet
autem hæc renuntiatio vtilitatem,quoniam etiã
obligatus in diem gaudet huiusmodi dilatione ,
& obligatio in diẽ videtur apposita ad differen-
dam condemnationem,non etiam executionem.
vt per Io.Fabr. in §.omnis num.4 Insti. de verb.
oblig.Qui igitur renunciauit huic beneficio non
poterit petere à iudice prorogationem temporis
iudicati,neque vti poterit prorogatione à iudice
facta, sed intra tempus iudicati soluere omnino
tenebitur.

CXCVI. RENVNTIATIO,

Moratoriæ dilationis,quæ à Principe indulgetur.

S V M M AE.

1 *Dilationes moratorias debitoribus concedere solent principes.*
2 *Princeps ex causa potest inducias concedere debitoribus.*
3 *Debitor an renuntiare possit induciarum beneficio, tam impetrato, quàm impetrando.*
4 *Princeps an possit concedere dilatorias litteras, vbi debitum est iuratum.*
5 *Dilationem moratoriam impetrans debet narrare principi debitum esse iuratum.*
6 *Debitor qui iurauit soluere,& cui cõcessa est dilatio morato-*

moratoria, quando non incurrat periurium.
7 *Princeps vbi debitum non est iuratum, concedere potest dilationem moratoriam.*
8 *Debitor iurans soluere.*
9 *Debitor, qui iurauit non opponere, vel non impetrare moratoriam dilationem.*
10 *Debitor ob superuenientem necessitatem, non obstante iuramento potest impetrare moratoriam dilationem.*

PRincipem concedere posse moratoriam dilationem, seu dilatorias litteras debitori, ad differēdam debiti solutionem, non est cur dubitetur, quando habeamus tex. expressum in l. vniuersa C. de precib. imper. offer. & ibi Doct. Sunt, & qui ad hunc morem tribuendarum induciarum debitoribus pertinere etiam existiment. l. quoties. C. eo. tit. quod reprobat Cuiac. obseru. lib. 1. c.
1 10. Huncque morem inducias debitoribus concedēdi Theodoricum Italiæ, & Gothiæ Regem obseruasse refert Cassiodor. lib. 2. varia. episto. 38. & in Gallia Regem id concedere solere refert. Cuiac. d. c. 10. Valent igitur huiusmodi rescripta, & principes ea concedere solent. Rebuff. in constitu. tract. de litter. dilator. & annali. & quinquennali. Cucch. in tract. de morat. præscript. num. 14. not. 1 Roland. cons. 31. num. 9. lib. 2. Viuius opin. 176. Thesaur. decis. 186. Diaz. regu. 583. Principis rescripto. Cagnol. l. 2. n. 142. & 145. C. de pact. inter empt. & vend. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 76. num. 1. Quin id permittitur principi, tam lege ciuili, quàm canonica, & diuina. Thesaur. d. decis. 186. num. 3. Quamuis etenim hæc rescripta videantur tribui in præiudicium tertij. l. rescripta. C. de preci. impe. offer. quoniam minus soluere videtur, qui solutionem differt, & tempore minus soluitur. §. plus autem.
2 Insti. de actio. Tamen ex causa potest princeps concedere inducias debitoribus, cùm propterea creditorū ius minimè fiat deterius, nisi ratione temporis, nam quod differtur non aufertur, d. l. quoties, & ibi Doct. facit l. quamuis. & ibi glo. ff. de arbit. glo. in §. quod si dominus. in ver. differtur. Insti. de singul. reb. per fideic. relic. l. cum facinosus. ff. de iudic. Præterea licet debitori tribuatur dilatio, tamē postea grauatur onere idoneæ fideiussionis super debiti solutione præstanda. d. l. vniuersa.

Verùm dubium esse potest. Primò an debitor renuntiare possit harum induciarum beneficio, tàm impetrato, quàm impetrando. Deinde an princeps concedere possit dilatorias litteras, vbi debitum est iuratum. Quo ad primam dubitationem videtur, vt non valeat renuntiatio in præiudicium auctoritatis superioris. c. venientes. de iureiur. l. fin. ff. qui satisd. cog. Franc. Marc. q.
3 386. num. 2. Verùm huic beneficio induciarum renuntiari potest, vti renuntiari potest dilationi quadrimestri, quæ datur iudicatis ad soluendū, ex l. 2. C. de vsur. rei iudic. & l. debitoribus. ff. de re iudic. arg. c. quod ad consultationem. §. fin. ibi, videtur amplius beneficium contempsisse. de sent. & re iudic. & not. Butrigar. de renuntiat. iur. de beneficio induciarum. Quinimò facilius renuntiatur huic iuri, quàm beneficio legis ex iure communi descendenti, quoniam facilius renuntiari potest iuri speciali, quod deinceps debitor acquirere potest, ex gratia, & ex priuilegio principis, quod facilius tollitur, quàm ius commune. glo. in l. 1. in ver. periurij. in fi. C. si aduers. vend. l. eius militis. §. militia missus. ff. de milita. testam. Vnde debitor non potest vti beneficio harum induciarum, tam impetratarum, quàm impetrandarum, vbi illis expressè, & cum iuramento renuntiatum fuit. Thesaur. d. decis. 186. nu. 8. vbi inquit ita obseruare Senatum, & de renuntiatione beneficij quinquennalis dilationis habetur per Dec. cons. 352. num. 7. ver. non obstat. & ideo debitor, qui in instrumento debiti renuntiauit impetrationi rescripti annalis, & quinquennalis non potest iuuari litteris dilatorijs. Rebuff. d. tract. de litter. dilator. ann. artic. 1 glo. 1. nu. 28. Quod tamen intellige, nisi in rescripto facta sit mentio de renuntiatione. Trentacinq. varia. resolut. lib. 3. tit. de solutio. resolu. 1. num. 24. vbi declarat id non procedere, quando renuntiatum est cum iuramento, & moratoria per principē secularem concessa fuit.

4 Circa secundum dubium: an principē concedere possit has inducias, vbi debitum est iuratum; plures voluerunt non valere concessionem, vt per Afflict. decis. 5. & omnes ferè Doct. tradunt principem minimè posse concedere, per glo. in c. cum non deceat. de elect. lib. 6. vt referr. Thesaur. d. decis. 186. num 4. Quod tamen secundū eū dicto loco non procedit in Papa, qui concedendo has inducias absoluere videtur à iuramento. Verùm hæc conclusio non procedit quando aliud de consuetudine obseruatur, quia tunc princeps concedere potest litteras dilatorias, tam annales, quàm quinquennales, vt per Thesaur. d. decis. 186. num. 6. vbi inquit ita seruari in patria Cisalpina. Et ita tenet Carauita in ritu 287. incip. Item quia. vbi inquit ita seruari in regno Neapolitano. Nam princeps concedendo moratoriam adfert exiguum præiudicium creditori, cùm postea illi tribuat maiorem cautionem ob fideiussionis accessionem, neque propterea ex concessione dilationis tollitur iuramentum; vt existimauerunt Doct. relati per Afflict. d. decis. 5. sed concessio solùm suspendit, & differt vim iuramēti, secus si tolleret cognitionem totius negotij, vt inquit tex. in l. 2. C. de precib. imper. offer. Debe-
5 bit tamen impetrans narrare principi debitum esse iuratum, quia quamuis princeps non possit remittere iuramentum, vt per plures relatos per Roland. cons. 35. num. 14. lib. 2. tamen ex causa potest non auferre vim iuramenti, sed differre,
6 vt dixi. Sed & quamuis debitor, qui iurauit pecuniam soluere tripliciter periurium incurrat, nempè non soluendo, iudicem interpellando, & principi supplicādo. Luc. de Pen. in l. 1. col. 3. C.

Q 2 qui

qui milita.poss.lib.12.tamen vbi princeps concessit moratoriam motu proprio, vel vbi ad petendum moratoriam necessitas, vel maxima difficultas induxit, túc nó incurritur in periuriú, Luc.de Pen. l. 1.col.3.C. qui milita.poss. lib.12. Franc.Marc.q.386.onm.6.par.2. Sed quod dicitur debitorem, qui iurauit, posse vti dilatione concessa motu proprio, quoniam in iuramento videtur excepta auctoritas superioris, id procedit, quando superior compellit ad aliquid, secus vbi superior non compellit, licet concedat aliquid motu proprio.l.fin. ff. ad municipal. & ita decl.Cucch.de morato præscript.num.66. Vbi igitur princeps mandat, & compellit, ne soluatur nisi post certum tempus, tunc debitor non, soluendo euitat periurium, secus vbi concedit tantum motu proprio, atque gratia ipsius debitoris tantum, non adstringens debitorem ad vtendum dilatione, & multò minus vbi debitor petit. Sed ne petés dilationé incidat in periuriú bené erit, vt prius obtineat absolutioné á iuraméto, Cyn. & Salicet.in l.fin.C.si contra ius vel vtil.publ. Frác. Marc.d.q. 386. num. 2. Quoniam licet princeps possit differre vim iuramenti, petens tamen dilationem a principe, & ea vtens fit periurus. Erit
7 autem concludédú in hac materia: aut agitur de debito non iurato, & tunc non est dubitandum quin princeps concedere possit dilationem, cùm leue sit creditoris præiudicium in mora modici temporis l.si debitori.ff. de iudic. nam exceptio dilatoria dicitur modici præiudicij, vt not. Doct. in l.2.C.de preci.imp.offer.& not.Cucch.de morat.præscript.num.157. Imo omnes conueniunt principem concedere posse litteras dilatorias ratione debiti non iurati. Thesaur.decis.186.Grass. de except.ad mater.statu.except.32.no.3. compensatur.accessione maioris cautionis ob fideiussionem. l. vniuersa.C.de precib.imp.offer. & huiusmodi litteræ concedi solent etiam hodie ferè vbique apud Italos principes, atque in alijs curijs principum, vt testatur.Cucch.de morat.præscript.num.14. Aut verò agitur de debito iurato, & tunc: aut iuratum fuit simpliciter: aut verò debitor cú iuramento promisit non petere, aut non
8 opponere dilationem moratoriam. Primò casu princeps non potest huiusmodi inducias ratione debiti iurati concedere, quandoquidem nullam potestatem habet super iuramento Doct. in l.fin.C.si contra ius vel vtil.publ.Cucch. d.tract. nu.62. Thesaur. decis.186.Surd.cons.299.num. 2.Grass.d.except.32.nu.5. Neque obstat quod in iuramento intelligatur excepta auctoritas superioris.l. vlt. ff. qui satisd.cog. Quia id proced. quádo quis á superiore compulsus, aliquid fecit. Cucch. d. loco num. 66. secus vbi debitor non compellitur vti rescripto, vel vbi illud petijt Natta cons. 233.num.2. Ex consuetudine solet, & potest concedere, quoniam vbi narratum fuit debitum esse iuratum, parùm attenditur illud iuramentum appositum potius ex notariorum consuetudine, quàm vt debitor ita voluerit, vel cogitauerit de huiusmodi dilatione dum iuraret, & ita obseruatur in regione Cisalpina, vt per Thesaur.decis 186.num.6 in curia Aquitaniæ, vt per Boet.decis.296 num.5. in regno Neapolitano, vt per Carauit.ritu.287.num.9. in regno Siciliæ, vt per Carol.de Grass. tract. de exceptio. ad mater. statu.exclud.om.except.32.except.num. 8.& inquit. Dec.in cons.352.in fi. quod in concedentis territorio non admittitur disputatio: an concessio huiusmodi valeat pro debito iurato, & quamuis princeps non possit tollere iuramentum, potest tamen differre, & suspendere vim iuramenti ad tempus. Felin.c.constitutus.num.8.ver. considera secundò, de rescript. Surd.cons.299. nu.37.
9 Aut denique debitor iurauit non opponere, vel non impetrare moratoriam dilationem, & tunc aliud dicendum est, vt per Dec.cons.352. num. 8. sequitur Surd.cons.299. num. 16. Nam qui renunciauit impetrationi moratoriæ cum iuramento, non potest ea vti sine metu periurij. Oldra.cons.95.Grass.d.except. 32.nu.15. Operatur itaque specialis renunciatio huius beneficij cum iuramento, vt debitor non possit impetrare rescriptum tribuens dilationem, obstante iuramento, cùm tamen simplex iuramentum minimè obstet, quin ex consuetudine valeat concessio.
10 Existimauerim tamen ob superuenientem, & incogitatam necessitatem posse debitorem validè impetrare litteras dilatorias, quoniam tam renunciatio, quam iuramentum intelligi debet eodem manente statu, l.vlt. in prin. ff. ad municipal.glo. in l.quod Seruius. ff.de cond.cau.data.la té. Tiraq in l.si vnquam in præfat.num. 166. C.de reuoc. donat. Nam renunciatio, & iuramentum non debet extendi ad casum necessitatis superuenientem, & incogitatum.c.2.de renuntiat.Dec. cons.352.nu.7.

CXCVII. RENVNTIATIO,

Dilationis quinquennalis, quæ à maiori creditorum parte conceditur.

S V M M AE.

1 *L.fin.C.qui bon. ced.poss intellectus.*
2 *Dilationis quinquennalis beneficium excludit cessionis bonorum beneficium.*
3 *Debitor potest dilationis quinquennalis beneficio renunciare.*
4 *Debitor renunciare potest impetrationi quinquennalis dilationis.*

EST & quinquennalis dilatio, quę tribuitur á maiori parte creditorum, de qua in l. fin. C. qui bon.ced poss. Nam electio nimirum, an cedere velit, vel potius vti beneficio quinquennalis dilationis datur ipsi debitori, vt per glo. Bart. Angel. Paul.de Cast. & Salicet.in d.l.fin. Roman.cons.439. Circa primum. Et licet

1 licet tex. in d. l. fin. dicat electionem dari creditoribus, tamen eum ita accipi oportet, si electio creditoribus à debitore oblata est, vt per glo. in d. l. fin. siquidem potest debitor, si velit, etiā nolentibus creditoribus has inducias offerentibus respuere, & bonis cedere. Angel. Aretin. §. fin. num. 8. Insti. de actio. Cucc. de morator. præscript. num. 18. Brun de cess bon. q. 52. princ. Planè si esset in electione creditorum tribuere hanc dilationem, possent illi tollere debitori beneficium cessionis, quod minimè habet post huiusmodi dilationem. glo in d. l. fin. & ibi not. Io. Fab. Hoc autem bene-
2 ficium tollit, & excludit beneficium cessionis bonorum, de quo supra diximus, vt not. in d. l. fin. Pareis. cons. 100 in prin. lib. 3. Guter. de contr. iurat. c. 18. num. 2. Atque in tribuendo id beneficium consideratur voluntas maioris partis creditorū, quæ potest concedere inducias minori parte inuita. d. l. fin. & ibi Doct. Guter. de contracti. iurat. c. 65 Franch. decis. 82 Viuius decis. 38 par. 1. Debi-
3 tor igitur potest beneficium huius dilationis contemnere, & bonis cedere, etiam inuitis creditoribus, vel potest petere à creditoribus, vt tribuant dilationem quinquennalem, quam concedere potest maior pars creditorum altera inuita, atque ita demum est in electione maioris partis creditorum dare inducias, si debitor vult cedere bonis nisi illi detur dilatio. Vnde d. l. fin. dum inquit esse in electione creditorum, procedit, & loquitur quando debitor dat creditoribus hanc electionē: secus vbi debitor respicit induciarum beneficiū, & vult omninò cedere omisso hoc beneficio. Paul. de Cast. & alij in d. l. fin. Rebuff. tract. de litter. dilator. q. 7. princ. Brun. de cessio bon. q. 22. princ. Guter. de contracti. iurat. c. 65. Viuius d. decis. 38. num. 2. Quin debitor iurans se soluturum ad certum tempus potest petere hoc beneficium, quoniam excusatur, vbi non potuit soluere ob necessitatem, vel paupertatem. Viuius. d. de-
4 cis. 38. nu. 3. Impetrationi autem rescripti quinquennalis renuntiare, potest debitor, cùm id beneficium respiciat eius fauorem. Rebuff. d. tract. de litter. dilator. anna. artic. 1. glo. 1. num. 28 Quamuis etenim id beneficium videatur pertinere ad creditores, per tex. in d. l. fin. ibi, electio detur creditoribus, & ibi glo. in ver. inducias. Tamen verius est illud esse in electione debitoris, vt per aliam glo. ibi, a debitore. Nam si debitor nolit inducias, sed statim cedere, id sanè est in debitoris electione, & ita loquitur glo. parua. Si autem cedere nollet, sed vellet inducias, tūc id est in electione creditorum, & ita procedit glo. contraria. vt per Alberic. ibi.

CXCVIII. RENVNTIATIO,

Dilationis in diem.

S V M M AE.

1 *Tempore plus vel minus soluere quis dicitur.*

2 *Debitoris, vel promissoris fauore, ferè semper temporis dilatio ad soluendum indulgetur.*

3 *Debitor in diem an possit ante diem soluere, inuito creditore.*

4 *Debitor qui soluit ante diem liberatur.*

5 *Iudex an cogi possit ad recipiendum ante diem representationem rei factam à fideiussore de representando intra certum tempus.*

6 *Debitor in dubio potest ante diem soluere, secus si appareat tempus adiectum etiam fauore creditoris.*

7 *Tempus quando adiectum videatur gratia creditoris, & debitoris.*

8 *Debitor quando possit ante diem soluere, vbi dies adiecta fuit gratia creditoris.*

9 *Tempus creditoris solo fauore adiectum.*

10 *Dies lege concessa ad soluendum miserationis gratia.*

11 *Dilationi à lege datæ ex l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor act. renunciari an possit.*

12. *Dies certa, & dies incerta.*

13 *Creditor non semper cogitur recipere ante tempus.*

14 *Emphyteuta an possit pro pluribus annis futuris canonem soluere.*

15 *Debitor malitiosè soluens ante diem.*

16 *Tempus à iudice præfixum.*

17 *Debitor renuntians dilationi temporis in vna parte, non intelligitur renuntiasse in alia parte.*

18 *Creditor si recuset recipere ante diem, vbi remiss.*

1 Temporis dilatio, vel festinatio tantum habet ponderis, ac momenti, vt tēpore dicatur plus minusuè solui, vel peti. §. plus autem. Insti. de actio. Nam qua ratione, qui tardius soluit, quàm soluere debet, minùs soluere intelligitur, & tempore dicitur minus solui. l. si cui ex empto. in fi. ff. de verb. sign. eadem ratione, qui ante diem petit, vel soluit, plus petere. vel soluere videtur. d. §. plus autem, & est tex. in l. eum qui. in fi. ff. de annu. legat. vbi ante diem soluēs dicitur præstare plus, quàm debet. Planè dies solutionis, sicuti summa pars est stipulationis. l. 1. §. 2. ff. de eden. & in l. solidum. ff. de solut. dicitur, solidum non solui non minus quantitate, quàm die. Vnde in §. item si ille. Insti. de fideiuss. ita scribitur, non solum autem in quantitate, sed etiam in tempore minus, aut plus intelligitur, & habetur per Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. glo. 58. nu. 34. cum seq.
2 Fauore autem promissoris, & debitoris ferè semper temporis dilatio ad soluendum indulgetur. l. quod in diem. ff. de solut. l. cùm tempus. ff. de reg. iur. & ibi Dec. & Cagnol. Roman. in l. stipulatio. § inter certam. num. 8. ff. de verb. oblig. l. si ita relictum. § Pegasus. ff. de leg. 2. & ibi Castren. Aretin. § omnis stipulatio. Insti. de verb. oblig. Nam, vt pulcrè inquit tex. in d. §. inter certam. totum medium tempus ad soluendum liberum promissori relinquitur. Neque enim intra medium illud tempus cogi potest debitor ad soluendum, cùm tamen liberum ei sit etiam ante tempus soluere. Vt igitur diei dilatio ferè semper

respicere videtur fauorem promissoris, ac debitoris,
3 ita dicendum est, vt regulariter possit debitor renuntiare fauori suo, & proinde ante diem soluere l. quod in diem. ff de solutio. & ibi glo. d. l. stipulatio §. inter certam, & ibi Roman. num. 5. Ias. & alij. l. eum qui calendis §. fin. ff. de verb. oblig. & ibi Doct. l. quod quis. ff. de actio. Socin. reg. 77. ver. debitor. Doct. in l. cum tempus. ff. de reg. iur. Ratio illa est, quia in dubio dies adiecta videtur fauore debitoris, vt iam dictum est, cui ipse debitor haud dubiè renuntiare potest. l. pen. C. de pact. Totum enim mediû tempus ad soluendû liberû promissori relinquitur, vt dicitur in d. §. inter certam. Liberum itaque est promissori vti, vel etiam non vti beneficio temporis ad soluendû concessa nimirum, quia tempus debitoris gratia regulariter datur. Ad quod pulcrè facit, quod inquit Cice. act. 2. in Ver. Nam accusandi mihi tempus mea causa datû est, vt possem oratione mea crimina, causamque explicare, hoc si non vtor non tibi iniuriam facio, sed de meo iure aliquid & commodo detraho. Extenditur hæc conclusio, vt procedat etiam inuito creditore. Bart. in d. §. inter certam, & ibi Ias. Namq; dilatio ordinaria fauore alicuius tantum, certè potest ab eo sperni si expedit non differre. Bald. l. quod fauore. col. 1. C. de leg. Quapropter cùm hęres grauatus fuit restituere hęreditatem post eius mortem personæ certæ, restitutio fieri poterit etiam ante tempus mortis. l. post mortem, & ibi Doct. C. de fideic. vbi permittitur restitutio ante diē, quia tempus mortis appositum fuit fauore hæredis, qui dilationi fauorabili renuntiare potuit. Hinc si recusauerit creditor recipere, poterit debitor offerre pecuniam obsignatam, vel poterit deponere, atque hac ratione liberatur. l. obsignatione. C. de solutio. l. acceptam. C. de vsur. Bart. d. §. inter certam. in fi. & ibi Paul. de Cast. Hoc sanè casu creditor ita constituitur in mora, vt periculum ad debitorem postea minimè pertineat. l. qui decem. in prin. ff. de solut. Paul. de Cast. d. l. quod in diem, & hæc opinio Bartoli est communis. Quin si præsens pręsenti pecuniam numeret est mox liberatus, etiam si pecunia perdatur. l. pecuniam. ff. de solutio. Verùm Cuiac. obseruatio. lib. 23. c. 23. voluit creditorem ita liberari si soluit, non etiam si obtulit: siquidem oblatio fieri debet congruo loco, & tempore. l. si soluturus. ff. de solut. Nam respondetur d. l. si soluturus, procedere quando commodo creditoris, non etiam ipsius debitoris dies certa adiecta fuit. Salicet. d. l. acceptam. Planè qui soluit ante diem non dicitur soluere tempore incongruo, quando tempus apponitur fauore debitoris, quoniam potest is suo fauori renuntiare. Neuizan. cons. 49. num. 10. At soluens ante diem, ita soluere dicitur tempore minus congruo, si dies apponitur etiam fauore creditoris, quoniam hoc casu non potest debitor renuntiare in præiudicium creditoris. l. eum qui, & ibi Bart. & alij. ff. de annu. legat.
4 Neuizan. d. cons. 49. num. 10. Itaque debitor qui soluit ante diem liberatur, quoniam dicitur plus soluisse, quàm deberet. l. eum qui. ff. de annu. legat. vbi dùm quęrit iuriscons. an is, qui restituit pecuniam ante diem liberatus dicatur, respondet in hæc verba, quod si tempus hęredis causa prorogatum esset, vt commodum medij temporis ipse sentiret, liberatum eum intelligi: nam & plus eum præstitisse, quàm debuisset. Ex quibus apparet ita demùm posse debitorem iuri suo renuntiare, & soluere ante diem, si actû appareat, vt commodum medij temporis ad soluendum ipse debitor solus sentiret, quoniam tunc, soluendo ante diem idcirco liberatur, quia plus præsti-
